D. O. M. A.

# KAROLI SYLBINDI NICEI MONITA PLUSQUAM QUINQUE MILLIA;

Quibus totidem & amplius errorum, abſurdorum & deliquiorum,

TRACTATUS NUPERRIMUS

SAMUELIS STRYKII, JC.

DE

ACTIONIBUS FORENSIBUS INVESTIGANDIS ET CAUTE ELIGENDIS,

ut &

DE

ACTIONUM PRÆSCRIPTIONE,

Halæ, hôc ipsô annô, emendatè editus, convincitur:

*juxta rationem ſolidam*

DOCTRINÆ LYNCKERIANÆ.

---

*FRANCOFURTI & LIPSIÆ,*

Apud GEORG. HENR. ÖHRLINGIUM,

CIↃ IↃC IIC.

AD

# *DEDICATIONEM.*

Niſi *Mecœnates* delicatulos eos inveniat Juvenes
hic Tractatus;
quibus illa, quæ ſolida & accurata ſunt,
inter rejectanea habentur:
Utique non reperiet ille *Mæcenatem* aliquem;
& ne quidem talem implorare audet:
(quippe tales non favent deliquiis!)
ſed unicè *Mecœnatem* expetit.
At verò nullus unquam exſtitit in naturâ
rerum *Mecœnas*.

## *AD PRÆFATIONEM*
### AD LECTOREM.

*ABundat hic Tractatus in quàm plurimis, quæ eò non pertinent: & multò magis deficit in* Actionibus, *quas ſcrutari Auctorem & exhibere oportebat; quin & in* Remediis *aliis, æq; neceſſariis, quæ ex Jure tum* privatò *tum* publicô, *eoque* profanô & ſacrô, *proficiſcuntur. Non inſtruit hoc totam Juridicinam, quod circulos Juvenum, (circà vulgaria & cruda Juris privati detentorum,) vix egreditur. Sed ingrediamur*

Lætam ignorantiæ ſegetem!
(*ùt Librum ſuum* STRYKIUS
*auſpicatur.*)

# EXPERIMENTVM
verae ſolidæque
# IURISPRU-DENTIÆ ROMANO GERMA-NICÆ,
AD
Univerſam Doctrinam Forenſem,
Cumprimis
*CAVSAS ACTIONVM OMNIVM*
accuratiùs conſtituendas,
directum:
*ut inde*
JURIS ROMANO GERM. SCITA,
invictè munita
hauriri,
*& ad*
*USUM FORI VIVUM VALIDUMQUE*
exactius deduci queant:
*ex traditis*
DN. NICOLAI CHRISTOPHORI
S. R. I. LIB. B. DE LYNCKER.

---

FRANCOFVRTI & LIPSIÆ MDCCXVII.

## *B. L. S.*

G*Raviter* NERATIUS, l. 2. d. Jur. & Fact. ignor. Finitum Jus eſſe poſſe, & debere. *Quod* Ummius *in* Diſput. 1. ad Proceſſ. Judiciar. §. 3. n. 17. *cum* aliis, *de* arte Juris *accipit: nam & Civi*li *Juri ſuperſtructa Ars illa certa habet principia, nedum Naturali & Gentium, ipſique maximè Divino juri: quæ ſingula, quà & quousque talia, omninò certa & immota ſunt; imò* jura *non forent, ne illa quidem, quæ ab auctore ſuo mutabilia ſunt; niſi ea nunc, dum ſunt in eſſe juris, ſequi & ſervari oporteat. Sed ſi de* jure omnibus facti ſpeciebus applicandô *agitur: ita verò jus maximè incertum eſſe, putat* Ummius, *adeòque diſcreti* judicis arbitrio

relictum videri. Quârat. Ille Jus, ceu incertum, arbitrio Judicis permittit: cum tamen nec ipſe Menochius, totò volumine, Judici arbitrium aliquod, niſi Legibus, h. e. certo juri ſubnixum, largiatur. Ac ſi dicas, regulam ſive normam, quâ architectus utitur, certam eſſe; ſed incertam fieri, ſi architectus illam imperitè applicet. Num igitur putes Tu, normam illam, per ineptitudinem hanc eam adhibentis, inſe incertam fieri, nomenque ſuum & virtutem omnem, amittere? Probè Neratius, (quem non modò de Jure, ut Legem notat, ſed & de arte, quæ nim. Legem applicare debet, per conſequens, intelligi oportet; quæ præcepta illa, ſeu Leges, & earum momenta, continet:) Jus certum eſſe poſſe, h. e. artem, non minus, quæ certa habet principia, quin & Jurisprudentiam illis inſtructam & ipſam certam eſſe poſſe, imò debere; cum aliter, niſi certitudine niteretur, nomen ſuum, quod præcepta firma & ſolida habeat, tueri non poſſet; nec ars fuerit aliter: ut nec Jurisprudentia inde hauſta, fuerit prudentia; ſed ludibrium, & inanis ac rejicula tota. Quodſi igitur tot diſſenſiones, e-

tiam

*tiam inter eos, qui peritiam illius artis profitentur, reperias: non hæc culpa artis eſt, ſed eorum, qui ſtudia ejus ſequuntur; qui ſi viam genuinam & unicé rectam, eamque ad præcepta artis exacté munitam, non ineant: quam Tu inde Jurisprudentiam obtinendam fore ſperaveris? Nam & ſacrarum doctrinarum ſtudia, quæ non aliunde, niſi ex Verbo Divino, æternæ ſcilicet Veritatis & Certitutinis, (quod & per ſe vim internam & efficacem ad Veritatem & Gratiam habet,) colliguntur, hoc ipsô tamen inania non modò fieri, ſed imò in ancipites & facilè mobiles, quin & erroneos ſenſus, dilabi oportet: ſi non his adminiculis, quibus hominem apprehendere quamlibet veritatem, & vel ipſa myſteriorum ſcita, neceſſe eſt, inſtructa fuerint. Sanè qui nec eruditus fuerit ad hoc, ut* ſermonem *Legis capiat, quò humaniora ducunt literarum & Antiquitatis ſtudia; nec ut* ratione *probè uti, & momenta Legis hujus, cum Legibus aliis, in ordinem redigere, eaque deinceps debitâ accuratione applicare queat: id quod aliter, niſi per ſolidiorem, eamque genuinam & a ſeculis probatam*

Philoſophiam, *fieri non poteſt: illum & perpetuum fluctuare oportet, & qui eum ſequuntur, eos ipſe eò deducet, ut abſurda plurima cum veris miſceant, & in quæſtionibus, modò hanc modò illam ſententiam, fluctuantes ſequantur: cum tamen* certum jus *& finitum eſſe debeat. Cujus rei, in publicum adeò noxiæ, ſpecimen ut extaret, tentavit* Auctor *hujus Scripti ad oculum demonſtrare; (& quidem ad doctrinas, ſuper Articulò de* ACTIONIBUS, *qui per omnia Juris capita decurri, à JCto celeberrimi nominis* Juventuti *nuper propoſitas, & ob facilitatem & perſpicuitatem, (quam dicunt illi, qui terminos Artis, ceu ænigmata, in aliis prudentibus, non intelligunt,) magna aviditate exceptas:) quid cauſæ ſit, quòd Jurisprudentiam* variam *habeamus? & quanta in eam detrimenta inferantur, ſi Juventuti* faciles, *id eſt, nudas ab omni accuratione, [quæ difficilis ſcil. properantibus videtur,] quas ipſi vias inconſultò inceſſimus, præeamus; ut negligere neceſſaria nempe* inſtrumenta doctrinarũ *poſſint. Nam inde principia ſi malè compoſita, hiulca, ambigua, neque terminis accuratis,*

*tis, tam Philoſophicis ſive communibus, quàm Juridicis, ſed promiſcuis & vagis, expreſſa habeant; imò ſi mentem totam ad ratiocinandũ ineptam ſervent, & ne ſibi ipſis quidem per totam vitam ſapiant: multis nempe Concluſionibus turgidi, ſed principiis ſolidis plenisq́ꝫ, omniq́ꝫ ſubſidio, dijudicandi ea & applicandi, deſtituti: quid inde ſani, in Schola Foroque, expectaveris? cùm ſi initiò ſtudiorum humaniorum, & quicquid eſt ex* literaturâ *ſubſidii, tum &* Philoſophiæ *totius, & omnium maximè ejus, quam illi ob difficultates, quas falſo putant, vel maximè averſantur, Logices nempe ac Metaphyſices, rationem haberent: non utique* moræ *quid injicerent progreſſibus ſuis; quin potiùs, maximo cum fœnore, temporis & ſoliditatis ſtudiorum, brevi* faciliratem *ſtudii Jurisprudentiæ, (quod ſuperficiariis & levibus curis non conficitur, ſed firma & exactè poſita principia & fundamenta poſtulat,) experirentur: ut nil eos* imperitum *nil* incertum *ampliùs detinere; tuncque in* publicum *multa commoda inferre, ſuumque* Jurisprudentiæ *decus ſuſtinere, poſſent. Ad quod ut ſcripto hoc,*

*quod*

*quod publicæ rei bono, [ cujus quoque ratio habita fuit, ubi, quàm in falſa & erronea Lectores ſuos ducat Auctor Tractatûs, oſtendere, eiq; perſuaſionē accuratæ & frugiferæ doctrinæ eximi, oportuit ; quod Jure divino humanoq;, & ubique adeò Gentium, inter eruditos, licet,] unicè deſtinatum eſt, manuducantur, Jurium cupidi, & citiùs reſipiſcant, eſt omninò quod ſerio optandum fuerit.*

⁂ ⁂ ⁂

ABundat utique Tractatus ille , quem luſtrabimus, & deliquia ejus per *numeros*, ut citiùs adverti & caveri poſſint, notaturi ſumus, in quàm plurimis, quæ eò non pertinent: & multò magis deficit in *Actionibus*, quas ſcrutari & exhibere Auctorem oportebat; quin & in Remediis *aliis*, æquè *neceſſariis*, quæ ex Jure tum *privatô* tum *publicô*, eôque *profanô* & *ſacrô*, proficiſcuntur. Non inſtruit hoc totam Juridicinam , quod circulos Juvenum, ( circà vulgaria ſcilicet, ac cruda Juris tantùm privati, detentorum, quos tamen per totum *Juris omnis ambitum* firmari oportet, ) vix egreditur. Sed ingrediamur lætam ignorantiæ ſegetem , ùt Librum ſuum Ille auſpicatur.

AD

# SECTIONEM I.

De

## Actionibus Perſonalibus.

## MEMBRUM I.

De

### *Generali Obligationum fundamento.*

§. I.

HODIE.] Imò * nec olim neceſſarium fuit, (ne 1
quidem Jure Pandectarum,) ut actionis nomen exprimeretur.

EX JURE NOSTRO.] Quomodo * poteris 2
Tu evincere ex Jure Romanô, quid hodiè non ampliùs neceſſarium ſit?

NON SATIS EVINCI POSSE.] Imò * jam diu hoc 3
evictum eſt.

CONFORMIS EST.] At verò * non eſt conformis. 4
Nam *c. 6. x. d. Judic. Judicibus* delegatis ſolùm inhibet,
ne ita *ſubtiliter*, h. e. inaniter, * cùm opus non eſt, inqui- 5
rant, ſicut *à multis perperam, & cum temporis ac ſumtuum diſpendio, fieri ſolet*, cujusmodi actio intentetur? Quòd ſi factum tale ſit, ut *unam* tantùm ex eô actionem naſci conſtet, Curia novit jus & actionem: ſi verò *pluri-*

6 *bus* * inde actionibus agere licet; neque ex libellô appareat, quânam illarum actum ſit: omninò etiam, ùt
olim, ita hodiè, actorem *exprimere* actionem, quâ agere
velit, oportet. Nullum itaque eſt in hôc diſcrimen *Usûs*
7 *moderni*, * (ùt aliâs quoque appellat *Strykius*,) & Juris ſive
Romani, ſive Pontificii.

§. II.

8 NON COMPETENTIS ACTIONIS.] Non * debebat hæc conturbare: exceptionem *inepti*, *obſcuri* libel-
9 li, & exceptionem *non competentis actionis*:* Quod &
in ſeqq. occurrit: verbis: *ſinè actione. Unde libellum ineptum rejicere.*

10 ACTORI INJUNGERE.] Uti * non *invitum* cogit
agere Judex: ita nec *injungit* illi, ut aptam actionem pro-
11 ponat. Imperitum * fori *Gailium* oporteret fuiſſe, ſi hoc
12 in *l. obſ. 67. n. 1.* docuiſſet. Non is * eſt *modus pronunciandi*, quem hîc tradit *Auctor*; & tamen is eò vult *judicem teneri.*

13 AB ACTIONE ABSOLVATUR.] Hîc * de aptitudine *libelli* agitur. Ille ad *ſententiam* properat. Poteſt
libellus actionem cum requiſitis continere, & *aptiſſimus*
eſſe; quamvis deinde *non probetur.*

§. III.

14 NON SUFFICIT NOSSE.] Idem * jam dixerat
§. *præced.*

§. IV.

15 EX FACTO JUS ORITUR.] Nemo non * videt,
per *jus* hîc intelligi non ſolùm actionem, ſive *juris remedium*: ſed vel *potiſſimùm* jus illud, quod eſt *cauſa actionis*,
16 *exceptionis*, vel quicquid *inde ſequitur*. Idem * ad *l. 52.*
*§. 2. ad L. Aquil.* obſervandum eſt.

FA-

FACTUM JURI OPPONATUR.] Omnia hîc con-
fundit. Nam *jus* * *ſervitutis* rerum, (cujus *ſervus* capax 17
non eſt,) & ſic *ipſa ſervitus*, opponitur in *l. 38. §. 6. d. V. O.*
facto, ſ. *exercitio* ſervitutis, quod obire poteſt *ſervus*. Hoc
verò *jus* non eſt *actio*. Et * *factum* illud potius *in ſeque-* 18
*lam juris* venit.

QUÆSTIONES FACTI A QUÆSTIONIBUS JU-
RIS.] In * *l. 47. d. Donat. int. V. & U.* factum accipitur 19
pro voluntate & *intentione*, quâ geſſerit maritus; de quâ
priùs conſtare oportet. Quæſtio *Juris*, ad geſtionem
mariti *diſtinctè* reſpicit.

CERTUM TAMEN EST.] Optimè * reſpondet! 20
Nimirum quamvis jus facto *opponatur*, neque *jus* videa-
tur *ex facto procedere poſſe*. Tamen certum eſſe, *quòd*
*exinde procedat!* Quicquid * ſit de *textibus oppoſitis*. 21

ET NON EX JURE.] Iterum * conturbat ſignifi- 22
catûs *Juris*. Quomodo * enim Tu poteris *intereſſe* per- 23
ſequi, niſi *jus perſequendi* habeas? Nec enim *debetur* in-
tereſſe, niſi *ex Jure* debeatur. Ergò & ipſum *ex Jure*
pendet. Dicitur * verò ſingulari *ratione*, & longè *aliâ*, 24
quàm de reliquis dici poteſt, *ex Jure non pendere:* quia
non poteſt de eo *abſolutè* reſponderi, *l. 13. §. 1. d. ann. le-*
*gat.* nec *certa juris definitione* determinari, jurevé *perpe-*
*tuò* vel *regulâ* definiri. Videlicet æquè non poteſt inter-
eſſe definire *Princeps* aut *JCtus*, ut exactè *caſûs ſingulos*,
qui *infiniti* ſunt, exprimere poſſint; verùm eos ad *gene-*
*ralia* ſcita *juris* & *æqualitatis* exigere *eſt Judicis*, cui hanc
*relinquere* curam & induſtriam *oportet:* perinde ùt in
*Morâ* * finiendâ ſe habet. *l. 32. pr. d. Uſur. l. 2. d. Jur. & fact.* 25
*ignor.* junct. *l. 15. pr. ad Municip.*

IN FACTUM ACTIO CONCEDATUR.] Hoc
26 verò * non inde eſt, quòd *ex facto* oriatur actio; quippe quod *actionibus quibusve commune* eſt: ſed quoniam
27 * *nomina actionum* ſunt *Juris*, & non niſi à *Conditoribus legum* prodita. Unde cùm *nec Judicis nec JCti* ſit, *actionem condere:* uterque tamen remedia ductu æquitatis potiſſimùm proponunt, quæ *generali* quidem *actionis*, ſed cùm ad ſpeciem deveniendum eſt, in *realibus*, *utilium* nomine; in *cæteris*, *præſcriptis verbis* vel *in factum* conceptis, adhibentur.
28 Sumitur etiam * *factum* longè *latiùs*, quando dicitur, *ex facto actio* oritur, quippe quòd hoc quoque ad actiones *reales* pertineat; imò ad eas, quæ ex *lege immediatè* oriuntur.
29 Sed in * actionibus *in factum* reſpicimus ad Jus tantùm *obligationis;* Idque non minùs etiam in *regulis* (ùt inſcitè loquitur *Auctor*,) obligationum *ordinariis*.
30 Neque enim * contractûs innominati, jusjurandum & *innumera* alia, deſtituuntur *regulis ordinariis*.
31 Nec omnis * *actio in factùm* ſolùm *ex æquitate* proficiſcitur.

§. V.

32 FACTUM AUTEM OMNE] *Factum* *, in tractatu actionum, tutiùs ad articulum *obligationis* reſtringitur: niſi factum *abſolutè* in *latitudine* ſumas, *prout Juri opponitur* pro *ſpecie facti*, ùt loquimur, ſ. pro *caſu integro*.
33 Sed ita * cum *Auctore*, ùt varios ſignificatûs *Juris*, ita & varios ſignificatûs *facti*, in *hòc* & *præced.* §. confundes.
34 Et ſanè * ſicut ille factum accipit in *hoc* §. *15*. ita etiam *dominium* aliquod *Lege* acquiritur, *citrà factum*.
35 ORIGINARIUS DICITUR.] Rectiùs tamen * ea conſtituuntur, ſi dicamus: acquiri dominium vel *apprehenſione* vel *acceſſione: illam* vel *originariam* eſſe, in re

quæ

quæ nullius eſt, per occupationem; vel *derivativam*, in re,
quæ alterius eſt, per traditionem. *Acceſſionem* igitur *, cum 36
actionibus inde competentibus, planè omittit *Auctor*. Tam
accuratus eſt in Partitionibus!

ET JUS REPETENDI POSSESSIONEM.] Imò * 37
alia plura. Quin & illa, * quæ *Auctor* adducit, non ex 38
Dominio, ſed vel *ex poſſeſſione* procedunt. Nec * v. c. 39
Dominus per *rei Vindic.* repetit *poſſeſſionem*, niſi per con-
ſequens.

## §. VI.

RARI IN FORO CASUS.] Videlicet * *rarum* 40
eſt! ut quis *venatione*, *aucupio*, *piſcatione*, etiam *privatus*,
quid ſuum faciat. *Rara* eſt *apum* acquiſitio: *rerum*, quæ
*nullius* ſunt, *inventio*: rerum item *derelictarum*, *theſauri*,
imò *lapidum*, &c.

REGALIBUS ADSCRIPTA.] Ergò * Prin- 41
ceps, qui aliàs *Regalia* habet, non fit *Dominus* illarum re-
rum? nec habet in eis *effectûs Dominii?*

IN MODIS ACQUIRENDI DERIVATIVIS.] Jam * 42
igitur miſcet acquiſitiones ex *Jure in re*, cum his, quæ *ex*
*Jure ad rem* deſcendunt. Confundit * acquiſitionem 43
*obligationis*, & *rei* per traditionem *ex causâ obligationis*.
*Modos* * de *re* transferenda, cum *modis* de *perſona obli-* 44
*ganda*. Diſtrahit deinde * obligationes, quando eas ſolùm 45
conſiderat, quæ factum *relatum* habent, ex quô, *mediante*
*causâ*, dominium acquiritur: cùm tamen & in cœteris
*factum relatum* occurrat. Videlicet, ne *inventum* illud
generale tam præclarum, de *facto ſolitario* & *relato*, lon-
giùs ab acquiſitione dominii derivativâ recederet.

EX FACTO NASCITUR JUS.] Egregia * 46
verò *applicatio!* & * *declaratio* optima ex *l. 11. d. R. J.* 47

NECESSARIO CONCURRAT, NECES-
48 SUM EST.] Scilicet * *Factum*, eſt *Auctori* fundamen-
tum unicum, *etiam* actionum *realium*. Ergò proſcriban-
tur nunc *jura* illa, quibus contrarium traditur, quòd etiam
49 *Juris ſolius poteſtate* quis fiat *Dominus?* Quapropter * *Le-*
*gatum* nunc non ampliùs acquiritur hæredi Legatarii, *ex*
*jure quæſito*, quando Legatarius, antequam *agnoſcere* Le-
50 gatum potuit, (quod tamen * *tale factum* non eſt, *appre-*
*henſionis* ſcilicet, quod venit nomine facti illius, de quo
quæritur,) *ignarus* etiam fortè Legati, deceſſit? Quod
51 enim * Legati nomine *quæſitum* non eſt, illud *transmit-*
*ti* ſanè non poteſt! Et tamen *neceſſitas* illa *facti* tam ne-
52 ceſſaria eſt: *Lex* verò, * *antecedanea* nempe, tantùm ſup-
53 plet factum *ſubſequens!* puta *agnitionem;* quæ tamen *
non eſt tale factum, aut *cauſa* Dominii. Factum equi-
54 dem * non eſt niſi volentis, ſed tamen *voluntas facientis*
non eſt *ipſum factum*, niſi duo facta in reliquis admittere
velis.

§. VII.

INTERIORI DESTINATIONE ANIMI.] Oportet
55 verò * *cauſam exprimi* verbis aut facto, æquè ùt *modus* in
*ſenſûs* incurrere debet. Nonne ergò ſatiùs fuiſſet, cum
JCtis loqui, (miſſis ambiguis commentis,) ad dominium
transferendum non ſufficere *modum*, ſed & requiri *cauſam*
56 ſ. titulum. Sanè * *utrumque* hoc requirit *animum*, utrum-
que ejus declarationem.
57 EX GENTIUM INSTITUTIS.] Quidni *
rectiùs diceretur: ſi *titulus* interveniat *dominii transla-*
58 *tivus*. Quales * non tantùm ſunt ex *Gentium* Jure *ſecun-*
*dariò*, ſed ex *primævò* etiam; ùt & *Civili Jure*. Videlicet
rem magis involvit, quisquis cum Scholâ & Foro non lo-
quitur,

quitur, & ſe ipſum, cum juventute ſuâ, in errores infinitos præcipitat. Niſi quòd loqui cum JCtis non poſſit, qui accuratis principiis innutritus non eſt; ſed ipſe ſibi & juvenibus ſuis fingere principia neceſſe habet: modò hæc, (inepta licèt,) facilè intelligantur.

PRO FINE.] Imò * *effectus* ille eſt *tituli:* pos- 59
ſunt enim iſtius translationis *fines* eſſe *plures alii.* Inde-
que * non à fine, ſed *ab effectu*, illa *diſtinctio titulorum* 60
deſumta eſt. Mittamus terminos Philoſophicos, (modò hoc evitare liceat,) quos non capimus!

CESSAT VERO HIC ANIMUS.] Nonne eſt * 61
magis Juridicum, accuratum & perſpicuum magis, ſi protinus diceres: Ideò in *commodato* v. c. traditio non transfert dominium, quia *ſolus modus*, ùt eſt traditio, non ſufficit; niſi & *titulus* interveniat dominii translativus.
At verò talis titulus *commodatum* non eſt. Nempe * *ti-* 62
*tulus* ipſe *animum* ſatis indicat.

NON CENSETUR DOMINIUM.] Equi-
dem * ſi *acquirens* habeat animum acquirendi dominium, 63
(v. c ex mutuo,) & *tradens* animum illud transferendi, (velut ex donatione;) quoniam *Auctori animus*, ſi utrinque adfuerit, *ſufficit:* juxta hanc doctrinam *transferendum* foret *dominium.* Et tamen hoc eſt *contra l. 18. pr. d. reb.*
*Cred.* Ergò * ſola *interior* deſtinatio *animi* non ſufficit; 64
ſed *in titulo* convenire utrumque oportet. Atque hoc quidem, ſi *ſtrictam & regularem juris rationem* ſequi velimus.

EX JURIS REALIS EFFECTU.] Imò * *ex* 65
*ipſo jure reali*, cujus *iſta effectûs* ſunt.

§. VIII.

UNI CIVIUM.] Eſt verò * & *cum peregrinis* ob- 66
ligatio.

EX

67 EX FACTO.] Et ſunt tamen * *obligationes*, quæ
68 *non ex facto* oriuntur; quædam * quæ *ex facto*, *non* ùt *ex*
*causâ*, ſed ùt *ex conditione ſine quâ non*. At verò non
omnes capiunt verbum hoc! Nil talia, ais, ad Fori uſum!
Imperitè! Ad *Forum* hæc conducunt, cui ut *Schola* præeat
neceſſe eſt. Idque ſæpiùs in experimentis habuimus.

AD PRÆSTANDUM VEL FACIENDUM.] Dice-
69 re debebat * ad *dandum*, *faciendum* vel *præſtandum*. Ne-
mo JCtorum confundit dationem & præſtationem.

70 NOBIS IMPUTATUM.] Hoc termino * uti
71 non licet, niſi in *factis illicitis*. Imò * ex *factô aliorum*
*licitô* tenemur, etiam quando nobis illud *non imputatur*:
modò *ad nos pertineat*. Quidni ergò cum uſitatâ *Scholæ*
doctrinâ dicamus: Tenemur vel *ex factô propriô* vel
*ex alienô*: Hôc ex *præpoſitione*, vel *poteſtate*.

72 EX FACTO NATURALI.] Ergò * *factum*
oritur *ex facto*. Dicere debebat: *Obligatio* oritur *ex facto*.
73 Hoc verò eſt vel *conventionale*, vel *ſecùs*. (Nam * *non*
*omne factum*, quod producit *obligationem*, eſt *conventio*.)
Conventionale eſt vel *pactum* vel *contractus*. *Ipſa* verò
*obligatio* à JCtis in *naturalem* & *civilem* diſtinguitur. Ob-
74 ſcuriſſimum * eſt dicere, *factum* eſt *vel naturale* vel *ci-*
*vile*. Et quodnam datur *factum civile*, quod non *etiam*
75 *naturale* eſt? Et * an *imputatum*, ùt *Ille* appellat, non
76 *etiam* vel *naturale* eſt vel *civile*. Seu, * ut Juridicè, imò
*Latinè*, loquamur, annon etiam *ex facto imputato* datur
aliqua *naturalis*, datur etiam *civilis* aliqua, *obligatio*? An
77 etiam * *conventio tantùm* eſt *civile* factum? ùt *Ille*
tradit.

78 EX CONVENTIONE.] Sed hìc * iterum con-
79 fundit *pactum* cum *contractu*. Imò * utramque ſpeciem
con-

confundit *in genere conventionis*. Sic dicendum eſt: *Con-*
*ventio* * eſt vel *pactum* vel *contractus*. Pactum vel *natu-* 80
*rale* eſt vel *legitimum*. Iſtud vel *expreſſum* vel *tacitum*.
Contractus vel *verus* vel *præſumtus*.

VEL EX TACITA.] Hîc * idem Ei eſt ex *tacitâ*, at- 81
que ex *præſumtâ*, voluntate. At verò etiam *veri contra-*
*ctûs tacitâ* voluntate iniri poſſunt. *Quaſi contractus*
etiam *citrà tacitum conſenſum*, cum *ignorante* quoque &
*non volente*. Rectiùs dicitur, *Contractum* fieri vel *verâ*,
vel *præſumtâ voluntate*. Illum *verum*, hunc *quaſi* con-
tractum eſſe. Quæ verò ille dicit, ſunt quidem perſpi-
cua, (nec tamen magis perſpicua;) ſed ſunt *falſa*, & *non*
*principia*: quibus in progreſſu *omnes* doctrinæ *corrum-*
*puntur*.

AD PROMOVENDAM NOSTRAM UTILITA- 82
TEM ELECTA.] Igitur * *filius* v. c. *ad promovendam no-*
*ſtram utilitatem electus* eſt?

TERMINOS CONVENTIONIS NON EGREDI-
TUR.] An verò * eſt aliqua *conventio*, quæ *terminos con-* 83
*ventionis egreditur*? An * *egreditur* terminos *conventio-* 84
*nis* emtio venditio, quando *traditione impletur*? Ergò
* non datur *actio* ex *emtione*, quæ *ad implendum* compe- 85
tit? Ergò * *mutuum* egreditur terminos *conventionis*, 86
quando *traditione perficitur*? Ergò * conſummatur ſeu 87
*impletur mutuum traditione*, non verò *per* eam *per-*
*ficitur*? Ergò * omne *mutuum*, qt. per traditionem *con-* 88
*ſummatur*, egreditur *conventionis terminos*?

EX ILLO TITULUS NASCITUR.] Ergò * non 89
ex hôc, v. c. emtione, quæ traditione conſummatur? Et
ſanè *ipſa emtio* eſt *titulus*, non verò * *ex emtione*, & ſic 90
*ex titulò*, *titulus* naſcitur. Sic ipſa *donatio* eſt titulus,

 non

91 non *naſcitur exinde titulus.* Imò * *ſtipulatio non eſt titulus Dominii translativus:* Illa verò, ùt loquitur *Auctor*,
92 *conventionis* terminos *non egreditur.* Neque * etiam *ex ſtipulatione titulus* naſcitur. Interim ſi de *dominiô* transferendô per eam agatur, *ex cauſa* illius tranſit Dominium,
93 impletâ per *traditionem* ſtipulatione. An * ita *titulus ex ſtipulatione qualibet* naſcitur, uti *emtio* eſt titulus Dominii translativus? Miſeram Jurisprudentiam!

§. IX.

94 FACTUM ILLICITUM.] Confundit ille * hîc etiam *delicta privata* cum *Judiciis publicis.* Nam hæc ad *obligationes* illas ex cauſis *privatis* non pertinent.
95 LÆSIO.] Hæc etiam * vox minùs Juridicè adhibetur. Sc. *Factum illicitum*, vel *res* afficit aliorum vel *perſonam.* Illas *ablatione*, vel *imminutione* aut damni datione.
96 PERSONAM SINGULAREM.] Ergonè * *omnia delicta privata* in perſonam *ſingularem* committuntur? Si
97 verò privatam * dicere voluit: an eadem eſt perſona *ſin-*
98 *gularis*, quæ *privata?* Et * ſi *Magiſtratus* injuriâ afficitur,
99 an ille eſt perſona *privata?* Si * *totus Senatus*, an hic eſt perſona *ſingularis?*
100 INTERESSE TOTIUS SOCIETATIS.] *Civilis* *
101 dicere debebat. Sanè * actio *ex L. Cornel.* de injuriis *pro publicâ utilitate* exercetur; & tamen *privata* eſt.
102 VINDICTAM PRIVATAM.] At * verò hæc vindicta minùs rectè dicitur. Nunquam *vindictam privatam* apud *Judicem* dicimur *inſtituere*, etiam quando *actionem*
103 intentamus, quæ *ad vindictam tendit.* Nec eſt * *publica*
104 *vindicta*, quando *actione criminali* experimur. Et * confundit ille actionem criminalem cum *judicio publico*, quan-

do

do *etiam manere publicum*, ait, quod ex *L. Publicorum Ju-
diciorum* deſcendit.

ALIOQVI POPULARI JUDICIO EXPERIEN-
DUM.] Ergò in * hoc non eſt *intereſſe Reipublicæ?* & ta- 105
men *populare* judicium dicitur: & * intereſſe, ùt Ipſe lo- 106
quitur, *totius ſocietatis* concernit. Accuratiùs * debebat 107
diſtinguere *populares* actiones, (item * *extraordinario-* 108
*rum criminum perſecutiones*, quas planè omiſit,) à *Judi-
ciis publicis*. Diſtingueret autem rectiùs, ſi rectiùs defi-
niret. Sed hoc ad perſpicuitatem ſcilicet doctrinæ non
pertinet!

IN ELIGENDA OPERA.] Quaſi verò * omnis *im-* 109
*putatio* delicti vel noxiæ alienæ, ex *electione operæ
malorum hominum* procederet? Et * quònam ille refert 110
actiones, quæ *ob animalia noſtra* adverſus nos compe-
tunt! Fortaſſis illa ad *Uſum* ejus *modernum* non perti-
nent?

AD
# MEMBRUM II.
De
## *Actionibus ex facto naturali, vel ex æquitate, oriundis.*

§. I.

PLERUMQVE NON ASSISTIT.] Imò * *aſſiſtit* ei *ùt* 111
*plurimùm*. Nec * poteſt ei non aſſiſtere, niſi quan- 112
do *alia* naturalis ratio *fortior* intercedit. Tunc enim
*debiliores* habet *effectûs* naturalis obligatio; in *pauciſſimis*
verò reprobatur: ùt ex Macedonianô, Vellejanô & ſimi-
libus apparet.

113 NATURALE FACTUM.] Ita * nemo JCtorum lo-
114 quitur. Quis * enim unquam appellavit *factum natu-
rale*, quod non eſt inter cauſas *cardinales* & *primarias*
115 producendi obligationem, in §. *f. I. d. Obligat.* Imò *
ſupplementum *ipſius* §. ex *l. 1. ff d. O. & A.* ne qui-
dem *factum* requirit *ullum*; ſed quòd ſæpè nuda *æquitas*,
cui tamen jus civile, etiam per *actionem*, & ſic *plenè*, aſ-
ſiſtit, obligationem producat. *l. 3. §. 3. ad exhib. l. 7. C. eod.*
116 Quin & * *vaga* quædam ſed tamen ipſa etiam *Legis civilis
auctoritate* non deſtituta, (*l. 44. §. 1. d. O. & A.*) & *ex-
traordinaria*, itemque *generales* tantùm *cauſas*, *neceſſita-
tis* & *utilitatis* præferentia, reperiuntur, *l. 25. §. 1. l. 52. d. t.*
quæ ad cauſas iſtas *cardinales* in ſpecie referri non poſ-
ſunt. Quis verò unquam hæc dixit *facta naturalia?*
Hoc ipſum eſt obſcurare, imò ſubvertere, Jurispruden-
tiam! Quin potiùs cum aliis probè inſtructis diceremus:
117 Obligationem * procedere tum *ex lege*, citrà factum ho-
minis, (puta ut non faciat quid, quô id agatur, ut ſe ob-
ſtringat alii,) unde actio profluit, quam *dativam* appel-
lant: ùt eſt ad exhibendum, dotandum, &c. ùt & quo-
ties ex æquitate, legibus probatâ, comparatur actio; ùt in
*l. 32. d. R. Cred.* tum *ex factô* debitoris, *in hoc* ſcilicet, ut
obligaretur, *ſuſceptô*: quâ ratione etiam *delictô* dicitur
inter invitos *contrahi*; ſaltim quòd *ſciat* delinquens, ſe
118 inde alii obſtrictum fore. An * itaque ſe rectè habet ex-
poſitio *Auctoris?* quum ille ſimpliciter, per *varias cauſa-
rum figuras*, intelligit *æquitatem naturalem*. Nempe hoc
fuerat perſpicuum, & intellectu facile! Sed indoctum,
inidoneum, & falſum: quodque à *Caj.* verbis ac mente pe-
119 nitùs alienum eſt. Quin * & ampliùs pervertit *Cajum*,
quando illum ad *actiones tantùm in factum* reſtringit,
quo-

quoties *ex æquitate naturali* competunt. Neque * hæc eſt 120
doctrina *Bartoli*.

§. II.

FACTUM COMMUNE.] Valdè * involvitur *factis* 121
ſuis *Auctor:* poſtquam ſemel aſſeruit, nullam *niſi ex factô*
oriri obligationem. Hinc * oportet tandem, ut ad *factum*, 122
quod appellat, *commune coitionis in ſocietatem*, dilabatur.
Hoc ſcil. * eſt *ſupplementum* illud *univerſale!* Quidni tan- 123
dem ad *nativitatem hominis* procederet? Et * procedit 124
ſanè deinceps, nam & quicquid contingit, etiam cùm *pa-*
*titur* homo, *eſt factum*, & * eſt factum *naturale*, & 125
* eſt factum tale, quod *quà factum*, ipſi *producit obliga-* 126
*tionem*. Profectò * oportet illum rectiùs percipere, quid 127
ſit *factum?* quando dicunt Leges & JCti, neminem *ſinè*
*facto ſuô* obligari & de quibus *obligationibus* hoc ipſum
efferatur. Et nonne * maxima eſt confuſio? quando *Au-* 128
*ctor*, ad conturbandam Jurisprudentiam, *quodlibet debitum*
ad *actionem* facere, tradit; ſublatô per hoc ipſum omni
diſcrimine obligationis *naturalis* ( ejusque iterum *variæ*,)
& *Civilis*: debiti item ex *obligatione* & ex causâ *immedia-*
*tâ:* quin & ex *jure rerum*, quà *in re* eſt; (quam *impro-*
*priam* dicere licet:) dehinc *officii judicis, perſecutionis, ac-*
*cuſationis*, aliorumque *modorum*, ſive *publicorum* ſive *pri-*
*vatorum*.

§. III.

FACTUM GENERATIONIS.] Quis * unquam au- 129
divit in Jure Romanô, ejusque Interpretibus, de *facto ge-*
*nerationis?* & quòd filius *inde* adverſus Patrem habeat
*actionem*. Equidem * per generationem *Parentes fiunt*, 130
hinc *Paternitas;* & *ex hâc* proximè procedit obliga-
tio, ſeu paternum *Officium*, quod rectiùs dicitur.

131 NON EX SIMPLICI HONESTATE.] *Grotius* * au-
tem non reſpicit ad ſimplicem honeſtatem; verùm
ad eam, quæ ſaltim ex *juſtitiâ expletrice* non pro-
ficiſcitur, ſed ex fonte alio: ut niſi contrà *æquitatem*, (hæc
132 illi *boneſtas* eſt,) omitti non poſſit. Nam * & ipſæ *Leges
Romanæ* non præbent *actionem liberis*, hoc nomine, ad-
133 verſus Parentes; quippe * quòd causâ quâdam *mediâ* hoc
debitum non indigeat, ſed ab ipsâ naturâ, *ſeu ratione na-
turali, l. 5. §. 16. d. agnoſc. & al. lib.* Parentibus injungitur.
134 Hanc * verò *æquitatem, d. l. 5. §. 2.* quando liberi ſe ali *de-
ſiderant, d. l. 5.* nudâ imploratione, *citrà actionem*, quip-
pe quæ nullibi prodita eſt, adjuvant Judices, præviâ cogni-
tione ſummariâ; *d. l. 5. §. 8.* quin & arbitrò datô, *d. l. §. 25.*
135 & * non terminant hoc deſiderium ſententiâ, ſed *decretô*,
136 *l. 5. §. 18. eod.* Per hæc ſanè * non deſinit Parentum obli-
137 gatio *perfecta* eſſe, nec etiam * *imperfectam* illam habuit
*H. Grotius*; quamvis *actione* Parentes ad debitum illud
naturale non adſtringerentur, nec in hanc rem actio fue-
rit *neceſſaria*.

§. IV.

138 PATREM.] Nil ratio * *civis* ad *educationem* con-
139 civis. *Patris* * obligatio ſatis *plena* eſt ad hoc, dum *filium*
educare debet, ut probê ad *vitam congruam* invaleſcat.

ÆQUITAS NATURALIS ACTIONEM PRODU-
140 CIT.] Nulla * eſt *actio* ex *æquitate naturali*, neque idcir-
cò Lex *confirmat* actionem. Sed Lex *unicè* actionem *pro-
ducit*, ſi quæ à Jure Civ. *æquitas*, ad effectum dandæ actio-
nis, *recipitur*.

§. V.

141 IMPLORATIO.] At verò * hæc non eſt *actio*. Aut
142 producit *actionem*, quæ eſt *imploratio Judicis!* Et * quo-
modo

modo conſtat? quòd detur actio ex *æquitate naturali*; ſi non *Lege* aliquâ hoc proditum ſit.

§. VI.

UT SE INTERPONAT.] In hoc verò * non eſt diſcrimen inter *patrem* & *matrem*, quòd *actio* liberis adverſus eos non competat. 143

CAPUT FAMILIÆ.] Igitur * pater etiam liberis tenebitur ùt *caput familiæ?* non tantùm * ex *facto generationis*, quod appellat. Et * ſi *factum* hoc in *causâ* eſt, multò magis tenebitur *mater*, quæ & uterum aluit, & infantem uberibus lactare poteſt. 144 145 146

ET HIC ACTIO.] *Jam* * rurſus *actionem utrique* præbet. 147

ARG. L. XXXIV. D. NEG. GEST.] Non * hoc eſt argumentum, ſed *expreſſa diſpoſitio* Legis. Adde *l. 11. C. eod. t. cit.* 148

§. VII.

TRIENNIUM.] Quoniam * hoc *moris* inter *Romanos* fuerat: nunc verò non ultrà mater ad lactandum tenebitur, quàm id *conſuetudo regionis* exigit, natisque neceſſe eſt. 149

§. VIII.

PRAVAM CONSVETVDINEM.] Si * eà intentione fiat, quam ſupponit *can. fin.* Nemo * enim non videt, ideò non teneri ipſam ſimpliciter matrem lactare infantem, quòd *ubera* habeat; ſi modò illud ab aliâ commodè fieri queat: ipſumque hoc fieri curet mater. 150 151

§. IX.

DE CANONICA ÆQUITATE.] Quidni * etiam de *civili Jure?* quoniam *ſpurii pater*, ſaltim *naturaliter*, *certus* eſt. 152

153 IN VIM ALIMENTORUM.] Equidem * alimenta per ſe debet *omni ſpurio* pater, qui *certus* eſt. Sed *dotem* non debet niſi ei, quæ vitam ſuſtentare non poteſt, nec re-
154 perire maritum; niſi cum dote. Aliàs * enim *dos* in filiâ titulus eſt *lucrativus. l. fin.* §. *1. ff. quæ in fr. Cred.*

§. X.

155 IPSAM NATURAM.] Quoniam * hîc etiam *inceſtuoſos* comprehendit, ſi *per naturam* foret: non omnis inceſtus, qui *jure civ.* notatur juri *naturali* adverſus eſt; atque hinc jus naturæ, ex quo *Auctor* jus *alimentorum* deducit, talibus utique alimenta non denegat.

§. XI.

156 DE CUJUS PRAXI DUBITO.] Non * eſt dubitandum, ſi caſus ſit, quô filiæ tali adultæ tenetur pater ad *alimenta*, quin eidem quoque ad *dotem*, in locum eorum, teneatur, quâ maritum invenire poſſit.

§. XII.

157 QVA IPSI SIBI PROSPICERE VALENT.] Sed * de hoc caſu hîc non quæritur: cùm nec *liberis* debeantur alimenta, ſi ipſi *ſibi* poſſunt *proſpicere*.
158 EX LEGE CHARITATIS.] Hæc *ſola* * rem confi-
159 cere non poteſt; v. *l. 5. §. 2. d. agnoſc. & alend. lib.* ùt nec *
160 quivis *amor*, quô *aliis* etiam *ſanguine* junctis, quin & * *proximo* cuilibet, tenemur.

§. XIII.

161 INTERIMISTICVM.] Quod quidem * propiùs firmare poterat ex *l. 7. d. agn. & al. lib.* j. *l. 5. §. 3. d. Carbon. Ed.*

§. XIV.

162 FILII EXTRA MATRIMONIVM SVSCEPTI.] Sed

Sed * quomodo hi probabunt, ſe eſſe in *qs. poſſesſione* 162
*vinculi* illius, cujus intuitu alimenta petuntur?
QVI STVPRVM FATETVR.] Adverſus * *hunc* non 163
indiget ſpurius probatione *qs. poſſeſſionis,* quòd nempe ſit
*illius filius.*

§. XV.

SE CVM VXORE COPVLATVM.] Non apparet,
* quâ ratione talis posſit teneri *ad alendum* eam, quæ ſe 164
fundat *in contrario.*

§. XVII.

NATVRALI ET CIVILI.] Non utique * debitum 165
alimentorum *ſolius* eſt *æquitatis naturalis;* eò quòd *Jus*
*Civ.* ei *aſſiſtat,* datò *remediò* implorationis officii Judicis.
Nec * diſpar *in Patre* eſt ratio *ſubſidiorum,* ad diſcendum 166
*diſciplinas.* V. Mynſing. *3. Obſ. 12.*
EX INGENIO FILII.] Nec tamen * ex *hôc ſolùm,* 167
ſed ex *junctis circumſtantiis:* quin nec *ſtudiis* tantùm ju-
vatur Reſpublica. Et *ingenium* * ſæpè *in aliis* plus pro- 168
ficit: nec minori *induſtriâ* opus eſt in artibus quoque &
profesſionibus aliis. §. XXI.
ONERA.] Ex iſta *l. 45.* * nil probatur: nam 169
* *alimentum* non eſt onus ſ. *æs alienum*, aliudvè quod fi- 170
lio *adoptivo* incumbit; nec dum * jure *Pandectarum* illa 171
*diſtinctio adoptivorum* obtinuit; ad quam *Auctor* hîc quæ-
ſtionem illam expendit.
AD SVMPTVS STVDIORVM.] Non * apparet, 172
cur non æquè ad eos obligetur *adoptivo* filio? atque
obligaretur *naturali.*

§. XXII.

NULLUM INTERCEDAT FACTUM.] Igitur * 173
hîc in *facto ſuò* deficit *Auctor*, & ad *ſanguinis* propinquita-
tem recurrit.

174 UT EX DIGNITATE FRATRIS.] Et tamen * ſic
alendus eſt, ut ex *dignitate Patris* vivat, unde uterque
175 proceſsêre; cùm & * in *ſubſidium patris* veniat *frater*,
alterum fratrem aliturus.
176 AD SUMTUS STUDIORUM.] Imò * ùt *pater* te-
nebatur, in cujus locum hactenus *ſubintrat frater*. Eòque
177 * facit textus expreſſus. *l. 4. ubi pup. educ.* ibi: *liberalibus*
*artibus:* qui multò magis in *fratre* urget.

§. XXIII.

178 OMNES SUCCESSORES FEUDI.] Non itaque *
confundendum erat *debitum* horum alimentorum *ex Feu-*
*do*, cum *ſuperiori:* cùm ſatis conſtet, nil eſſe *ſingulare*
in Patre *Vaſallo*, à quolibet patre aliò. Atque hinc de
alimentis his non aliter quæri, quàm ut *filiæ*, loco *portio-*
*nis hæreditariæ*, alimenta ſua unà cum *dote ex Feudo* con-
ſequantur.
179 PRÆSERTIM.] An igitur * adverſus *patrem* quo-
que agi poterit unquam ob hæc alimenta?
EXTENSUM ESSE PER MORES GERMAN.] Nul-
180 la * hæc eſt *extenſio:* cùm jus quæſitum filiæ non poſſit à
quoquam, in Feudum illud ſucceſſurô, in dubium vo-
181 cari. Neque * *ullibi terrarum* aliud obtinet, vel
182 * obtinere *poteſt*. Igitur *ubique*, non tantùm in *Germa-*
*niâ*, competit *condictio* ex *Feudali Jure*, *ſ. ſcriptô*, ſ. *non*
183 *ſcriptô*. *
184 HYPOTHECA TACITA.] At verò * non pro-
tinùs *onus* illud, quod *rei inhæret*, in eâdem *hypothecam*
185 *tacitam* operatur. Cumprimis * autem *onera Feudi*
*realia*, ad hypothecam tacitam redigi non oportet. Nil
186 * etiam habet *Carpzovius c. l.* de illâ *hypothecâ tacitâ;*
187 quin * potiùs *contrarium* adſtruit *II. 46. 33. & 16.* Sed *Mevio*
ex

ex jam dictis reſpondere licet. *Fridericus* autem *Müllerus*
in *Reſol. Pract.* rectiùs docet *contrarium*, quòd in Feudis
locus non ſit *hypothecæ tacitæ;* quicquid ſit, quòd hoc *ſta-
tutò* poſſet *introduci:* quòdque *jus* illud filiabus compe-
tens habeat effectum *ſimilem*, quem aliàs hypotheca ha-
bet; tum & *Dominus* ſ. *Judicium* ejus, quod iſtius *poteſta-
tem* habet, *hypothecam judicialem* eò nomine inſuper filiæ
poſſit in Feudo *conſtituere*. Proinde * valeat *Auctor* cum a- 188
ctione ſuâ hypothecariâ, principiis *Juris Feudalis* adversâ?

EX CERTO FUNDO.] Non * probat hoc *lex 2.* 189
§. *1. d. alim. & cibar. leg.* Nec ſequitur, * actio *in rem* 190
*ſcripta* eſt, Ergò *realis* eſt. Nam eò ipsò *manet per-
ſonalis*, nec ergò * *hypothecaria* per naturam eſſe poteſt. 191
Et fallitur cum *Surdô* ſuô & *Pontanô Auctor.* Neque ve-
rò * *hypotheca tacita*, ſinè expreſſâ *Lege*, induci poteſt: 192
tum * nec *Foro* recepta eſt ſententia hæc. Quòd ſi ve- 193
rò * *præſtationes annuæ*, ceu *reditûs*, in alimenta, pro 194
publicis piisque locis, deputata ex fundo fuerint: illæ *po
tiori* jure, quàm *hypothecæ tacitæ*, gaudent.

§. XXIV.

TOTIES PRÆTERITA PETI NON POSSUNT.]
Quod tamen * aliter non procedit, niſi quando is, qui in- 195
tereà alimenta dedit, ejus nomine ab eo, quem aluit, vel
cujus nomine aluit, *nil repetiturus* eſt. Sic * enim *ad-* 196
*huc* filiæ v. c. *officium judicis* implorare licebit, ut pater
ea reſarciat, quæ in ipſius alimenta impenſa ſunt.

§. XXV.

JUS IPSUM.] At * verò, quæ *neceſſitas fratrem* ſtrin- 197
git, ad *alimenta* ſorori ſubminiſtranda; eadem quoque
ipſum ſequitur, quoties *par* eſt *dotis*, quæ alimentorum,
*ratio;* ùt quando dos in locum alimentorum ſuccedit,

198 nec alimentis eſt *gravior.* Atque * eò reſpicit *d. l. 12.*
§. *13. d. adminiſt. tut. vid.* omninò *Sandium h. cit.* Neque
hactenus diſpar eſt dotis & alimentorum ratio. *Aliàs* ve-
199 rò * non valet argumentum ab alimentis ad dotem *affir-*
*mativè*, (v. c. in filiâ *naturali*, quam alere quidem pater
tenetur; ſed non dotare:) Valet ſolùm *negativè.* Etenim
*alimenta* ſucceſſivè dantur; atque cum alimentario deſi-
200 nunt. *Dos* verò junctim & ſemel præſtatur. Nim. * &
201 hîc *officium judicis* proſpiciet. Nam * ſubeſt ſanè in ſe
*naturalis obligatio.*

§. XXVI.

202 EADEM REMEDIA.] Quæ * *unô genere conveniunt,*
non poſſunt ob hoc *eadem* ſimpliciter dici *Remedia.* Sunt
enim infinitæ *ſpecies*, quæ & *proximis* cauſis & *ſpecificis*
*differunt*, in quibus licet implorare *officium Judicis*, & ta-
men illæ implorationes non ſunt *eadem Remedia:* uti actio
emti & actio commodati non ſunt eadem remedia, ex
hoc, quòd utraque ſit actio *perſonalis.*
203 NISI AB INITIO.] Imò * hôc non attentô, quo-
ties, *citrà culpam mariti, neceſſitas* migrandi, ex juſtâ cau-
204 sâ, *ſupervenit:* nec * enim pactum excludit *juſtam cau-*
*ſam*, de quâ initiò partes non cogitarunt, vid. Richter.
*1. Dec. 9. n. 5.*

§. XXVII.

AN CONSUMMATUM MATRIMONIUM.] Er-
205 gò * ordinaria *ex ſtipulatu* actio poteſt inſtitui in *Sponſali-*
*bus:* non poteſt *ex conſummato*, per ſolennem coram Ec-
cleſiâ promiſſionem, matrimonio? Nam illâ nunc utimur.
206 Jure *Civili* * matrimonium poterat negari faciliùs. Et ta-
207 men * *præjudicialis* actio (uti quidem eam *generali* no-
mine, cum aliis actionibus *ex Jure perſonarum* compara-
tis,

tis, *Dd.* appellant,) non tam dabatur, ſi matrimonium *ne-*
*garet* alter, quàm ut uxor v. c. revocaretur, eique injun-
geretur, quò faceret illa, quæ *conjugalis* eſſent *officii:* ad
quod * implorabatur quoque *officium Judicis;* & nunc 208
etiam in hunc finem unum alterumvè horum *Remedio-*
*rum* adhibetur.

EX STIPULATU.] Ex *Sponſu* * actio daba- 209
tur; quæ & * nunc frequentatur. Cùm enim nexus 210
* *verborum* ad ea, quæ perſonarum ſunt, abhibetur, tam 211
non poteſt dici actio *ex ſtipulatu*, (& *ordinaria* quidem
illa,) quàm eò * *condictio certi* ex *ſtipulatu* æquè malè 212
adfertur. Sic & *publicæ* * dantur *ſponſiones. l. 1. ff. d. Le-* 213
*gib. &c. Sponſio* verò * genus quoddam ſubalternum pro- 214
miſſi conficit, & in *ſpecies* abit. Nil ergò * in *l. 19. §. 2.* 215
*d. ædil. ed.* quin illa potiùs hæc, quæ diximus, compro-
bat. Neque etiam * habetur in *eâ lege*, quòd *ex ſponſu* 216
agere Veteribus idem fuerit, ac *ex ſtipulatu* agere.

OMITTI.] Sed * quænam *alia?* & quænam *aptior* 217
dabitur? quando intendimus *ſponſam* matrimonium *ad-*
*implere* debere. Nam * *imploratio officii Nobilis* eò non 218
pertinet. Quin * nec opus eſt *ſubſidiô* illô imploratio- 219
nis, ubi *actio*, (quam ipſe *Auctor ordinariam* vocat,)
quæque plenam habet & ſufficientem *cauſam*, è qua pro-
cedat, in medio eſt. Quicquid ſit, * quòd Judex *abbre-* 220
*viare* proceſſum quemlibet matrimonialium cauſarum
debeat.

§. XXIX.

MAGIS FAVORE PARTUS.] Ac ſi * *venter* idem 221
foret, quod *partus?* ſeu partus unicè *in uterô*, nec * *fa-* 222
*vor* etiam *geſtantis uterum*, reſpiceretur.

ESSE PUTO.] Et quidnam * aliud *Carpzovius?* 223
ſive

224 ſive * de ſponsâ *incorruptâ*, ſive de *imprægnatâ*, ſeu ventre
& ſponsâ cum fœtu, loquamur.

§. XXX.

MEDIANTE IMPLORATIONE OFFICII JUDI-
225 CIS.] Anne itaque * hoc eſt remedium *poſſeſſorium re-*
*tinendæ?* quod *b. c.* obtinere deinceps ſcribit. Nempe
226 * idem eſt *interdictum* ac *imploratio Judicis?*

§. XXXI.

227 ONERA MATRIMONII.] Quid verò, * quòd ſu-
periùs obligationem hanc *ex vinculo unitatis carnis* de-
duxerit? Hæc ſc. ſunt vaga illa commenta, quibus à re-
ctô tramite *Legum*, in Imperiô receptarum, abducimur;
ſi per tales liceret *Doctores*. Utique non eſt reſpicien-
dum hoc pacto ad unitatem carnis; quin potiùs, ſecun-
dùm *dictamen Juris ivilis*, obligatio ad alendum uxorem
228 ad *onera mariti* pertinet. Aliàs enim * æquè arctum eſt
*vinculum*, in *muliere* atque in *marito*. Et hinc demum
229 *ſubſidiaria* illa procedit *obligatio*. Potiùs verò eſt, * ut
ante omnia in *cauſas propiores* intueamur.

§. XXXII.

230 SED ET SI DIVES.] Quisnam verò * unquam a-
lius JCtorum docuit, poſſe maritum *cogere uxorem*, ut ei
231 *dotem* conſtituat? Neque enim * movere quem poteſt
hoc, quod *Auctor* in *Cautelis* ſuis adducit, *præjudicium*;
quod ipſum, quia omni *Legum* fundamentô deſtituitur,
in hoc citari non poteſt.

§. XXXIII.

REVERA DIVORTIUM NON EST.] Cur ergò
232 * ille eam *divortium partiale* appellat? v. *l. 3. d. divort. &*
*repud.*

STRV-

STRUCTAS.] Sunt tamen * etiam *cauſæ* aliæ, *non culpoſæ;* ùt eſt furor, &c. 223

SUFFICIENTIA.] Secùs * maritus *in ſupplementum* veniet. 234

§. XXXIV.

MODO NON OB CULPAM MARITI.] Sanè * 235
ſi maritum deſerit, ob *culpam* ipſius *mariti:* non deſerit illum per culpam *propriam*, de quâ loquitur *Carpzovius.*
Admittit ergò * *Auctor*, quòd uxori non debeat alimenta 236
maritus, ſi ipſe non eſt in culpâ, quòd uxor ipſum deſeruerit. (Vel, ùt ipſe ait, ſi *uxor eſt in culpâ, modò maritus in culpâ non ſit.*)

ID NEGO.] Nullâ ratione.* Quin potiùs hîc fœ- 237
mina *culpæ* judicialiter convicta eſt. Proinde multò minùs ei ad alimenta maritus tenebitur.

OB DESERTIONEM MALITIOSAM.] Non pro-
tinus eſt * *malitioſa* deſertio, ſi uxor à marito diſceſſerit. 238
Et ſi foret talis, jam non ageretur ad decernendam *ſeparationem à thorô & mensâ;* de quâ in *antecedentibus:* ubi ſimul quæritur, an, ſi quando diſceſſerit uxor à marito, & ſeparatio ob hoc decernitur, maritus teneatur mediô
tempore uxorem alere? An verò * ob illam ſeceſſionem 239
poteſt agi *ad divortium?* Imò non * quæritur hîc, niſi 240
de diſceſſu, qui pertinet ad ſeparationem *à thorô & mensâ*; quicquid ſit, quòd necdum decreta ſit ſeparatio: nam
* ſi *decernatur*, adhuc ſubeſt *cauſa* illa diſceſsûs, qui eam 241
peperit, eademque quoad alimenta eſt decidendi ratio.

PROCEDI POTEST.] Eſto quòd demum procedi
poſſit, dummodò necdum ſit *divortium.* Anne * mari- 242
tus non debebit uxori *interim* alimenta, adverſus quam

poteſt

243 poteſt agere de divortio? Id quod * *negat* hìc *Auctor*, &
244 tamen *idem affirmat* §. 36. Annon * debebit ejusmodi
uxori alimenta potiori ratione, quàm ſi ſeparata fuiſſet
245 *per ſententiam, à thorò & menſâ?* Et cur * ei alimenta
denegabuntur, quæ *nec ſeparata* eſt *à thorò & menſâ* per
246 ſententiam; nec * multò minùs *divortium* per judicis ſen-
247 tentiam ſubſecutum eſt: Debebuntur verò * ei, juxta
*Auctorem*, quæ de *culpâ* convicta, & propterea à marito
248 *ſeparata* eſt? Et nonne * etiam adverſus hanc nihilomi-
nus adhuc poteſt maritus *ad divortium* agere? quâ ra-
tione rurſus, ſecundùm *Auctorem*, ei non debebuntur
alimenta. *Debebuntur* ergò & *non debebuntur!*
249 ADULTERIUM.] Ergo * hæc eſt doctrina *Auctoris*.
Omni illi mulieri, quæ non commiſit delictum, ob quod
*divortium* locum habere poteſt, alimenta debentur.
Atqui nulla mulier, adverſus quam ſolùm ſeparatio quo-
ad thorum & menſam decerni poſſet, tale commiſit de-
lictum. Ergò omni tali mulieri debentur alimenta.
250 Quid * ergò recipit ille ex *Carpzovio?* Et num * non
251 ſententia *Strykii* adverſa eſt omnibus Doctoribus, imò
252 * adverſa rationi & æquitati? Vid. Beuſt. *P. 2. d. Jur. Con-
nub. c. 7. §. 5. n. 3. & al.*
253 LONGE PARCIORA.] Optimum * temperamen-
tum!

§. XXXV.

254 GRAVIDAM.] Quid verò * de *liberis* jam *exſtantibus?*
Cùm ipſe ſileat: reſpondeant alii, pro ſupplendo *Tracta-
tu de inveſtigandis actionibus.*

§. XXXVI.

255 SUMTUS LITIS.] At verò * non eſt par ratio *ſum-
tuum litis h. l.* Quid enim ſi illis ſufficiat mulier? Nam
*alimen-

*alimenta quidem ei non debentur ob ejus indigentiam; 256
ſed quòd ſint onus matrimonii. Quin * & egena ſi fue- 257
rit, nec habeat pro ſe præſumtionem bonæ cauſæ, fruſtrà maritus adſtringetur, ut ei ſumtûs ad litem temerariam ſuppeditet.

§. XXXVII.

MERITO.] Ergò * omnis is, qui *lugere* tenetur alium, 258
ab hoc, & ex facultatibus ejus, alendus erit? Et ubinam fundata eſt Legibus hæc doctrina? Quicquid * ſit de ra- 259
tione inconſequente, etiam aliâ, ut hæredibus iſtud onus invitis imponi queat?

QVARTA ILLA.] Quid tamen * ſi quarta illa non 260
ſufficiat? Ita nihilominus oportet ad doctrinam *Auctoris* recurrere. Si verò * ali non poteſt: fortè etiam h. c. 261
lugere non tenebitur maritum? Hæc ſcilicet eſt cerebrina & vaga illa Jurisprudentia!

§. XXXVIII.

PACTI TACITI.] Dudum * exploſa eſt ſententia 262
illa, quæ *officia* ſocietatis, ùt & ipſa debita *Juris Gentium*, *ex pactis tacitis* repetit. Nam * quod *civium*, quà tales 263
ſunt, præſtationes attinet: de illis hîc non quæritur. Utique * neceſſaria ſunt, illa *communia* Societatis *humanæ* 264
officia, citrà omne *factum humanum*, & ſic *antecedenter* ad illud: eaque * cum *civicis* malè confunduntur. 265

COMPELLI.] Saltim * ut hoc fieri à me patiaris. 266

JURE DEFICIAMUR.] Tali, * quod *in ſpecie* actio- 267
nem *utilem pluviæ arcendæ*, illô *caſu*, dederit.

§. XXXIX.

NON CONSTAT.] Debet ſanè * actor *fidem probabiliter* facere *Judici*, quòd res illa penes reum ſit. 268

D IN-

269 INSPICIENDI RES SUAS.] Ubinam * hoc *Legibus*
habetur? ut res meas inſpiciendi copiam teneat facere ei,
cui ad exhibendum teneor. Nullibi exhibitionis debitum
ita deſcribitur.

270 ALIQVI.] Debebat * adduxiſſe tam ineptos Docto-
res.

271 JUS IMPLORANDI JUDICEM.] *Actionem* * di-
cere debebat. Non eſt JCti, veſtigia legum confun-
dere!

272 VERSETVR IN DAMNO.] At verò * hoc omni-
nò fundamentum actionis non eſt.

DOMINIUM PRIUS PROBANDUM EST.]
273 Num ergò * non *tenebitur* reus, *priusquam* actor hîc *proba-*
274 *verit* dominium? Num * *probare* tenebitur actor, & ad
difficultatem rei adſtringetur, *in quâ ſe non fundat?*
275 Ubinam * hoc habetur? quòd actor vindicaturus debeat,
in actione *ad exhibendum*, probare *dominium?* Scilicet
276 * non aliud, & ne probare quidem, ſed * *demonſtrare*, te-
277 netur; niſi quòd *ſuâ peculiariter interſit*, ſibi rem *exhi-*
278 *beri: l. 13. ad exhib.* de quô * *ſummatim* cognoſcet *Judex.*
279 *l. 3. §. 9. eod.* Quid etiam, * quòd is quoque agere poſſit
280 *ad exhibendum*, qui *Dominus non eſt. d. l. 3. §. 1. 9. 12.*

§. XL.

281 MINUS COMMODA.] Scil. *Paulum* * ille docebit,
282 qui in *d. l. 2. §. 5.* actionem iſtam, & quidem * *poſt dubios*
283 *Veteres*, ſuppeditat. Ut enim * quid pati in tuo tenearis,
remediô opus eſt, & *ſpecificô* quidem; cumprimis ſi de
aggere agatur, cujus confecti *memoria* non extat, *v. l. 2.*
284 *§. 3. eod.* aut qui *naturalis* eſt. Sic & *Ulpianus* * in uni-
verſum *l. 1. §. ult.* quando nos in agro vicini munimus,
eam

eam in rem nos habere tradit *actionem utilem* vel *inter-*
*dictum.* Oportet * utique *jus* habere *petitorii:* nam hæc 285
eſt *qſ. ſervitus*, ùt idem *Ulpianus d. l.*, nec * *interdictum* 286
per ſe *ſufficit;* neque dari poterat, ſi ibidem munire non
liceret *jure petitorii.*

IMPLORATIO OFFICII JUDICIS.] Rurſus * vagatur 287
in *imploratione officii Judicis.* Quodnam * ille hîc intel- 288
ligit officium Judicis? Quidni * acquieſcit in accuratione 289
*JCtorum?* dari vel *actionem* vel *interdictum.*

§. XLI.

EX EODEM PRINCIPIO.] Quaſi verò * non alia 290
cauſa foret iſtorum Interdictorum, quæ hîc adducit *Au-*
*ctor?* An enim * *Jure* illi deſtituuntur, quibus publicô 291
utendi *jus eſt? l. 2. §. 2. 21. ne quid in loco publ.* item qui-
bus * *poſſeſſio ſervitutis* itineris competit, aut cloacæ? 292
Nam * *refectio* in ejus *conſequentiam* venit; ùt *diſertè* 293
habet *l. 1. §. 12. d. itin. actuq. priv.* Imò * ampliùs, adeò 294
interdictum hoc *de reficiendo* cauſam *proprietatis* ad-
mixtam habet; ut qui eo uſus eſt, illum oporteat pro-
bare, quôd *hæc ſervitus* illi *competat. l. 3. §. 13. eod.* Quan-
doque * etiam reficiendi jus ne quidem habet, cui *jus eſt* 295
*ſervitutis. §. 14.*

OMNIA ILLA INTERDICTA] Optima * ratio *inve-* 296
*ſtigandi cauſam Interdictorum* omnium, quibus utimur?
quando alter ad hoc tenetur, quod *incommodum*, ſaltim
novum, ei *non adfert;* cùm tamen ex *Jure ejus* v. c. qui
hîc refectionem *petit*, vel alibi qualemcunque *poſſeſſio-*
*nem exerciturus* eſt, id *pati* teneatur. Imò * in facto 297
non citrà *incommodum* ſit refectio itineris vel cloacæ.

IN EO OMNINO CONSISTIT.] Imò * verò non 298

ſiſtit. Quidni verò conſiſteret in *facto me impedientis*, ex parte *ipſius*? Quis unquam hoc in dubium vocare auſus eſt?

299 TERTIO.] Non eſt * ille tertius, ſed *ſecundus*; ſive *publicam* rem, *v. d. l.* 2. §. 2. ſive *privatam*, ſupponas.

§. XLII.

300 A GROTIO PROPOSITA.] Nec tamen * *primus*
301 ille eſt: & * perperam educit jus illius ex *communionis primævæ* reſiduis.

302 VIA PUBLICA UTI.] Ac ſi * in hoc *ratio tranſitûs*
303 verteretur. Ita * nunquam tranſitus poſſet inhiberi illis, qui eum non belli, ſed *aliâ* de *causâ*, petunt; quod tamen falſum eſſe, vel ex ſolis *Commentatoribus* ad *Grotium* pe-
304 tere licet. Neque * ergò *planiſſima* hæc eſt ratio.

305 FINGI POSSIT.] Poteſt * omninò *fingi*; aliàs ſimpliciter eſſet *neganda* quæſtio.

§. XLIII.

306 LVCRVM QVÆSIERIT.] *Pecunia* * *mea*, h. e. mihi debita in *l.* 32. de his *in ſeqq.* ùt in §. *XLIV. pecunia mea &* §. *XLV. pecunia noſtra*. Ubi idcircò perperam eò trahitur *l.* 11. *d. R. Jur.* it. §. *XLVI. Res mea.*

§. XLVI.

307 GENERALIOR.] Non tamen * *qualibet æquitas* hîc innuitur, ſed quæ in ſpecie illâ *ſingulari* deprehenditur.
308 Ubicunque * ergò æquitas ad *aliam ſpeciem diverſam* applicari voluerit: ibi non erit *hæc* æquitas. Quâ ratio-
309 ne * ubicunque æquitas ſubeſt, *alterum non locupletari* cum damno meo: non protinùs datur adverſus illum *con-*
310 *dictio indebiti*; imò * *nec alia*, & ne quidem condictionis *ſinè causâ* ſpecies: quicquid ſit, quòd omnium condictionum cauſa ſit *æquitas*; *l.* 66. *d. condict. indeb. l. pen. d. reb. cred.*

*cred. l. 50. d. jure dot.* niſi *caſus*, * qui ad æquitatem illam 311
trahi velit, ad *requiſita* illorum *Remediorum* ſ. ſpecies, qui-
bus æquitatem Leges applicant, accommodari queat. Et
longè rectiùs *Lauterbachius:* qui non facilè excurrit cum
Extravagantibus. Multa vident JCti accuratiores, quæ
cæteros fallunt, quæque videre illi non poſſunt, ſubſidiis
in id neceſſariis vacui.

PROMISCUE.] At verò * ſi ratio æquitatis adeò *ge-* 312
*neralis* eſt, ut *extrà terminos*, qui *ſpecie d. l. 32.* continen-
tur, pertrahi poſſit: quidni favorem eundem omnibus *ex*
*illâ l. 32.* impertit *Auctor?* qui ad *æquitatem* provocant,
quòd non debeat alter fieri cum injuriâ ipſorum locu-
pletior.

IN RE MEA AMISSA.] Et hoc * primum requiſi- 313
tum falſum eſt. Non enim agitur in *h. l.* de re *noſtrâ*,
ſed de eô, quod nobis *debebatur;* ſi circà iſtam nobis
damnum ſeu imminutio facultatum obvenerit.

CULPA.] Hîc verò * de *culpâ* non quæritur: quic- 314
quid ſit quoad *ſpecies* illas, de quibus *ad l. 203. d. R. J.* agi
ſolet.

IN LUCRO HÆRENT.] At verò * *mutuum* non 315
eſt titulus *lucrativus*. Et ſi * pecunia illi *caſu* quôdam 316
*perierit*, utique in *lucro* non eſt, *l. 18. pr. quod met. cauſ.*
& tamen *ad reſtituendum* tenebitur. Sed * juxta *Stry-* 317
*kium*, ſi mihi teneretur reſtituere pecuniam, ex qua lucrum
nullum perceperit, in *damnum* ille pariter incurreret.
Ergò * in *pari cauſa* melior eſt conditio *poſſidentis?* Opti- 318
ma *Legis* interpretatio! Utique * non in eo ponit ratio- 319
nem *Celſus*, quòd accipiens *in lucro* ſit; ſed quòd pecu-
niam *ſine causâ* acceperit.

320 VINDICANDI LICENTIA.] Nempe * *vindicatio-*
*nem* ille pertrahit ad ſpeciem iſtius *Legis*, ejusque *ratio-*
*nem!*

321 TERTIUS.] Quin * nec adverſus hunc datur iſtud
*ex L. 32.* Remedium, quando *aliâ* adverſus ipſum *actione*
322 experiri licet. Non * quia id *ſubſidiarium* eſt; ſed
323 * quia condictio *ſinè cauſa* fundari non poteſt, *ubi cauſa*
324 ſubeſt alia, & ſolùm * dicitur ſubſidiarium remedium, in re-
325 ſpectu ad *condictiones alias*. Et quamvis * poſſim actione
uti adverſus illum, *à quo læſus* ſum: tamen eapropter *à*
*tertio*, ad quem ex re mihi debitâ quid *ſine cauſâ* perve-
nit, id non prohibeor *condictione illâ* repetere.

326 ATTENDENDUM.] Hæc verò * *communisſima*
ſunt *omnibus Remediis:* quânam igitur neceſſitate *Auctor*
illa, quaſi *ſpecialiter* huc pertineant, attendenda eſſe cu-
pit?

§. XLVII.

327 EQVUS MIHI FURTO ABLATUS.] Iſta * *ſpecies*
non eſt hujus loci, & ad *rerum dominia*, ipſasque *ſpecies*
328 *vindicandas*, pertinet. Neque * *Franzkius*, neque *Carpzo-*
*vius*, hîc *citati*, provocant ad hoc *ex l. 32.* Remedium; ſed
329 ſolùm ad *communem rationem æquitatis:* de quâ * in *l. 14.*
*d. condict. indeb.* & in *l. 32. d. R. Cr.* ùt *& alibi* mentio
fit; probè gnari, quòd quidem actione *in rem* hîc uti non
330 liceat: interim * LL. prodita ſit actio *in factum*, rei *vin-*
*dicationis ſuccedanea*, qualis in *l. 52. d. Rei Vind.* exprimi-
331 tur: ut * idcircò vel ex hoc non habeat locum Remedi-
um dictæ *L. 32. d. Reb. Cred.* ex *Auctoris* requiſito, §. *præc.*
332 *n. 4* præſuppoſitô. Et * ſi Domino rei ablatæ, adverſus
b. f. poſſeſſorem, ratione ejus, quod in lucro apud ipſum
reſedit, ex *d. L. 32.* potuiſſet ſuccurri: non ita *diſceptaſ-*

*ſent*

ſent DD. *Saxonici*, ut hanc in rem *Deciſione Electoris* opus
fuiſſet. Cæterùm * quòd in dictâ ſpecie equi, b. f. poſ- 333
ſeſſor, non niſi quoad lucrum, teneatur: hoc inde eſt, quia
rem intuitu *obligationis* non habet; & imò * habet *ſpeciem*, 334
ut citrà eam non teneatur. Sed *in l. 32.* qui pecuniam
accepit, *genus* debet, quod *debitori perit.* Eſtque hacte-
nus *ad inſtar mutui.*

§. XLIX.

IN FORO.] Igitur * non datur in hôc Remedium 335
*ex L. 32.* quoad *veritatem theoricam?* ſed tamen * non 336
aliud datur in *Forô*, quàm illud ex iſta *L. 32.* (in quâ * ta- 337
men *fundatum non eſt,*) remedium! Et ſic reverà * *aliud* 338
foret remedium noviter effictum!

NON ALIUD.] Imò * *ne* hoc quidem dari poteſt, 339
eò quòd Jure Civ. b. f. poſſeſſor *fructûs* illos *lucretur.*
Quòd verò *moribus* ſit paſſim receptum, ut b. f. poſſeſ-
ſor, etiam *ſingulari judiciò*, teneatur, in quantum ex fru-
ctibus illis eſt redditus *locupletior*; (quod tamen * ne qui- 340
dem *ubique* introductum eſt; Sand. *III. XV. 1.*) hoc * *eò* 341
*ipſò* non poteſt eſſe *Remedium ex d. L. 32.* ſed oportet * 342
ut ad actionem *in factum communem* referatur; atque hu-
jus *ſpeciem* quandam, à *DD. introductam*, & *Forô* receptam,
conficiat.

DATVR REMEDIVM.] Sed * quomodo dabitur, 343
in caſu illô, ubi *requiſita omnia*, ùt ipſe *Auctor* ait, *non*
*adſunt?*

SVÆ CVLPÆ.] Quid * verò *culpa* hæc ad *bonam*
*fidem* poſſeſſoris adjicere poteſt? in quo nec quicquam 344
reſpicitur ad culpam, ſi quæ foret, aut ad negligentiam
Domini; ſed ei * ſufficit *bona fides*, quâ fructûs *ſuos* fe-
cit, eosque *conſumtione lucratus* eſt. Et ubinam * *tem-* 345

*pus*

*pus* eſt definitum? intrà quod *inquirere* Dominus debue-
347 rit? ne poſſeſſor fructus lucraretur; qui * & *primi anni*
fructûs conſumere poteſt protinùs. An autem non pri-
mô ſtatim annô potuit inquirere in rem ſuam Dominus?
348 Ne * dicamus, diverſam eſſe rationem acquiſitionis *fru-
ctuum*, quos percipiendô ſtatim ſuos reddit b. f. poſſeſſor;
& acquiſitionis *rei* ipſius, in quam ſi non inquirat Domi-
nus, præjudicio ei non eſt; niſi poſt *longum tempus*, *Le-
349 gibus* definitum. Fructûs * etiam *nunquam fuêre petito-
350 ris*, uti *res* ipſius eſt. Hinc nec * iſtos *condicere* licet *ſi-
351 nè cauſa:* quoniam * ſcil. ab initio ſtatim fuêre poſſeſſo-
ris, ex *cauſâ b. f. poſſeſſionis*, quâ poſſeſſor, *Lege* adjuvan-
te, nititur.

§. L.

352 RECURRI POSSE.] Quod * tamen fruſtrà aſſeri-
tur, cùm Creditor ſibi imputare debeat, quòd *fidem Pa-
353 tris* ſecutus fuerit. *Alimenta* * verò non ab ipſo, ſed *à
Patre*, acceperunt liberi: ad quæ refundenda *hi* non te-
354 nentur. Hic * valeat, quod ſuprà placuit *Auctori*, quòd
damnum ſentire non videatur, qui id ſuâ culpâ ſentit.
355 Neque verò * liberi *in lucro* ſunt (quod eſt inter requiſita
*Strykiana*,) dum à Patre acceperunt, quod ille ipſis *de-
buerat*.

§. LI.

356 NEGOTIUM ALIQUOD INTERCESSISSE] Imò *
*condictionem ſinè causâ* dari, omnes norunt, etiam quan-
do *absque causâ omni* quid apud alium eſt, quod ad nos
pertinet; *v. l. 30. pr. d. act. emt. l. 25. §. 1. d. furt.* Quam-
357 vis * etiam *titulus* in caſu *legis 32.* videatur ſubeſſe, ex par-
358 te accipientis; tamen ille eſt *erroneus:* in *dante* * verò,
*à quo* tamen procedere debet *titulus*, planè *nullus* ſubeſt.
Hoc

Hoc * itaque eſt, quod in *d. l.32.* habetur, *nullum inter-* 359
*ceſſiſſe negotium:* quâ ratione, cùm hoc ipſum, quod mi-
hi debebatur, *ſinè causâ verâ* ſit apud alterum: rectè id ab
hoc, per *condictionem ſinè causâ*, repetere poſſum. Nam & * 360
condictio ſinè causâ eſt *ex æquitate;* ſed *Legibus* probatâ,
quando æquitatem ad actionem iſtam evexerunt, *nullô*
*etiam factô actoris* interveniente; ex quô *naſci* debuerit.
*v. l. 50. d. Jur. dot.* Hæc ſcil. eſt *figura* illa generalis *boni*
& *æqui*, in *l. 1. pr. d. O. & A.* quæ ſæpè locum invenit,
ubi *nullum* nobis cum altero *negotium* eſt.

IN NOSTRA LEGE.] Eſt tamen * *expreſſum in-* 361
*tegris titulis:* neque *Lex* * hæc conſtitutio quædam *ſpecia-* 362
*lis* eſt, quæ vim *novam* actionis *caſui* adducto conferat;
ſed caſum * tantùm *ſpecialem* proponit, ad quem *condictio* 363
*ſine causâ* applicari poſſit. Utique * cauſa illa eſt *efficaciſ-* 364
*ſima, ab antiquo,* ad *actionem;* qualis non eſt natura illa-
rum cauſarum, quibus *noviter* ad actionem efficacia tri-
buitur. Quin * & *generali* nititur *fundamentô* hæc actio, 365
quæ in *d. l.32.* innuitur, & ad plurimas *ſpecies diverſas* ſe
porrigit; (imò ampliorem adhuc eſſe putat *Auctor*,) At
* verò ita ſe non habent unum alterumvè caput, ob quod 366
*condictio ex L.* ſingulariter comparata eſt. Quòd ſi * et- 367
iam illa *Lex 32.* non *exſtitiſſet:* tamen ex factô illô educi
oportuiſſet condictionem ſinè cauſa. Jam * verò condi- 368
ctio *ex Lege* dicitur, quæ *citrà illam legem*, ex facto & causâ
illâ, data *non fuiſſet*. Et * ſi tunc condictio *ex Lege* dan- 369
da eſſet, quando *actionis nomen* in *Lege* non expreſſum eſt:
tot condictiones forent ex Legibus, quot Legibus dicitur
agi poſſe, non expreſsò nomine actionis, quâ agi oporteat;
id quod maximum abſurdorum eſt.

IMPLORATIONI OFFICII JUDICIS.] *Commo-*
370 *diſſima** pro *Strykio inveſtigatio* Remedii alicujus, quô agi
oporteat! Quid enim eſt magis opportunum, quàm ſi de
actione decernere nequeas, (quod Illi ſanè perquàm
difficile & obſcurum eſt,) poſſe te ad hoc aſylum recur-
371 rere. Nam* oportet ſanè *auxilium* quæri *apud Judicem*,
372 eumque implorari. At *verò quid *officii* nomine veni-
373 at, non capit *Strykius*. Non habet* locum Judicis offi-
374 cium *nobile*, ubi *actio* datur. At verò* hîc actionem da-
ri nec ipſe negat *Auctor*; & tamen vult ad officium Ju-
375 dicis recurrendum eſſe. Sic * & *actione in factum* non
376 indigemus in iſtâ ſpecie, quam *d. l. 32.* continet. Quid*
verò ineptum magis dici poteſt? quàm quòd *actio* in fa-
ctum *inſit implorationi officii Judicis*. Sanè ſcribit *Stry-*
*kius*, quicquid ſomniat. Dicat ea credulis juvenibus, qui
promiſcua illa exoſculantur: non ſunt hæc talia ſcriben-
da in publicum, in quod nullâ dictaturâ valemus. Hanc
ſolùm agnoſcunt, qui principiorum æquè cum ipsô ignari
ſunt.

§. LII.

377 AFFINE REMEDIUM.] Imò * *idem* eſt, condictio
378 ſc. ſinè cauſa. Ex quô * patet, non eſſe in *l. 32. d. Reb.*
*Cred.* Remedium *novum* aut *ſpeciale*, ut ad Legem illam,
ceu ad *ſedem ſingularem*, oporteat *ſpecies ſimiles* deduce-
re; quin potiùs in illâ continetur *caſus* ſ. ſpecies, quam
cum *pluribus aliis*, eâdem æquitate nitentibus, (prout
hinc inde in legibus aliis reperiuntur,) ad actionem il-
lam *generalem*, ſc. *condictionem ſinè cauſâ*, redigi opor-
379 teat. Et quidem * in *L. 32.* proponitur ſpecies; ubi res
380 *mihi debita* ad tertium pervenit: in *l. 23.* ubi,* res, quæ
*mea* jam eſt, alteri obvenit: in quâ cùm non minùs *ti-*
*tulô*

*tulô erroneô* rem ille acceperit, & ſic ſinè cauſâ; attamen
bonâ fide: non * exſtante ampliùs re apud ipſum, diſertè 381
mihi condictio datur; quæ * nulla eſt alia, quàm *condictio* 382
*ſinè cauſâ*, ad pretium rei meæ, quod obtinuit, quodque
apud ipſum ſinè cauſâ eſt, ab eô repetendum.

EX ÆQVITATE NATURALI.] Imò * non deſti- 383
tuit *Jus Civile* Dominum rei actione, quoad pretium,
ex venditione rei illius redactum. Sed ſolùm eam de-
negat actionem, quæ nomine *rei* competere poterat, *rei*
*vindicationem:* atque * hoc eſt, quod dicitur, *pretium* in 384
judicio ſingulari *non ſuccedere* in locum *rei.* Indeque * 385
non eſt recurrendum, ut pretium hoc conſequamur, ad
Remedia *extraordinaria*, aut * *vagam æquitatem natura-* 386
*lem:* quin potiùs * eadem æquitas illa naturalis, quæ 387
ſuum cuique tribui, in aliis quoque voluit actionibus,
(cumprimis autem in his, quæ nobis *citrà factum no-*
*ſtrum* competunt,) non minùs cauſam præbuit *condictio-*
*ni ſinè cauſâ*, ut in locum nempe deficientis actionis rea-
lis, illa perſonalis ſuccederet. Indeque * dicitur *in l. 32.* 388
non ſolùm: *æquum* eſt; ſed *bonum* & *æquum* eſt. Bo-
num verò *civilem efficaciam* deſignat. *l. 1. pr. d. J. J.*

SIVE PER MODUM IMPLORATIONIS OFFI-
CII JUDICIS.] Iterum * ingeminat *officium* ſuum *Judi-* 389
*cis.* At * verò hoc eſt *contrà expreſſam l. 23.* ubi *condi-* 390
*ctio* comparata eſt; nullibi ad officium Judicis ablega-
mur: quod nec fieri potuit, ubi prodita eſt *actio.*

# AD
# MEMBRUM III.
## De
## *Actionibus, ex conventione expreſſâ & quidem ſimplici, oriundis.*

§. I.

391 VEL ÆQVITATE.] Et tamen, * quoniam *Auctor Fa-
*ctum* latiſſimè ſumit; nec Juridicè, (uti debuit,) cum
Legibus; quando illæ neminem *niſi factò ſuò* obligari di-
cunt: utique nec *æquitas* illi aliqua *ſinè factò* dabitur.
MUTUA CONVENTIONE DECLARATO.] At
392 verò licèt nulla detur *conventio*, quæ non inter duos
vel plures ſuſcipitur; tamen ſufficit *in genere conventio-
nem* appellari: *mutua* verò ſolùm dicitur, quando uter-
393 que *invicem ſibi* obligantur; id * quod non pertinet ad
genus, ſed *ad ſpeciem contractûs* mutui, ſeu *bilateralis*,
quem per hoc à contractu *unilaterali* diſcriminat. Et
394 quid * eſt *Factum, conventione declaratum?* annon *con-
ventio* per ſe *factum* eſt? & annon accuratiùs diceretur?
395 *conventio factò declarata:* niſi * quòd & ſic *facti* voce *am-
biguâ* opus non ſit; quippe quod in ſpecie *tacitam con-
ventionem* innuere ſoleat. Videlicet non vult *Strykius*
loqui accuratè cum Legibus & Doctoribus, cùm non poſ-
ſit.
396 EXPRESSAM.] Igiturne *tacita* * quoque *pacta* habent
397 *expreſſam conventionem?* & * *quaſi contractus?* quin imò
398 * ne *veri* quidem contractûs, quà tales, *expreſſam* conven-
tionem habent.

CON-

CONTRACTVM SPECIALEM] An * ergò *con-* 399
*tractus in genere*, (ùt *pacto* opponitur,) eſt contractus
*ſpecialis?* Egregia Philoſophia! Sed hanc odio habet: quia
ſc. hæc talia ipſi difficilia omnia, & imò obſcura ſunt, quæ
Philoſophiam ſapiunt: nec ab ipſo intelligi poſſunt; mo-
dò non intelligi ab omnibus deberent.

AUT NOMINATUM.] Obliviſcitur * diſtinctionis, 400
(quæ hanc *antecedit*,) in *verum*, (qui deinde in *nominatum*
& *innominatum* diſtinguitur,) & *qs. contractum*. Sed hæc
iterum ad Labyrinthos Tabularum pertinent, & non niſi
accurationem ſapiunt, quâ ſc. ſuperſedere poſſumus: ne-
que enim neceſſe eſt ad doctrinam, ut tu ſolida funda-
menta habeas. Etiam quæſtiones Juridicæ per rationes
ex aëre captas reſolvere licet, maximè ſi rem cum im-
peritis habeas Juvenibus.

DEPENDENT.] Minùs * Juridicè, & ne quidem re- 401
ctè populariter, dicitur: *Conventio ex pacto dependet.*
Nam * *pactum* potiùs *ex conventione*, tanquam *genere*, 402
pendet: imò * pactum non pendet ex conventione, ſed 403
ipſum *eſt conventio*. Ubinam * verò *pollicitatio?* 404

§. 11.

EXPEDITUM PUTO.] Nec tamen * expeditum 405
eſt: Quòdſi enim * pactum pro conventione *indelibera-* 406
*tâ* habetur, prout *Jus Civ. pactum* obligatorium pro tali
regulariter *declaravit:* non poteſt ſanè, & ne quidem *Na-* 407
*turali* * etiam *Jure, actionem* producere. 408

REM SUAM OBLIGANDI.] Barbara * locutio, nec 409
JCtô digna! *Sic * & effectus efficacis obligationis*, minùs 410
aptè dicitur: & quid * eſt *conſenſus actualis:* ſc. etiam
*potentialis* quidam conſenſus eſt?

411 SOLENNI ILLO.] Imò * non tam ad *ſolennitatem*
412 hîc reſpicitur, quàm * ad *deliberationem animi*, quæ ex
illâ ratione, verbis ſolennibus ſ. *conceptis* ſtipulandi & pro-
413 mittendi, conſtare poteſt. Ubinam * verò eſt mos *pa-*
414 *ciſcendi ſolennis?* & * *paciſcendi per ſtipulationem?*

§. III.

415 MAJOR VALIDITAS.] Non eſt: * nam nec *hodie*
416 *pacta, quà talia*, producunt *actionem*. Tantùm * hoc
*Moribus* introductum eſt, quòd conventio verbis, ſ. ſcriptis,
ſ. dictis, inita, *etiam inter abſentes*, quamvis ad aliquem
contractum *conſenſualium*, vel ad *ſtipulationem*, (prout
*Romanô Jure* obtinuit,) referri non poſſit; tamen *pro de-*
*liberatâ habeatur*, quòusque probetur contrarium: & ſub-
eſſe cenſeatur *ſtipulatio*, quam *interpretativam* dicere li-
417 cet. Unde * & *hodiè* in *Foro* obtinet ſententia, quòd ex
pactô, *quà tale* eſt, h. e. ſi probari poſſit, *indeliberatum*
fuiſſe, (quale quidem *Jure Romano* omne pactum regu-
418 lariter *ipsô Jure habetur*,) non detur actio. Et * ſi *vim*
habet *ſtipulationis*, (ùt *Auctor* ipſe tradit,) utique actio-
419 nem *quà pactum*, non producit. Ergò * producit & non
producit!

420 AD OBLIGATIONEM CIVILEM.] Quaſi * non
421 ſufficeret habilitas ad obligationem *naturalem?* Imò *
*civilis* obligatio, *merè* talis, *nec hodiè actionem* efficacem
producere poteſt.

422 DE EXCEPTIONE.] Bonum * argumentum! quia
*in c. 1.* non agitur de *exceptione:* ideò ibi agitur de *actio-*
423 *ne ex pactô:* Et * tamen de pacto *nudo* ne quidem *in*
*textu illô* agitur; ſed de pace aut *transactione*, per quam
424 *diviſum jam* eſt: indeque * *factum* intervenit, (quod qui-
425 dem ipſe *Auctor* fatetur; & tamen * ipſi pactum nu-
dum

dum eſt; nempe quod in *nudis placiti finibus acquieſcit:*)
ſeu plebis *diviſi*. Deinde * hæc conventio *in tabulas in-* 426
*ſerta*, & *ſtipulatione munita* erat. Videat * *Strykius Ca-* 427
*nones* Concilii *Carthaginienſis*. Cæterùm * undenam il- 428
le aſſeverare poteſt? non agi *d. c. 1.* de *exceptione*; dum
non niſi verba reſpicit; *mentem* verò *ex fonte* non inqui-
rit. Nam * & *Prætor* vult pacta *cuſtodiri*, in *l. 7. d. pact.* 429
qui tamen *actionem* exinde non largitur. Nil * etiam 430
*verba* textûs de *actione*; ſed de *cenſura Eccleſiaſticâ*.

NON ORDINARIA ACTIO.] Quænam * verò ex 431
pacto eſt *extraordinaria* actio? & * de actione ſanè ex 432
pactô, quam *naturâ ſuâ* producere debet, quæritur.

ASSERITUR.] Quis * aſſerere unquam auſus eſt, 433
dum conceditur *imploratio officii Judicis Eccleſiaſtici*, quòd
*ſimul* etiam *actio* conceſſa putetur; cumprimis * quando 434
*ad Cenſuram* Judex imploratur. An * fortaſſis etiam in 435
*J. Canonico* idem eſt *Strykio*, *implorare* judicem, quod
*actionem inſtituere?* Dum * inſiſtere non poteſt accuratis 436
juris principiis, omnia miſcet ac conturbat: terminis etiam
inuſitatis & minùs juridicis, maximè verò vagis, adhibitis;
& tamen deprehenditur. Hæc ſcilicet eſt facilis illa &
perſpicua, imò turbida, confuſa & noxia in ſcholas ac fori
uſum, docendi ratio. Nec *de Uſu modernô Strykianô* di-
cere nunc vacat.

§. IV.

CONDICTIO EX MORIBUS.] Nulla * hîc actio- 437
ne aliâ opus eſt, quàm actione, quæ *ex Verborum obliga-*
*tione* competit; poſtquam *vis* ſtipulationum indita eſt illis
Verborum conventionibus, quæ ſtipulationes, (v. c. *inter* 438
*abſentes* ſuſceptæ,) haberi non poterant. Idem * dices de
*Condictione* illâ *ex Canone*, quæ *nulla* eſt, ex *d. c. 1. x. d. Pa-*
*ctis*.

439 *ctis*. Nam * in *hôc Capitulo conſuetæ actiones*, quæ ex
Tranſactione, cumprimis eâ, quæ per *ſtipulationem* firmata eſt, quin & ſi contractu *innominatô* perficitur, competunt, meritò ſupponuntur; neque *aliâ*, eâque *novâ*, indigemus.

440 COINCIDIT.] Quid hoc eſt: * *Condictio ex Lege*
cum *condictione ex moribus* & vicisſim *coincidit?* Nec enim
441 * ſi *condictio ex Lege aliquâ* detur, hæc coincidit cum *aliâ*
442 *condictione* ex *canone*, vel *moribus?* Nec datur * *ex pacto*
443 condictio *ex Lege:* & * ſi daretur, *ſuâ virtute* valeret, &
*ex ſuâ Lege* formaretur.

§. V.

444 QVIBVS CASIBVS REGVLARITER.] Cedò * exceptionem, ubi ex pacto *Legibus interdictô validè agi* poteſt?

§. VI.

445 EX RE NASCI ACTIONEM.] Malè * exponitur,
446 ut idem ſit, quod *ex promotâ utilitate* naſci. Longè ſecus*
447 *JCti* hoc explicant: nec * aliter *ex re* dicitur naſci obli-
448 gatio, quàm *ex delictô* naſcitur. Hoc verò * an eſt *ex promotâ utilitate* naſci, quando nobis furto quis rem no-
449 ſtram abſtulit, aut damnum dedit? tum & * non daretur
h. m. actio ex *quôlibet contractu*, ſi non *utilitas* alterius *promota* foret; quod falſum eſt. *l. 10.* §. *1. l. 27. d. Neg. geſt.*

§. VII.

450 OB ÆTATEM PER LEGES.] Alii * dicunt *natu-*
451 *râ* vel *lege:* nam * ſanè *infans naturâ* potiùs, quàm Lege, pubertati proximus, *Lege* potiùs quàm naturâ, impeditur.

IN FORO VALIDA.] Non obligatur *validè;* &
hinc

hinc ne quidem obligatur *naturaliter*. Ita *Ille*: Quaſi
* verò naturalis obligatio ſit valida in foro civili? poteſt ſa- 452
nè * dici *non obligari validè*, qui *obligatur naturaliter*. 453

IN SVI PRÆJVDICIVM.] An ergò * poteſt *pu-* 454
*pillus* obligari *in alterius præjudicium*? & * an quisquam 455
obligatur, ſi non *in ſui* præjudicium? Sanè * ſi *fidejuſſor* 456
pupilli vel maximè obligatur, tamen ipſe pupillus non obli-
gatur, nec * *in fidejuſſoris*, nec, ùt *Strykius* eleganter loqui- 457
tur, *in ſui præjudicium*.

JVRE NATVRALI.] Et tamen * dicit *ſuperiùs*, eſſe 458
ſæpiùs Legibus inculcatum, *naturaliter pupillum obligari*.
Fœdâ confuſione! Hocnè eſt perſpicuè rem explicare?
Debebat * ſc. ipſe diſtinguere *ætates* pupilli. Debebat 459
* etiam in eâ ætate, quâ *naturaliter* obligatur pupillus, no- 460
tare, quòd Jus Civ. obligationi illi *effectûs* eos non tribuat,
qui apud alios naturaliter obligatos locum habent; unde
* & procedit, quòd dicatur pupillus talis *naturâ non de-* 461
*bere*. Nunquam ſapiet ex his næniis, qui non aliorum
JCtorum ſcita & Doctrinas ſectabitur!

IRRITVM REDDATVR.] Nec * tamen *claudicare* 462
dicitur, niſi quando pupillus *alterum adigit ad ſervan-*
*dum*. Nam ſi irritum ipſe velit, jam non claudicat, ſed
potiùs *utrinque nullum* eſt.

ET SIC IPSVM LOCVPLETIOREM.] At * verò 463
planè differunt, *ex re* naſci obligationem, & *redditum eſſe*
*locupletiorem*: quæ tamen hîc confundit *Strykius*. Nec
* *D. Pii actio* datur, quando *ex re* nata eſt obligatio. 464

EX IPSO PRINCIPALI NEGOTIO.] Quodnam
* verò eſt *neceſſarium* negotium, ſ. *minùs principale*? 465

LAVTERBACHIVS.] Quin * & ante ipſum *Suthol-* 466
*tius*, *Diſp*. 3, *th*. 34. & *alii*.

467 NISI LEX RESTITISSET.] At verò * non poteſt
contrahere *naturâ pupillus*, qui *pubertati necdum propior*
468 eſt, & tamen * *commodatò* teneri poteſt, eò quòd ne *infans*
quidem locupletior fieri debeat cum damno alterius.
469 Et quomodo * *Lex* in hoc *reſiſtere* potuiſſet? quæ potius
*naturalem æquitatem* ſequi jubet. Ita utique falſis & in-
eptis utitur *rationibus*; cùm principiis rectis & *Legalibus*
deſtituatur: unde rationes, quæ *anima* Jurium ſunt, edu-
ci unicè oportet.

§. VIII.

470 EX ILLO PACTO.] Rurſus * confundit *Auctor pa-*
471 *cta* cum *aliis conventionibus*. Nunquam * *pupillus* ex *pa-*
*cto*, quà *tale* eſt, tenetur, cùm nec inde conveniri poſſit
472 473 *majorennis*; utut * *dolô* egerit: & * quamvis inde redditus
474 ſit *locupletior*. Imò * nunquam poteſt dici illum, qui *pactô*
obligatur, *ex re* obligari; quippe quòd ex re obligari haud
unquam ſit conventionis illius, quæ in *nudis placiti fini-*
*bus* acquieſcit. Quocircà *limitationes* illæ circà pupilli
obligationem ad *regulam* de *pacto* non pertinent. Ne-
475 que * in *l. 13. §. 1. d. dolô malo*, dicitur, quòd *ex pactô tenea-*
476 *tur*, ſi dolô uſus in pacto fuerit. Neque * *par ratio* eſt
*exceptionis doli mali*.

477 PVRGARI POSSIT.] Ubinam * JCti dicunt, *dolum*
*actione purgari?*

478 EADEM RATIO.] Per * Jurisprudentiam *Strykii*,
facilem illam, quâ omnia confundere licet, ne differen-
479 tias accuratè inveſtigare neceſſe ſit. Quid * verò opus
fuerat doctrinam de dolo *quoad pupillum* inculcare? quam
ille cum quolibet alio *communem*, nec in eâ quid peculia-
re habet.

OB ADEPTVM DE BONIS ARBITRIUM.] Ra-
tio * proletaria & vaga! imò non eadem per omnia in *mi-* 480
*nore cum curatore*, quæ in *pupillo cum curatore* obtinent.
Sic * enim v. c. minor poteſt omnia, curatore etiam non 481
præſente. *l. 101. d. V. O.* Minor * adire poteſt hæredita- 482
tem absque curatore: non poteſt pupillus. *l. 17. §. 1. d.*
*appell. l. 19 d. auctorit. tut. §. 1. Inſt. eod.*

ALIQVI PVTANT.] Quinam * illi ſunt? Nam 483
* nemo non videt, *exceptioni* minoris ætatis non niſi *re-* 484
*plicam* ex *d. Auth.* opponi.

§. XI.

NISI VERSIONEM IN REM.] Et tamen * ne ſic qui- 485
dem *ex pacto illô* actio dabitur: Sanè * *l. 46. d. O. & A.* lo- 486
quitur de ſpecie illa, quâ *ex re* naſcitur obligatio; hæc
* verò non eſt eadem cum illâ *de in rem verso*; neque 487
* hæc eadem cum illa, quando *quis locupletior factus* eſt. 488
Niſi quòd hoc omnia *Strykio* eadem ſint.

NON PVPILLO.] Quoties * *prodigus* ex *conſenſu* 489
ſuô obligandus foret, toties eô, quoad *rerum* ſuarum
*adminiſtrationem*, *deſtitutus* eſſe creditur; indeque * 490
nec in eo *doli* haberi poteſt ratio. Sed * *pupillus* ex con- 491
ſenſu ſuô, *ſaltim naturaliter* obligari, & *ex dolo* etiam *ci-*
*viliter* poteſt. Quoties * verò *ex re*, vel quòd *locupletior* 492
redditus ſit, & *citrà conſenſum* obſtringi pupillum æqui-
tas poſtulat: toties & ipſe tenebitur.

ELVDERET.] Hôc ipsô * non eluderet, ſi deceptis 493
*ſatisfacere* teneretur: minùs apta hæc eſt ratio! Econ
trà ſatis idonea & concludens jam data eſt. *Alio* * ſanè *ſi-* 494
*bi obligare*, & *ab aliis acquirere* poteſt; quod non poteſt
*furioſus*. Hic * *omni conſenſu naturaliter* deſtituitur, *pro-* 495
*digus* non niſi *civiliter*, quoad *diſpoſitionem de rebus ſuis*.

§. XII.

UT QVOTA LITIS PROMITTATUR.] Dixerat
496 * in principio §. *1.* actionem non dari ex *pactô* de *quotâ*
497 *litis*. Jam ait, * in eô non eſſe vitium, ſi quota litis pro-
mittatur; ſed ſi *in caſum victoriæ* promittatur. Quânam
498 * verò aliâ ratione promittetur, quàm in *caſum victoriæ?*
quia aliàs *ex lite nil dari* poteſt Advocato, *niſi litem obti-*
499 *neat*. Et cùm * de *palmariô*, h. e. honorariô, ad id quod
in litem deductum eſt, non relatô, pactum valeat: uti-
500 que * in caſum *victoriæ* promiſſio non erit illicita, ſed
501 * in *objectô* erit odium, quod in caſum victoriæ promit-
titur; nempe in *quotâ litis:* quippe rei, de quâ deſpera-
re poterat, & faciliùs ad illam promittendam induci, li-
502 tigans. Nec * quicquam habent pro *Auctore*, citati ab eô,
*Carpzovius* & *Gailius*.

§. XIII.

503 PLERUMQVE.] At verò * pacta plura dantur pu-
ra, quàm à conditione ſuſpenſa. *Per ſe* enim *pura* ſunt,
*conditionalia per accidens*.

504 OBLIGATUS EST.] Maxima * ſubtilitas! Eſſe quem
505 obligatum *ad non pœnitendum!* Num * hæc ſpecies ſub
definitione *obligationis* continetur? Equidem quælibet
ſtipulatio accipit vires *ex præſenti*, eſtque *jus*, & *in jure*
506 conſiſtit; indeque *in hæredes* tranſit. De cætero * nil
*debet* ſtipulatori conditionali, antequam conditio eveniat;
507 niſi quoad *perſonam*. *l. 10. ſeqq. d. V. S.* Cùmque * ea vis
*in bonis* ſit, *l. 49. cod. d. l. 10. ſeqq.* Hinc ſemel *acquiſita* non
508 poteſt eripi ſtipulatori. Ex quô verò * non ſequitur, pro-
miſſorem ipſi obſtrictum eſſe aliter, quàm *in perſonâ*.
Quicquid hoc fuerit, ad quod obſtrictus eſſe poſſet. Ne-
509 que * alia eſt obligatio ad non pœnitendam, in *promiſſore*,
quàm

quàm *obligatio*, ad hoc quod promiſſum eſt, *in potentiâ*,
& ſic * *una illa*, cujus *eventus* à *conditione*, quæ *facti* eſt, 510
pendet. Num * enim in ſtipulatione *pura* eſt *duplex obligatio, una* ad rem præſtandam, altera ad non pœnitendum? 511 Et quid * eſt aliud *obligari ad non pœnitendum*, 512 quàm *obligari?* ſeu obſtringi, ad ſervandam legem conventionis?

## §. XIV.

EXTENSIO.] Ob rationem * ſc. eandem æquitatis. 513
Nec * tamen ſi *eadem æquitas* foret, *idem* protinùs *Remedium* 514 locum habebit: nec * eſt legalis hæc interpretatio, 515 quâ Legem extendi cupit à *bonæ fidei* judiciis, ad ea quæ *ſtricti juris* ſunt: cùm tamen * *disertè* de *bonæ fidei judiciis* 516 loquatur *l. 41. de Judic.* Nimirum * hoc *peculiare* eſt 517 *actionibus bonæ fidei*, quòd eis inſit præſtatio qualiscunque *ſecuritatis;* indeque *virtute ejusdem actionis*, quæ ex ejusmodi contractibus competit, ea contineatur. Tale * quid 518 non poteſt aſſeri de contractibus *ſtricti juris*, eisque *actionibus*, quæ inde competunt. Unde veriſſima * eſt *Cujacii* 519 ſententia, in *Lib. XI. ad Papinian.* in *d. l. 41.* it. *X. Obſ. 32.* & *XVII. c. 37.* quòd ad *cautionem* in *ſtricti juris judiciis* agi non poſſit. Eſtque * citiùs, ut poſſit agi *ex ipsô contractu acceſſoriô*, 520 quô jam cautum eſt creditori, hypothecariâ ſc. conventione, quàm ex contractu *principali* ipſo; & ut quis in *poſſesſionem mittatur pignoris* creditor conditionalis, ad conſervandum ſcilicet, *l. 6. quibus ex ce. in poſſ. eat.* junct. *l. pen.* §. 2. *eod.* quoniam ipſius intereſt. *l. 14. d. pignor.* Neque * tamen ante conditionem hypothecariâ agere licet. 521 *l. 13. §. 5. d. pignorib.* 522 Hinc verius * eſt, *arbitrium* poſſe Judicem interponere, cùm citrà actionem, ſive principalem ſive hypothecariam, imploratur, ut *rem ſalvam* interim

523 terim præſtet. *d.* §. *1. & d. l. 14. d. Pignor.* Proinde * non
debebat *Auctor admittere* actionem ex contractibus *ſtri-*
524 *cti juris*, per *extenſionem* ſcilicet *d. l. 41. de Judic.* & * rur-
ſus *non admittere* cum *Barboſa*. Fluctuare ſcilicet; &
525 contraria admittere. Non eſt hoc JCti fluctuare; ſed fir-
526 mum eſſe ac ſolidum. Denique * non *extendit* JCtus in
*l. 38. pro ſoc.* quòd *ibidem* de *cautionibus* in judicio ſocie-
527 tatis habetur, ad actiones *reliquas* bonæ fidei. Eſt* enim
aliud *exempla* ſ. ſpecies quaſdam recenſere, aliud *genus* ad
528 eas *extendere*; quòd minùs aptè dicitur. Quid * enim
opus eſt extenſione ad alias ſpecies, quando in *l. 41. d. Ju-*
*dic.* dicitur: in *omnibus* bonæ fidei judiciis, ac de eô agi-
tur, quod ad *naturam omnibus communem* pertinet.

§. XV. XVI.

Vulgaria hæc ſunt & paſſim obvia.

§. XVII.

529 UTILEM ACTIONEM.] Ex *ipſo* * ſc. *negotiô*, inter
*paciſcentem hunc*, ſeu traditioni rei pactum adjicien-
tem, & *eâ Lege accipientem*, *principaliter* initô. v. *l. 8. C. ad*
*exbib. junct. l. 26. depoſ. l. 9. §. f. d. Reb. cred. l. 126. §. 2.*
*d. V. O. l. 53. d. condict. indeb. l. 13. d. pignor. act. l. 3. C. d.*
530 *donat. ſub. mod.* Sed *l. 13.* * *de pignor. act.* huc non perti-
net: nam ibi *Dominus* de *re ſuâ*, cùm ad ipſum pervene-
rit, *commodatario reſtituendâ* agit.

531 TERTII.] Sed tamen * de *fidejuſſore*, it. *confidejuſſo-*
*ribus*, dici non poteſt, quòd ſimpliciter ſint *tertii*: nam
horum vel maximè de eâ re intereſt. *v. l. 24. & l. 25. pr. eod.*
532 de cætero * utique non poteſt *reo* paciſci, niſi ad effectum
533 *exceptionis doli mali*, cùm * nec id quod ſibi pactus eſt, ei
prodeſſet, ſi à reo poſſet peti.

§ XVIII.

§. XVIII.

NISI.] His * verò exceptionibus vel eſt *idem* quis 534
*cum aliò*; vel *in effectu ſibi* ſtipulatur.
PRISCA GERMANORUM FIDES.] Quaſi * hæc 535
conſiſteret in ſervando conventiones, quæ olim *pro inde-*
*liberatis* declaratæ fuerant? Quaſi *Romani* * *perfidi* fuerint; 536
dum *pacta* non ſervarunt? Quaſi * dum fides inter *Ger-* 537
*manos* priſcos commendatur: nulla fuerit fides, vel non
eadem, inter *Romanos, Genteſque alias?* Stupidos * opor- 538
tet fuiſſe *Germanos*, ſi conventionem pro indeliberatâ
agnitam, *ſervandam* eſſe voluiſſent?
NIHIL OBSTARE.] Imò * obſtat idem in *Uſu mo-* 539
*dernô*, quod olim. *Natura* * ſc. *obligationum*, ut quisque 540
*ſibi* acquirat, quantum *ſuâ intereſt*. Qui talia convellit,
quæ tot vigiliis invenerunt, in ratione Juris, Legislatores
& JCti Romani: Ille Jurisprudentiam conficiet barbaram
propediem; & *accuratione*, quâ ſinè in Jure *nil juſtum*
eſt, deſtitutam; quin & confundet ea omnia, quæ in do-
ctrinâ Juris *cohærent*, v. c. illi principio; quod quàm no-
xium ſit, in caſibus reſolvendis, & cuſtodiendâ analogiâ
Juris, quam illæſam ſervari oportet, ex *Uſu modernô*, ſi non
ſuô, ſaltim *probè perſpectô*, cognoſcere poterat *Strykius*.
EXCOGITATA.] Sequantur * Juvenes Doctorem 541
ſuum, qui abrogat poteſtate ſuâ *Leges* illas *Romanas*, quæ
Juribus infinitis *rationem* & *fundamentum* præbent: & vi-
debunt, magnâ illa facilitate, quâ nunc gaudent, aliquan
do ſe tot tenebris, tot defectibus laboraturos: ut in abſur-
da quælibet Jurium, cum Magiſtrô ſuô, illabantur, neque
ex difficultatibus ullis ſe expedire queant.
VALEAT.] Imò * nec hodiè valet. Quæ enim 542
ſolus

ſolus ille *Mevius*, & *pauci alii:* (eſto etiam *Legum* illi *ab-*
*rogatores*, quibus accurata i. e. difficilia Romani, vel potiùs,
noſtri etiamnum juris, gravia ſunt,) usquam de abroga-
tione tradiderunt, quaſi per hanc factum ſit, quòd *alter*
543 *alteri* ſtipulari poſſit: illa * ſanè omnia *Legibus Romanis*
*jam prodita* ſunt; nec *immutationem* juris ſtipulationum,
544 ſed declarationem ejus, continent. Id quod * *Auctor* vel
exinde colligere debebat, quoniam *Romani JCti* non re-
ſpiciunt in hoc *ſubtilitatem ſtipulationum;* ſed *naturam*
545 *conventionum quarumlibet.* Cur * enim aliàs ſtatuiſſent
idem de *pactis?* quæ ſanè non erant *civilia* inventu, ùt
ſtipulationes; neque in *Foro Civili* ad *actionem* invaleſce-
bant. Et tamen etiam *Romanò Juri paciſci alteri non li-*
546 *cet.* Ubinam * verò *aliquatenùs improbat Jus Romanum,*
alterius conditionem nos poſſe reddere *meliorem?* dum
547 *Auctor* ait, *non penitùs id* Jure Romano *improbari.* Et *
an ſequitur, quia *jus Romanum* non impedit, nos *alterius*
*commodis* ſtudere; imò jubet hoc fieri. Ergò vult iſtud
fieri debere *hôc modô*, qui *ob naturam conventionis* lo-
cum invenire non poteſt? Heu miſeram & Philoſophiam
548 & Jurisprudentiam! Quoniam * *ſolvi* poteſt pro alio: *l. 39.*
*d. N. G.* ideò etiam *ſtipulandò* alii poteſt ei acquiri? Inqui-
rat *Strykius* in rationem *ſolutionis*, & protinùs deprehen-
det, quare ibi poſſit melior fieri conditio alteriùs; *hîc* non
poſſit. Quin *nec J. Can.* alteri ſtipulari licet; ùt rectè
549 *Facbinæus 3. Controv. 19.* Recurrat * ille ad §. *4. Inſt. d. inut.*
*ſtipul.* & ad §. *18. eôd.* & *Commentatores:* imò vel ipſum,
à ſe citatum *Carpzovium* conſulat! & videbit, *ipſum* quo-
que *Jus Romanum* habere omnes illos *casûs*, quos ille ha-
550 bet *pro alienis* ab iſtô Jure. Et tamen * verum & immo-
tum manet principium, imò *commune* aliis etiam, præter
ſti-

ſtipulationem, *conventionibus*, alterum alteri obligationem acquirere non poſſe.

OPTIMUM CONSILIUM ] Auctoris ſcilicet, * feli- 551
ciſſimi *Inventoris Cautelarum*, dum Juvenibus ſuis exponit *principia vulgatiſſima pro Cautelis*. Quis enim dubitat, * quin tertius ille promiſſionem iſtam, volente pro- 552
miſſore, *in ſe derivare* queat. Et tamen * hæc non va- 553
lebit, niſi ex tunc v. *arg. l. 17. §. 4. d. pact.* ibi: *quia id ex poſtfacto confirmari non poteſt.* ſi non diſertè aliud promiſſori placeat; idque ex *novô* vinculô. Nec ſolùm * *u*- 554
*tilis* actio, ſed imò vera & *directa* ei competet: ut malè
* illi non pauci, cum *Martino*, ſtatuerint, quos jam omnes 555
exploſit olim *Accurſius* & *Azo*, neque iſtos *Martiniſtas* ſequi audet *d. l. Carpzovius*. Ita ſc. * dubium ſuum tollit 556
*Strykius* per falſam doctrinam, & per ineptam actionem; quam tamen * ne quidem ex illâ, quam *Auctor* prodit, 557
*ratificatione* iſti comparant; ſed in univerſum ad casûs applicatam volunt, quibus alteri ſtipulari licet. Tantâ ille negligentiâ tractat Leges & Auctores, quos citat, & omnia!

§. XIX.

IN PERSONAM CONCEPTA.] At verò * longè 558
diverſa ſunt, eſſe *perſonale pactum* (de quô tamen *Auctor* hîc unicè agit,) & eſſe *in perſonam conceptum*. Nam hoc, in oppoſitione ſc. ad alterum, quod eſt *in rem conceptum*, regulariter eſt *reale*. Quin * & pactum *in rem* prodeſt 559
*ſucceſſori ſingulari*, etſi *perſonale* ſit; *l. 17. §. 5. d. pact.* & tamen *reale* illi non proficit. Videlicet * diſtinctio pa- 560
cti *in rem* & *in perſonam conſtitutum*, (quod magis quid peculiare ſignificat, quàm in rem vel in perſonam *conceptum*, v. *d. l. 17. §. 5. d. pact. l. 7. §. 8. eod.*) potiùs reſpicit

 ad

ad *formam* ſ. *modum:* Altera illa ad *ſubjectum.* Sic enim *in rem* conſtitutum dicitur eſſe pactum, quod rem ſequitur; *in perſonam* verò, quod ei ſolùm proficit, qui eſt v. c. de familiâ. Cæterùm *à ſubjectò*, ut dixi, pactum vel eſt *perſonale*, quod ad ſolam perſonam debitoris pertinet: vel *reale*, quod tam activè, quàm paſſivè ad hæredes transit; quin & *fidejuſſori* pactum illud *reale* debitoris proficit; ut tamen ei nocere non poſſit. Prodeſt etiam pactum *perſonale fidejuſſori*, *l. fin. eod.* ùt & *tertio hypothecæ poſſeſſori; l 5. pr. quib. mod. pign. ſolv.* ſecùs atque in pactô, quod *ſimpliciter perſonale*, ſ. *perſonaliſſimum* eſt; ùt vocant alii: quippe quod ne quidem ad *fidejuſſorem* per-
561 tinet. *l. 22. h.* Confundit * verò etiam hoc pactum perſona-
562 liſſimum cum pactô *in perſonam conceptum Strykius*, aut * planè omiſit membrum diſtinctionis oppoſitum, & pacto *reali* oppoſuit (non *perſonale* illud, quod debebat, ſed) *perſonaliſſimum;* quod fieri nec debuit nec potuit.

§ XX.

563 ASSERENDUM PUTO.] Promtiſſimus * ſc. eſt ad reſolvendum quæſtiones, & tamen non dixit, de *quonam pactô* hic loquatur; an de perſonali, an reali, an de eo, quod eſt in perſonam conſtitutum, an de eo, quod eſt in
564 rem? Sanè * ex eô non pendet *quæſtio*, an pactum ſit *perſonale* an *reale:* de quâ diſtinctione Ille re ipsâ proximè; ſed de eâ, quâ pactum eſt *in rem* vel *in perſonam*, (ùt Juridicè illa diſtinctio, & uſitatè quidem, ſumitur,) Ipſe planè non egerat: Nim. illius non intereſt, ſed promiſcua ei
565 ſunt omnia; modò reſpondeat. Etenim * fieri poteſt, ut *nec perſonale nec reale* pactum profit *ſingulari ſucceſſori:* imò non poteſt aliquod eorum, niſi cùm unum alte-

rum-

rumvè *in rem conceptum* ſit; adeoque etiam perſonale,
ſi in rem conceptum fuerit. *l. 17. § 5. d. pact.* ibi: *etiamſi*
*in perſonam conceptum ſit:* h. c. perſonale fuerit. (nam
de *reali* pacto egerat *Paulus* initio §. *1.* quòd aliàs non
pertinet ad ſingularem ſucceſſorem *per ſe*, quatenus *reale*
eſt; *niſi in rem conceptum* fuerit. Ergò ex oppoſitò non
poteſt intelligere per pactum in perſonam conceptum,
aliud quàm perſonale; ſcilicet non venditoris, quà talis,
ſed quà Titii, Caji. Atque hunc ſenſum oportet ut ha-
beat *Sabini ampliatio.* Utique * in eô ratio non poteſt 566
quæri Juridicè: ideo conventionem meam tertio prod-
eſſe oportere; quia *mihi aliàs non foret utilis:* Pote-
ram enim mihi in hoc proſpicere, pactum *in rem* conſti-
tuendô. Et quid * hoc eſt incerti, ſi *vel inutile* fuerit, 567
*vel parùm* utile. An * idem eſt inutile eſſe, & parum uti- 568
le? & quis * hoc parum utile *æſtimabit*, quôlibet caſu; 569
an *ſufficiat* ad hoc, ut pactum ſingulari ſucceſſori pro-
ſit?

PRODEST.] Imò * non prodeſt: quoniam tertio 570
non quæritur actio, quoties ſcil. de conventione, quà *in*
*perſonam dirigitur*, agimus. Hinc * negat illud JCtus, 571
in *d. l. 17. §. 5. d. pact.* eô ipsô dum non aliter concedit,
niſi quando *in rem* pactum *conſtitutum eſt;* ùt accuratè
ſibi proſpicit. Et * oportet ſanè quæſtionem fuiſſe du 572
biam; quando provocat ille *ad plurium ſententiam.*
Auctori utique non fuiſſet dubia, ùt *Paulo:* nam ille fa-
cilè reſolvit quæſtionem, quia * aliàs non fuiſſet pactum 573
venditori *utile*, in caſu, quô aliquando poterat rem illam
in tertium titulo ſingulari transferre: (de quo * fortè 574
tempore pacti non cogitaverat:) imò * adeo ſententiam 575
ſuam *Paulus* munire neceſſe habet, ut etiam ad uſum

*Fori* provocet: *hoc jure nos uti.* Nec impedire putat *Sa-*
*binus*, etiamſi in perſonam conceptum ſit: nam *in rem*
576 *conſtitutum* eſſe, facit rationem decidendi. Sicut * nec
impedit, quòd ſucceſſor ſingularis ex titulo lucrativô ſit
per *donationem*, cui nec teneatur de evictione auctor e-
jus: ex quô ſolô ratio *Strykii* cerebrina corruit; quia
577 *alioqui venditor de evictione conveniretur.* Eſt * quo-
que notabile, quod dicit *JCtus*, pactum iſtud *in emtorem*
valere, (non dicit in emtore,) quia non eſt in perſonâ
578 conſtitutum pactum, ſed in rem. Quòd * verò exce-
ptiones, quæ auctori competunt, etiam ſucceſſori ſingu-
lari proſint: Illud non minùs tunc verum eſt, ſi ex causâ
procedat exceptio, cum quâ res alienata eſt; atque rei
cohæret. *l. 28. d. Except. l. 67. d. contr. empl.* Conf. *l. 1.*
*§. 43. d. aq. quotid. & æſtiv.* ubi de jure aquæ ducendæ:
(quâ ratione etiam ad petendum proficere poteſt. *l. 156.*
*§. 3. d. R. I. l. 177. eod.*) ſecùs ſi ex *facto conventionis*, quam
579 auctor cum tertio inierat: nam * facta & conventiones
non egrediuntur perſonas: adeò, ut, ſi egredi eas & cum
re tranſire debeant, illa *in rem conſtituta* eſſe oporteat.
580 Non itaque * cauſa illa eſt, quam *Strykius* hîc ad exceptio-
nes quoque applicat. Vagæ ſunt cauſæ tales, non ex pru-
dentia Juris petitæ, non altiùs prout decet, ex interiori-
bus Legum principiis; ſed cerebrinæ, quibus infinities
581 fallitur *Strykius* & fallit ineruditos alios. Nil * etiam fa-
cit *Strauchius*, probus JCtus *d. l.* ad *Strykii* cantilenas.
582 QVOAD ACTIONEM.] Quaſi verò * *ſingularis*
583 *ſucceſſor* in *actionem* ſuccederet *citrà ceſſionem?* & * ſi cui-
584 quam ceſſa fuit actio, non tranſeat *cum ſuâ causâ.* An *
ergò non poteſt is, cui ceditur actio, tranſire *in jus cedentis?*
Idem eſt ac ſi diceret *Auctor*, non poteſt *jure ceſsô uti*, v. c.
emtor

emtor, *niſi* cùm ipſi *ceſſum jus* fuerit. Hactenus * ſanè 585
diverſum non eſt in *actione* & *exceptione*, quæ circà rem
anteceſſori ſ. auctori ſingulari competierunt.

§. XXI.

DE VIVENTIS HÆREDITATE.] Et hìc * confun- 586
dit omnia. Nec * enim omnia *pacta de viventis hæredi-* 587
*tate* turpia ſunt.

ET HÆC PACTA.] Quæ ſc. * turpia ſunt? Valent 588
* *ſpecies aliquæ* etiam *Jure Civili* eò effectu, quô valere 589
poſſunt; & hæc valent * *etiam Moribus noſtris*; vel potiùs 590
* valent cum receptione *Juris Romani*. 591

CONFRATERNIT. ET GENERBINAT.] Hæc * 592
verò ſingulari *confirmatione Legislatoris* indigent: *ex ſe*
non valent.

PACTA SUCCESSORIA CONJUGUM.] Quoniam * 593
*hæc* & *Unio prolium* valida ſunt hodiè, (cùm * tamen Unio 594
prolium *novus* planè *fœtus* ſit, quem Jus Civ. penitùs
ignorat:) ideò * inde ſequitur, per *Auctorem*, *omnia* pacta 595
ſucceſſoria *nunc valida haberi oportere?* Accuratiùs, & ex
*praxi* veriùs & ſolidiùs hanc doctrinam Pactorum, circà
*ſucceſſionem* expoſitam habemus, tum & conciſè magis, ac
longè luculentiùs, quàm *Strykius* in ſuis Centonibus *Tra-*
*ctat. de Succeſſ. ab inteſt.*

PETITIONEM HÆREDITATIS.] Facilè * largie- 596
tur *Auctor*, ex pacto non poſſe dari petitionem hæredita-
tis, ſed ex *jure hæreditario*, quod quis *Legibus* vel *moribus*,
mediante pactô, conſequitur.

§. XXII.

PRÆSUMTÆ CONVENTIONES.] Sed * non *ta-* 597
*citæ*.

598 QUÆDAM PACTA.] Quæcunque * conventionis
præſumtæ ſpecies ad aliquod genus *quaſi contractuum* re-
ferri non poteſt, utique manet ſub genere *pactorum*. Sic
& quæ *conventionis nudæ* ſpecies ad contractum aliquem
*conſenſualem* redigi non poteſt: manet ſub genere *pa-
ctorum*. Nam quæ *totô genere* differunt, illa facilè diſtin-
guuntur: & nullum pactum *præſumtum* poteſt referri, *quà
pactum*, ad quaſi contractus.

§. XXIII.

599 DISPLICET LAUTERBACHIO.] Et * meritò; ut
nil cauſæ habuerit *Auctor*, ab eô diſcedendi. Nec enim
quid reſpondet ad *rationem Lauterbachii*. Et tamen ve-
600 riſſimum eſt, *liberationem* * ſolùm *inter eos* intelligi (id-
601 que *ſolâ* * *lege*: nam ſinè ea, ne quidem ſimplex illa chi-
rographi redditio liberationem inducere poteſt,) inter
quos *convenit*. *l. 2. § 1. d. pact.* At verò non convenit
inter creditorem & *cæteros*, qui pariter in chirographo
602 continentur. Deinde * in *d. l. 2.* effectus illius redditionis
exprimitur, quòd profutura ſit ei, cui redditur, *conventio-
nis exceptio*. Ergò ad *conventionem* paciſcentium atten-
603 dendum. Et * ubinam habetur, quòd ei profutura ſit, cui
redditur chirographum, actio *adverſus cæteros*. Facilius
poterat dici, cùm de nominis ceſſione in cæteros non ap-
pareat, potiùs ipſos liberatos etiam videri poſſe; quòd &
favor liberationis magnus ſit. Sed vide *l. 17 §. 4. d. pact.*
604 ubi, quòd * ne quidem *expreſſè* poſſit exceptio acquiri al-
605 teri. Quid enim * intereſſet chirographum accipientis,
remitti quoque reliquis; *d. l. 5. l. 38. § 17 d. V. O.* præter-
quam ſi ſocii fuerint. *arg. l. 29. l. 3. § 3. 4. d. liber. leg.* Ita-
que ſi tales non fuerint, liberatio perſonam chirographum
accipientis, ex pactô ejuſmodi tacitô, non egreditur. Et
multò

multò * ergò minùs *actio* acquiretur accipienti adverſus 606
cæteros, ut ſc. ſimul accipienti ratione ſui liberatio, & ra-
tione cæterorum actio, comparetur. Quamvis * enim 607
chirographum dederit uni ex debitoribus; tamen *funda-*
*mentum actionis* propterea adverſus cæteros non amittit,
cùm fundamentum præcisè non conſiſtat in chirographo;
ne quidem reſpectu illius debitoris, cui liberatio contin-
git. Quid enim ſi amiſiſſet creditor chirographum? quid
ſi aliàs ad debitorem perveniſſet? an propterea actionem
adverſus ipſum amiſiſſet creditor, ſi eam aliunde probare
vellet? multò ergò minus cæteris debitoribus, ex pactô
illô tacitô, cum unô iſtô debitore initô, *exceptio* libera-
tionis, ideò quod chirographum non manibus teneat am-
pliùs creditor, competere poterit. v. *arg. d. l. 3. §. d. li-*
*ber. leg.* Unde * & *legatum* chirographum *uni debitori*, 608
huic uni ad liberationem proficit. Hoc duntaxat proba-
tur ex *l. 44. §. 5. d. Legat. 1.* ſed non quòd etiam *aliùs*, ſi
plures chirographo quodam contineantur, quibus illud
non legatum eſt. Nec ſequitur, * quia his debitoribus 609
creditor debitum non donavit; ideò illud *donavit* uni ei,
cui chirographum reddidit: cùm citiùs ſit, ut quis donâs-
ſe non cenſeatur: & quidni poſſit adhuc creditor adver-
ſus reliquos, & vel ipsô, ſi neceſſe fuerit, uti adverſus eos
chirographô, quod apud unum iſtum ex debitoribus repe-
ritur? Cæterum * ex *L. 29. d. lib. leg. & l. 3. §. 1. eod.* nil in- 610
fertur pro *Auctore:* nam ibi liberatio fieri debet *per ac-*
*ceptilationem* ab utroque. Hæc verò non eſt redditio chi-
rographi, & quidem * non eſt ea, quæ *uni* tantùm facta 611
eſt. Junge *l. 3. §. 3. 4. d. t.*

§. XXIV.

ADMINICULUM.] Hac * quidem voce aliter utun- 612

tur JCti ad *l. 72. d. contrab. emt.* JCtum decet loqui cum
613 Legibus. Scilicet * *vim actionis* ſortiuntur pacta *veſtita*, aut à Lege, aut à contractu, cui adjiciuntur.

§. XXV.

614 DONATIO.] Imò * donatio non eſt *pactum*, ſed
615 *actus* qui pactô perfici poteſt; nec* tamen pactô *unicè*. Igitur vel *conventione*, vel *traditione*. Illâ vel *pactô* vel *ſtipulatione*; cujus utriusque *implementum* deinde conficit traditio; niſi protinùs traditione unô tenore fiat.

616 PRIMA SPECIES.] Ubinam * dicitur *prima ſpecies* Legibus aut JCtis. Poterat verò dicere *Auctor: Primò* ſpecies quædam P. L. eſt donatio.

617 HUC USQUE] An ergò * in poſterum adſcribe-
618 tur? Imò donatio * *diverſam* potiùs *naturam* à *contractibus* habet, ut illis ne quidem adſcribi poſſit.

619 NECESSUM HABENT.] Si pacto * donatum eſſet. Nam pactô non indigebant, eôque ſuperſedere poterant, ſi protinùs *ſtipulatione* donationem fuerent.

620 QUOD DONANDO.] Per *pactum* * ſcilicet. Nam
621 * *ſtipulatio* ab initio neceſſitatem traditionis habuit. Et ſi nunc adhibeatur, *actionem ex ſtipulatu* etiamnum dari, indubium eſt.

§. XXVI.

CONTRACTUUM NOMINATORUM EXPRES-
622 SE RELATA.] Ubinam * *donatio propter nuptias dicitur*
623 *contractus nominatus?* imò * quod ampliùs eſt, refertur
624 inter *contractûs*; & imò * *nominatos*. Hæc ſunt verba Novellæ *119. c. 1. Donationem propter nuptias contractum ſpecialem* (συνάλλαγμα ἰδικὸν ſ. proprium,) *eſſe & judicari, & non aliis Donationibus eam connumerari ſancimus; quoniam pro ea æqualitas dotis offertur.* Et quæ porrò ſequun-

ſequuntur, *quòd opus inſinuatione non habeat.* Idem eſt ac ſi diceret Imperator, non ſubſiſtere eam in terminis donationis *ſimplicis*; v. *l. ult. in f. pr. C. d. don. ante Nupt.* Sed ab alterâ, ſcil. *donatarii*, parte *dotem* exſpectare; indeque *contractui propiorem* eſſe; quàpropter nec *inſinuatione* indigeat, ùt donationes ſimplices: quibus ea, quoad *effectûs*, *ſimplicibus* illis donationibus competentes, adſcribi non debeat. Perperam itaque contractibus adſcribitur, & quidem nominatis; ſi vel maximè *realibus*. Etenim ſic quoque, ratione *modi*, per contractum vel traditione protinùs, *perficitur*, & *actus* potiùs eſt, ùt donatio *in genere*.

VIX UNQVAM TACTUM.] Et *ubique* * tamen 625
proditum eſt, quoniam *ſtipulatione* vel *pactô* fit illa donatio:
ideò in *communibus actionibus*, quæ ex qualibet donatio-
ne dantur, acquieſcendum eſſe: tum & * quia conſtituta 626
donatio *hypothecam* confert mulieri: hinc & *hypotheca-
ria* illi competet; ſi * lucrari eam debet, *vindicatio* Er- 627
gò vix unquam tactum eſt hoc myſterium! Num * & ple- 628
roſque tam abſurdos exiſtimare potuit *Strykius*, ut ad
*condictionem ex Novella*, (elegans inventum!) recurre-
rent. Nempe ſunt *novæ* planè *actiones* jam deſignatæ!
nec *nomen* illarum *expreſſum* exſtat in Legibus? Sicut * 629
ipſe *Auctor* in §. 25. dixerat, abſurdum eſſe ſi quis actio-
nem donati fingere vellet: ita nunc ſui immemor, actio-
nem donati propter Nuptias fingit *hôc* & §. *ſeq.* 27. Ha-
bebimus itaque propediem, in ſcholâ abſurdorum, *novam
actionem donati propter Nuptias*, æque abſurdam, atque
eſt abſurda novi illius contractûs nominati conſtitu-
tio.

EMPHITEVTICO.] Per * omnia diſſimile. Nec 630

631 enim ille contractus, (ſed * *donatio* nulla *contractus* eſt,)
ad aliam ſpeciem vel genus contractuum *cæterorum*, re-
632 ferri poterat. Sed * *donatio propter Nuptias* ſubſtat *ſuo*
*generi*, & ſolùm *donationi ſimplici* non connumeratur.
633 Quinam * verò ſunt illi quidam, qui *condictionem ex L.*
dandam putant ex *contractu emphyteutico?*

§. XXVII.

634 ACCEPTATIONE.] Quaſi * verò unquam promiſ-
ſio alicui facta, *ſinè acceptatione*, obligationem produ-
ceret?
635 HYPOTHECAM.] Si * itaque donatio illa eſt con-
tractus, an *ex contractu* illò unà dabitur *actio realis?* ita
636 tradit *Strykius*. Datur * verò potiùs ex hypothecâ, quam
donatio, (non contractus,) *mediante* conventione, in-
ducit.
637 REI VINDICATIO.] Et * concedit ergò ſimul mulie-
638 ri in re donata *hypothecam* & *dominium?* & * erit illa ſimul
639 ejus *propria* & *aliena?* cùm * tamen *vindicatio* illa, quæ
mulieri competit, non niſi actionem *hypothecariam* no-
640 tet; prout * *vindicationes* appellamus, lege jubente, a-
ctionem quamlibet, quæ *ex Jure in re* naſcitur. §. *15. l.*
*d. act. &c.*
641 EX PACTIS DOTALIBUS.] Sed * cur non ſuam
hîc depromit *actionem donati propter Nuptias?* Videli-
cet id, quod præſtandum eſt per donationem propter Nu-
ptias, illâ actione non continetur?

§. XXVIII.

642 REVOCARI.] Imò * quæ inofficioſa eſt, *non revoca-*
*tur;* quod *Donantis* ipſius eſt: ſed *reſcinditur*, quà legiti-
mæ officit.

HÆC

HÆC IN JURE NOSTRO.] Quaſi * non omnis 643
actio adverſus ingratos poſſit *ingrati actio* appellari: Nam
& * ipſe *Imperator* condictionem hanc, adverſus ingratum 644
donatarium, ſe comparâſſe, geminô locô, dicit, in *l. ult.*
*C. d. revoc. don.* & *Coll. Argent.* * eandem quoque actio 645
nem *condictitiam* appellat, *th. 20.*

PRACTICA EJUS EXTENSA EST.] Ac ſi verò * 646
hoc *per interpretationem uſualem* contigerit? Quin * 647
potiùs *ipſa Lex* hoc vult, & *ratio* ejus; neque hæc eſt alia
quàm *legalis interpretatio:* eò quòd Patronus & libertus
ſimul *exemplum Legis* conficiant.

SINE CAUSA.] At verò * *ante L. 8.* non potuit agi 648
*condictione ſine causâ:* & * *poſt eam* condictione illâ ſine 649
cauſâ *non opus eſt.* Imò * res illa *ex causâ donationis* eſt 650
apud donatarium. Redeunte * verò rei dominiô, ſublatâ 651
causâ, ad donantem, non jam *res ipſa* condicitur, ſed *poſ-*
*ſeſſio:* ùt rectè hactenùs *communis Schola.*

§. XXX.

EX PACTO.] quod ſuprà rejectum eſt.

EX STIPULATU.] per * *l. 34. ff. d. mort. c. donat.* 652

NON PUTO.] Nec * eam *donatario* denegant alii. 653
*Conf.* A. Fabr. *ad tit. C. d. donat. m. c. def. 5.*

RERUM DOMINIS.] Quodſi * tamen res ita ei tra- 654
dita fuerit, ut *tunc* demum *accipientis* fieret, ſi *mors* dona-
toris fuerit ſubſecuta, & ſic *ſub conditione ſuſpenſivâ:* ita
quidem dominium necdum habebit, *l. 13. quando dies Le-*
*gati.* Nec adeò *actiones*, quæ Dominis rerum competunt.
*l. 2. l. 29. d. donat. m. cauſ.*

§. XXXI.

REI VINDICATIO.] Imò * qui *actiones inveſtiga-* 655
*re* voluerit, eum diſtinguere oportet. Quòdſi enim facta

 ſit

ſit donatio *ſub conditione ſuſpenſivâ:* tunc diſcernendum dum eſt, an *nudâ pœnitentiâ* revocetur donatio? ita datur *actio in rem utilis: l. 30. d. t.* an magis *ipſa conditio?* & ſic datur actio *in rem directa. l. 29.* Quodſi facta ſit *ſub conditione reſolutivâ*, iterum diſtingui oportet, ut, ſi repetitio fiat, habitô reſpectu ad *non exiſtentiam conditionis*, (quoniam ſic *ipsâ poteſtate juris* donatio reſolvitur,) detur don nti *rei vindicatio:* Quòd ſi verò *ex capite pœnitentiæ* revocari velit: potiùs actioni *perſonali* locus ſit, *condictioni* ſcil. ex *l. 30. d. M. C. D.* Aliter ac *Cujac.* in *Afric.* ad *l. 23. h. t.* ubi in *arbitriò* donatoris eſſe vult, an condictione, an utili actione, experiri velit.

656 NISI POENITUERIT.] At verò * *non ſola* eſt hæc donandi ratio. §. 1. *Inſt. d. m. c. donat.*

657 SINE CAUSA.] Imò * *condictione causâ non ſecutâ*, ſi repetatur ob conditionem morbi. *l. 35. §. 3. §. 6. l. 37. §. 1. h.*

§. XXXII.

658 SIVE NON.] Et * vel *pactum* tantùm intervenerit, imò *pollicitatio*. v. Galvan. *c. 15. d. Uſufr.* Quâ ratione *condictione ex L.* agendum fuerat. Bachov. *ad π. d. Pactò legit. n. 5.*

MINUS PROVIDE.] Sanè *textus* ille diſertè de *promiſſione* loquitur: niſi quòd hæc omnia, quæ de *dotis conſtitutione* inibi habentur, oporteat referri ad intentionem *Juſtiniani*, qui de *hypothecâ* volebat proſpectum eſſe, quoad *repetitionem*, & imò etiam *conſtitutionem*; etiamſi *pacta dotalia* nec ſcripta, nec per ſtipulationem firmata fuiſſent: nam, *quoad hypothecam*, haberi debere, ac ſi quolibet modô, pacta illa, quibus dos promittitur, firma ha-
659 benda ſint. Et tamen * *Vet. Dd.* plures, & *recentiores* etiam,

etiam,

etiam, conſentientes habet *Bachovius*, ſatis providus alio-
qui JCtus.

§. XXXIII.

RATIONE EFFECTUS] At verò * *ratione effectûs* 660
non dicitur *pactum legitimum;* aliàs *omnes cauſas condi-
ctionum ex Lege* oporteret, & longè plura negotia, referre
*ad pacta legitima.* Interim * ratione *cauſæ* confirmantis 661
negotium ad actionem, ſimile eſt *conſtitutum* pactis legi-
timis, cùm & ipſum *ratione formæ* in pactô conſiſtat.

EX PACTO NUDO.] Non oportet * præcisè *de-* 662
*bitum*, quod conſtituitur, *ex pacto nudo* proficiſci: eò* 663
quòd *cujuslibet generis* & *objecti* conventio, etiam *civilis
mixta*, in conſtitutum deduci poſſit.

COMPENDII CAUSA.] Nullum * compendium; 664
& imò propiùs eſt *condictio*, & accuratiùs naturam reme-
dii exprimit, quàm *actio*, quæ *genus* condictionis conficit.
Nimirum * eſt *condictio Prætoria* ex edicto, eaque *ſpecia-* 665
*lis*, ex conſtituto: cui locum fecêre Auctores Pandecta-
rum, juxta *condictionem aliam ſpecialem* Prætoriam, ex
conventione ſ. *placitô, ad certum locum* reſtrictô.

PROPRIE LEGITIMUM.] Nequaquam * verò eô 666
ipsô, quod *vim* ſuam jam habet, *ex Edictô* Prætoris. Ne-
que enim propterea naturam *primævam* & originem exuit;
quicquid ſit quòd *objectum* ejus ampliet Imperator, & *du-
rationem* actionis. *l. 2. C. d. Conſtit. pec.* Quòd enim *actio-
nem* pariat, hoc unicè habet ex *Prætorio Jure*. Tantùm
hoc, quod *amplius* habuit *actio receptitia:* illud *d. l.* Imp.
in actionem conſtituti *transfudit;* actione illâ *receptitiâ*
penitùs *ſublatâ*.

PRÆTORII PACTI NOMEN.] Ubinam? * Eſt 667
enim *quodlibet* pactum hactenus *Prætorium*, quòd ille

omnia pacta cuſtodiri jubet; quoad *certas effectûs.* Hoc autem, quod non magis, quàm alia pacta, *Prætorium* usquam dicitur, (nam is loquendi modus nec Juridicus nec accuratus eſt,) *condictionem Prætoriam* tantùm producere dici poteſt.

§. XXXIV.

668 AUCTORITATE PRÆTORIA.] Nullum * pactum
669 poteſt dici *legitimum*, auctoritate *Prætoriâ.* Neque * *con-
ſtitutum* eſt *pactum ſimplex*, (ut ſunt pacta *legitima*,) ſed
*ſupponit obligationem ſaltim naturalem aliam*; indeque
670 Prætor iſtud pro *deliberatò* habuit. Quâ * ratione non
competit ex conſtituto actio quædam *generalis*, ùt eſt illa,
quæ ex Pactis legitimis naſcitur, *condictio ex Lege*; ſed
*ſpecialis Prætoria*, de *pecuniâ conſtitutâ.*
671 PACTUM HYPOTHECÆ.] Sed * nec hoc eſt tale,
quod *legitimis* accenſeri queat: non quia actio inde com-
672 petens ſit *Prætoria.* Nam * *qs. Servianam* actionem *Cu-
673 jacius* & *alii civilem* eſſe exiſtimant. Sed * quia actio *hy-
pothecaria* non datur *ex pacto* hypothecæ, etenim hac ra-
tione *perſonalis* foret, cùm tamen, quâ pacto pignus in-
674 ducitur, (nam * *&* *Lege* hypotheca conſtituitur, & *con-
tractu nominato* pignoris,) ita non niſi *conditionem ſinè
quâ non* illius *actionis realis* conficiat
675 EX PACTO.] Imò * non dicit *Paulus*, (longè accu-
676 ratior,) *ex pacto* naſci actionem. Sed * *de pignore*, (non
*in pignore*,) naſci, & quidem pactô, ſc. mediante. Idque
*jure bonorario*, Quaſi verò JCti noſtri eâdem incuriâ rem
agant!
677 SICUT IN LEGATO.] Optima * comparatio! Le-
678 gatum * eſt *titulus Dominii translativus.* An ita *pactum*,
679 ex quô nullum *jus in re* naſci poteſt? Non hîc * de ne-
ceſſi-

ceſſitate *traditionis* quæritur; ſed unde ex pacto, tanquam
*conventione*, jus *reale* oriatur? quod * aſſeruit *Auctor*, & 680
malè aſſeruit. Reſpondet, quia poteſt quis *Dominus* fieri,
item poteſt *hypotheca* conſtitui, etiam *citrà traditionem*.
Quid * verò *de pacto* reſpondet? Si * *cauſam*, à *conditio-* 681 682
*ne ſinè quâ* non, diſtinguere noſſet *Author:* meliùs non
tantùm exponere potuiſſet naturam pacti illius; ſed nec
ſemet involviſſet falsâ doctrinâ,& pejori adhuc reſolutio-
ne objectionis allatæ.

CONTRACTUS PIGNORIS.] Quaſi * non aliàs 683
*extrà* hunc *contractum*, *pactumvé* pignoris, hypotheca *ci-*
*trà traditionem* induceretur? v. *tit. in quib. pign. tac. cont.*
*l. 12. d. pign. act. l. 9. d. ann. leg. l. 12. d. alim. legat.*

NON VI PACTI.] Si * non vi pacti: non igitur 684
*pactô* opus erit! Et quomodo * ergò pactum ipſius erit 685
*legitimum*. Et * ad quid *actio ex pacto*? ſi non pactô *me-* 686
*diante* jus hypothecæ conſtituitur.

DOMINIUM REI LEGATÆ.] An * ergò domi- 987
nium eſt *à Lege*, & non *à titulo* Legati? Nil * *lex* ampliùs 688
efficit, quàm ut *traditione* non ſit opus ad hoc, ut domi-
nium rei legatæ tranſeat. Et rectè * *Neratius* in *l. 64.* 689
*d. Furt.* ea quæ legantur, rectâ viâ, *ab eô*, *qui legavit*, ad
eum, cui legata ſunt, tranſeunt. Scilicet omne ſimile
claudicat! Miſeros Doctores, qui non illuſtrant, ſed do
cent planè, per ſimilia. Sed hi ſunt ſcilicet Doctores illi
faciles & perſpicui!

L. I. PR D. PIGN ET HYP.] Ubinam * dicitur in 690
h. l. *nudâ* conventione, *etiamſi traditum non ſit:* Utique
* ex hoc *textu* nunquam probabit, hypothecam nudâ con- 691
ventione conſtitui. Cur * verò non potiùs adduxit *l. 4.* 692
*l. 11. §. 3. b. l. 1. §. 1. d. pign. act. l. 2. 9. C. quæ res pign.*
*& al.*

SIN-

693 SINGULARE.] Quònam * reſpicit hoc *ſingulare?*
694 quod ſingulariter hìc notare voluit *Auctor*. Et *præter-
eà plures ſunt actiones, quæ *cauſas directas*, *intermedias*, & *veras* non habent.

695 NOMINATAM.] Quia * ſc. habet *nomen proprium?*
696 Quid * verò *Auctori* eſt *nominata actio*, & quid eſt JCtis?

697 QUASI SERVIANAM.] Magnâ aſſeveratione! * Et tamen hanc actionem *ex parte civilem* eſſe ſtatuunt, & ex *interpretatione Prudentum*, per quam *Serviana* actio ad omnis generis hypothecas, ſaltim eas, quæ & ipſæ *ex Jure Civ.* ſunt, producta ſit.

698 VULGO HYPOTHECARIA.] Anne * id *vulgò* dictum haberi poteſt? quod *Leges* ita eloquuntur. v. *l. 13. §. 4. & 5. l. 16. §. 5. d. P. & H. l. 11. §. f. l. 12. pr. qui pot. in pign. l. 29. F. E. l. 3. §. 3. ad exhib. l. 1. §. 1. C. Comm. d. Leg. l. 13. §. 1. ad Vellej.* & vel ipſum *§. 7. & 31. Inſt. d. action.*
699 Et quando * non *ipſæ Leges* dicunt, *id vulgò* ita *vocari*, ùt *l. 2. §. 17. d. Vi B. R.*

§. XXXV.

700 SOLENT.] Nemo * unquam JCtorum accuratorum id ſolitus eſt.

701 IN CASU.] Quidni * in eâ *ſpecie*.

702 EX QVO JVRAMENTO.] Sic ergò * non *ex pacto*
703 de jurando. Nam * pactum illud etiam *Jure Prætoriò*
704 ad actionem *inefficax* eſt. Hinc * quia jusjurandum *promiſſorium* pro *pacto* cedit, *l. 35. §. 1. d. jurejur. l. 95. §. 4. d. ſolut.* Ideò nec ipſum *Jure civili* actionem producit;
705 & ne quidem jure *Prætoriò*. Et ſi * nil ampliùs quæritur in juramento iſtô deciſorio, quàm an juratum ſit? quodnam aliud *fundamentum* erit actionis, quàm *juramentum?*

Nec

Nec ſequitur, * ideò Prætor ex jurando actionem dedit: 706
quia videtur ex pacto antecedaneô, tanquam tranſactione,
proceſſiſſe. Ergò actio Prætoria ex pacto datur? Non* 707
etiam *vis* juramenti conſiſtit *in pacto:* nam pactum nul-
lam vim habet; & hâc ratione ipſum quoque juramen-
tum nullam vim haberet, neque actionem produceret.
Quicquid * ſit, quod poſtquam juratum ſit, hoc *juramen-* 708
*tum* quoque *vim transactionis* habeat. Corruit * itaque 709
hoc *pactum legitimum.* Et *actio in factum* ex *Jurejuran-*
*do* aliò referenda eſt.

§. XXXVI.

REFERUNT.] Cùm verò * & ipſe referat *Auctor:* 710
hinc errantes ſequitur. Sed * pactum illum *Compromiſ-* 711
*ſorium* non poteſt dici *Legitimum.* Quoniam non parit
*actionem*, & ſi * pareret, oporteret eſſe *condictionem ex* 712
*Lege*, *l. 5. pr. C. d. recept. arbitr.* At * verò ibi proditur 713
actio *in factum:* quæ * tamen non datur, niſi quando vel 714
expreſsè, vel tacitè laudum partes *approbaverint;* ad-
inſtar, * *actionis judicati.* Quin * & *exceptio*, quæ abſo- 715
luto datur, non competit, niſi laudum ſimiliter approba- 716
tum fuerit: indeque * abſolutè & *virtute pacti* non com- 717
petit; atque hinc * notanter in lege dicitur: exceptio 718
*veluti* pacti, geminâ vice, vel exceptio ſimpliciter; nul-
libi vocatur *ex pacto.* Et * an *Lex* ullibi pacto compro- 719
miſſario *vim judicati* tribuit? ùt *Auctor* aſſerit.

§. XXXVII.

SI RES FUNGIBILES.] Ubinam * hoc in Legibus 720
habetur? an frumentum vel hordeum *in l. 12.* oleum & 721
quicunque fructus, de quibus *in l. 23. C. d. Uſur.* ſunt *o-*
*mnes res fungibiles*, & *nulla* dantur *aliæ.* Sanè * de his 722

723 nil *in dd. LLegibus*; * in quibus rebus etiam ceſſat ratio il-
lius diſpoſitionis. Cæterùm valdè diſceptant Dd. an *ex*
*dd. txx.* pactum *legitimum* confici poſſit. Eſt ſanè proba-
bilior ſententia; licèt aliàs pacta contractibus *ſtricti ju-*
*ris adjecta*, actionibus inde competentibus *non inſint*.
724 Tamen * in his rebus, de quibus diſertè *dd. txx.* diſponi-
tur, & quarum conditionem *ſingularem*, (de quâ *in l. 23.*)
præ cæteris *Franc. Connanus* expoſuit, *Lib. V. Comment.*
*Jur. Civ. c. 3.* §. 3. ſingulariter placuiſſe Imperatoribus, ut
illarum mutuo datarum acceſſio, etiam *ex nudô pactô*, (i. e.
725 citrà ſtipulationem,) præſtanda ſit: eaque * acceſſio in
*d. l. 23.* additamentum uſurarum *ejusdem materiæ* appel-
726 latur. Ex quo * ſequitur, ad *pacta adjecta* propiùs refer-
727 ri pactum iſtud: maximè * quòd *pacta legitima* per ſe ſub-
ſiſtant, neque acceſſionem aliorum contractuum confi-
728 ciant. Quapropter * ſimile etiam in reliquis *pactis uſu-*
*rariis*, quarum *hîc* mentio ſit, admittendum eſt. v. *l. 5.*
§. 1. *d. Naut. fœn.* ibi diſertè: *In his* autem omnibus &
*pactum* ſinè ſtipulatione ad *augendam obligationem* prod-
729 eſt. *add. Nov. 136. c. 4.* Nec * usquam *dictis legibus*, ùt *Au-*
*ctor* temerè tradit, *condictio* in hanc rem, tanquam *ex Le-*
*ge*, proditur.

§. XXXVIII.

730 PACTA LEGITIMA.] At * verò hæc utique pacta,
*commiſſorium* & *addictionis in diem*, legitima dici non
731 poſſunt; ſed * *Gentium* ſunt & *adjecta contractibus*. Jam
732 * autem *legitima* & *adjecta* ſpecie differunt. Deinde *
733 Commiſſorium quidem, ut & addictionis reſolvit emtio-
nem & venditionem *ipsô jure*: cùm & aliàs diſſenſus con-
trarius omnes contractus conſenſuales ipsô jure diſſolvat,
734 & * vel ipſa etiam *hypotheca* pactô conſtituta, contrariô
pa-

pactô, ipsô jure *tollatur*. Quis * verò unquam JCto- 735
rum hæc ipſa ad *pacta legitima* retulit? Quin * & ipsô 736
jure non reſolvitur emtio ex pacto *addictionis*, quando
*verbis obliquis* conceptum eſt. v. Hillig. *XVI. D. E. 18.*
*c.* & *19. f.* Idemque * dici debet de *L. Commiſſoria.* v. Bachov. 737
*1. Tr. 28. 9. d.*

SUPER DELICTO PRIVATO ] Et tamen * ſolùm 738
probat de *injuriis*.

§. XXXIX.

PRO ADMINICULO.] Barbarè * loquitur *Auctor*. 739
Ita JCti: Pacta *adjecta* adjiciunt vel *ſubſtantiæ* contra-
ctuum vel *adminiculis*. Ita quoque Leges noſtræ. *l. 72.*
*d. contr. empt.* Quicquid ſit, quòd contractus adjuvet
pactum, quod ei adjicitur: quanquam * & ſic congruè ma- 740
gis loquamur: Quod pacta vel *inſint* contractibus: vel
*non inſint; adjiciant* verò illis aliquid, vel *detrahant*.
Quâ ratione enim Leges interpretabimur, ſi cum illis non
noverimus loqui? Neque * etiam contractûs *ipſis cohæ-* 741
*rent*, ſed pacta *adjiciuntur* contractibus: cohæſio illa ve-
rum ſenſum & naturam illius adjectionis corrumpit.

IN USU MODERNO.] Itaque * *Uſus modernus* o- 742
mnia confundit. At verò ſi vel maximè ex pactô hodie
actio naſceretur. Tamen * adhuc in his talibus *diſtin-* 743
*ctionem pactorum* & *ſtipulationum* ſervandam; idque ut
cognoſcere quilibet poſſit, in Foro neceſſarium eſſe, vel
ſolus oſtendit *Cl. Coccejus Diſſertatione peculiari*. Adeo-
que * adhuc ſervandæ ſunt omnes illæ diſtinctiones, quas 744
*Franzkius* & *alii JCti* non fruſtrà tantâ curâ evolvunt. At
verò hæc *Auctori* difficilia & nimis accurata, imò obſcura
ſunt. Nec in his eſt operæ pretium!

CONTRAHENDO.] *Paciſcendò* promiſit.

§. XL.

745 SPECIES PACTORUM.] At * verò hæc non eſt
746 *ſpecies tertia* peculiaris pactorum *veſtitorum*; ſed eſt * ſpe-
cies *pacti adjecti* conventionibus & negotiis, quas ſuper
rebus noſtris ſuſcipimus; (ut ipſius *Auctoris ſeqq.* inferunt,)
747 quanquam * effectum hunc peculiarem habeant, quòd *in
rem conſtituta* cenſeantur; indeque *ſucceſſorem* quoque
*ſingularem* ſequantur. *l. 13. Commun. prædior. l. 48. d. pact.
l. 67. eod.* Anton. Faber *in Rational. ibid. add. l. f. C. d. pact.
int. emt. & vend.* & Jo. à Sande *Part. IV. de probib. rer.
alienat. c. 2. n. 19. ſeqq.*

748 EXIGO.] Sed hoc * omnes jam exigunt. V. Sand. *d. l.*
749 imò * ſi vel maximè pactum *ante traditionem* interveniat,
conſentiente alterô. Sed tamen non *lex iſta* traditioni
dicatur: quoniam tunc pactio iſta non eſt in rem, h. e.
rei vel prædio illud non dicitur: hinc ſolùm *perſonalis* ea
eſt, nec rem ſequi poteſt. *per l. f. §. f. d. contr. empt.*

750 NOMINATIS.] Nempe * *ineundis.* Itaque nullum
eſt diſcrimen, nec turbare alios debet *Auctor.* Satis fuerat
dixiſſe, poſt contractum perfectum non poteſt, invitô al-
terô pactum adjicere ſuper re ſuâ, qui eam in contractum
751 deduxit. Quiſnam * enim contractum *realem*, it. *inno-
minatum* concipere poteſt, quòd *nudò conſenſu* conſti-
tuatur.

752 FACVLTATEM POENITENDI.] An verò * per
*pœnitentiam* recedit à contractu vel reſilit, qui *necdum
753 contraxit?* Et * quid eſt *pœnitentia* in contractibus?

754 ACTIO PRÆSCR. VERB.] Falciſſimum * hoc eſt,
& omnes actiones perimit, quas Leges ex quibuslibet por-
rigunt contractibus, in quibus *rei ſuæ legem* quis dicit. In
755 *L.* * autem *6. C. Præſcr. verb.* unicè de contractu *innomi-
natô*

*natò* agitur, & de *certâ lege* contractus illius, (imò ne qui-
dem præcisè de pacto in rem conſtitutô; ſi quidem res
etiam poſſunt certâ lege tradi, ut tamen propterea pa-
ctum tale *in rem* conſtitutum non ſit,) quòd * nimirum ſi 756
lex illa non ſervetur, poſſit actione P. V. ad *implendum*
ſcilicet, & adverſus alterum *contrahentem* agi.

REPUTAT.] Vix * ad *ſolos innominatos* id retuliſſe 757
potuit *Bachovius*.

§. XLI.

ADDUNT.] Obſcuri * ſcilicet & cæci Doctores. 758

L. VII. PR. D. OP. LIBERT.] Quaſi * non in 759
quàm plurimis *Legibus* iſtius & *aliorum titulorum* de hôc
ageretur juramento?

SPECIES LEGITIMA.] Ita * verò jusjurandum eſt 760
jusjurandum *legitimum*, ſ. lege ad actionem firmatum.
Sed * ubinam *pactum* Lege firmatum? Sanè * adeò iſtud 761
jusjurandum non eſt pactum, ut potiùs illud ad *ſolennes* 762
*obligationes*, quæ *verbis* ineuntur, referat *Cajus L. 3. Tit. 2.*
§. 4. *Inſt.* ibi: unô loquente, & *ſinè interrogatione*, aliô
promittente, contrahitur obligatio, ſi *libertus* patrono &c.
*juraverit*. Et porrò ſequitur: non tam * *verborum* ſo- 763
lennitate, ſc. ſimplicium, quàm *jurisjurandi* religione te-
neri. Si * non *verbis*, ne quidem *ſolennibus*, quid de *pa-* 764
*cto*? Et * imò cum pacta inter abſentes quoque fieri poſ- 765
ſint; tamen jusjurandum iſtud, *patronô abſente*, validè præ-
ſtari non poterat *l. 6. §. 3. d. Confeſſ.* Quin * & *ingenuus* 766
ne quidem naturaliter ex tali jurejurando poterat obli-
gari: *l. 56. pr. d. fidejuſſ.* adeò hìc pacti quid non ſubeſt;
ſed * totum negotium eſt *religioſa promiſſio* ſ. jusjuran- 767
dum, idque ad certum ſubjectum & objecta, de quibus

*Oiſelius ad d. l. Caji*, it. ad tempus, *l. ult. pr. d. O. Lib. & fin. l. 7. pr. eôd.* reſtrictum.

768 A QVIBUSDAM.] Imò * omnes agnoſcere oportet,
obligationem hanc *verbis* contractam eſſe; ſaltim quod
ſub *rubr. d. V. Obl.* non ampliùs contineatur: neque *ſtipu-*
*lationibus* accenſeri queat; cùm promiſſio citrà præeun-
769 tem *ſtipulationem* fiat. Non * utique ſequitur, ideò *ad*
*rubr.* illam pertinere jusjurandum liberti, quia per *accepti-*
*lationem tolli* poſſit. Nam licèt de hoc potuerit hôc ipsô
dubitari, quoniam acceptilatio pro ſtipulationibus com-
parata videbatur. Tamen verius eſſe dicitur, in *l. 13. pr. d. ac-*
*ceptil.* hôc non obſtante, jusjurandum illud, quippe *verbis*
conceptum, acceptilatione, quæ ſolùm obligationem in
verbis conſtantem ſupponit (quicquid ſit de *interroga-*
*tione* ſ. ſtipulatione deficiente,) omninò tolli poſſe. v. *l. 8.*
770 *§. 3. d. Acceptilat.* Proinde * non ſequitur, acceptilatio
non aliter fit, niſi interrogatione & reſponſione, Ergò
etiam obligatio verbis inita, quæ per illam tolli vult, de-
bet in interrogatione & reſponſione conſiſtere.

771 VERBIS EXIGATVR.] Hæc *verba*, * quæ de jure-
jurandô hoc præſtandô miſcentur, non ſunt *ſtipulatio* ſ.
interrogatio, nec ad jusjurandum pertinent.

772 PACTVM JVRATVM.] Iterum * ad *pactum jura-*
*tum* dilabitur. An ergò eadem ſunt pactum juratum,
pactum *juramentô* firmatum, & *dictio* ſolius *liberti* jura-
ta, ſeu *juramentum* liberti; & id quidem ſolenne? Tan-
773 tùm * ſtipulationem non ſubeſſe fatetur, & tamen ad *l. 13.*
*pr. d. Acceptil.* non reſpondet. Reſpondebitur per alios!
774 Nam * licèt ipſe non poſſit reſpondere, tamen juri con-
venientiùs (per *totum* ſc. *titulum* de *Oper. libert.*) eſſe
putat, quicquid ſit de jure *in d. l. 13.*, non ſubeſſe ſtipu-
lationem.

FRI-

FRIDERICI.] Quaſi * *Fridericus Imp.* non potuerit 775
ſpeciem conventionis *efficacis* introducere: aut pactum *veſtitum* aliquod?

§. XLII.

QVAMVIS HOC.] Et tamen * illud excipit à juramento *promiſſoriò*. 776

SVSTINEATVR.] Jam * alibi oſtenſum eſt, falſum 777
eſſe, quòd *Jura Canonica* voluerint *pacta ſucceſſoria*, Jure Civ. improbata, *per jusjurandum valida* reddi poſſe. Nam
* *c. quamvis. d. pactis. in 6.* ſolùm ad *renunciativum* pa- 778
ctum pertinet: cujus non eadem, quæ pactorum *acquiſitivorum*, ut nec * *horum omnium*, par eſt ratio. 779

NVDO PACTO.] Equidem * *Jura Civilia* pactis 780
pluribus *vim actionis* tribuerant; nec tamen *juramentis*: de cujus ratione alibi dictum.

§. XLIII.

RARIVS.] Niſi * quòd ad *Titt. de Jurejurando*, tam 781
in Jure *Civili*, quàm *Canonicô* de hoc *ubique* agatur. Sed
* *rariùs* dici poteſt, quænam inde detur *actio?* quia nempe *nulla* exinde datur, nec *Civili* nec *Canonicô* Jure. 782

EXISTIMO.] Hæc * eſt *raritas* illa, quæ nobis *læ-* 783
*tam ignorantiæ ſegetem* paritura eſt. Ubinam * eſt ille 784
*canon?* qui voluit *actionem* ex Jurejurando *promiſſario* dandam eſſe. Nullibi apparet! Cur non deſignat illum
*Auctor.* Ille * ſcil. in *actionibus ſuis inveſtigandis* prom- 785
tiſſimus eſt, in dando *condictiones ex Lege*, condictiones *ex canone*, actiones *in factum;* imò ſi omnia deficiunt, *implorationem officii Judicis.* O quantas nunc divitias actionum habemus, Juvenes!

GENERALITER.] Bellum * fundamentum *condi-* 786
*ctionis ex canone!*

NEC

NEC ACTIONIS NOMEN EXPRESSVM.] Imò
787 * *raritas* ingens foret; ( dum *nullibi* dicitur actionem dari,)
ſi illa *expreſſa* foret.

EX CANONE VEL CAPITULO] Quærite
788 * condictionem vel in *canone* vel in *capitulo;* vel in *hoc*
vel in *iſto*, vel in *extravaganibus*, ſi placet!

789 IMPLORATIONEM OFFICII JVDICIS.] Hanc *
790 vix unquam negabit, maximè, * quod illam *vulgò actio-*
*nem in factum* vocent. Hei miſeram & afflictam Juris-
prudentiam!

791 REMEDIA GENERALIA.] Imò * ſatis ſunt
*generalia!*

792 MAGIS SPECIFICAM.] Dantur ergò * *tot* reme-
dia, tam *generalia*, quàm *ſpecifica*, ex *Juramento promiſſo-*
793 *riô*, ut neſcias, utrum eligere debeas? Et cur * non *omni-*
*bus ſimul* experiare? fortè unum illorum locum habere
794 poterit; cumprimis * in caſu *concurrentis æquitatis*, quæ
ampliſſimus eſt *fons actionum:* & qui ſolus, ſi prætenda-
795 tur, ſufficit; ſaltim * ad *implorationem officii Judicis*, ſinè
796 quo nil poteris *in forô* obtinere. Sanè * quòd *Leges Ci-*
*viles* ſtudioſiſſimæ fuerint æquitatis & religionis, nemo in
797 dubium vocare poteſt. At * verò illæ *ex Juramentô pro-*
*miſſoriô* actionem competere noluêre, nec ei majorem
vim, quàm pacto, imò ne quidem eandem, tribuêre. v. *Dd.*
798 *ad. l.35.§ 1.d. Jurej.* ne * videlicet promiſcuâ jurandi con-
ſuetudine *religio* profaneretur. v. *l.8.pr. d. condict. inſtit.*
799 Quod * autem Jus *Canonicum* hîc immutaverit quicquam,
& *actionem* ex eo juramento dederit: iſtud verò ex nullô
*textu* probabitur: ceu jam olim Fachin. *II. Controv. c.12.*
rectè docuit, nec non *Setſerus*, *Perezius* & *alii*. Tantùm
800 * voluêre, ut qui jurarit *moneatur* ad ſervandum; *c.9. x.*
*d. Ju-*

*d. Jurej.* & quidem * ſub *cenſurâ* Eccleſiaſticâ. *c. ult. d. fo-* 801
*ro compet. in 6.* firmiſſimô argumentô, quòd *actionem*
dare noluerit. Unde & * in *c. 9. in fin. d. arbitr.* juramen- 802
tum in facto adducitur, ſed non dicitur, quòd ex jura-
mento detur *actio:* cùm & ibi ex promiſſione delibera-
tâ per ſe, citrà juramentum, is obſtrictus fuiſſet. Imò * a- 803
liud eſt obligari, aliud *ad actionem obligari:* quam nul-
lam ibi, ne quidem conjecturâ, educi ex *textu* poſſe, *arg.*
*dd. txx. in c. 9. & ult.* ſatis patet.

§. XLIV.

VESTIMENTA.] Nemo * JCtorum dicit unquam, 804
rectà cum ratione, & LL. ei annitentibus, eſſe *pacta veſti-*
*ta* aliâ ratione, quàm ſi habeant *veſtimentum*, ob quod
deinceps, *vi* ipſiſmet *indita*, ad *actionem* valeant; ſicut
in ſpecie de *pactis legitimis* & *adjectis* (ultrà quas * duas 805
ſpecies *nulla alia pacta veſtita* dantur,) conſtat, quòd illa
pacta, *quà talia*, ad actionis efficaciam producta ſint.
Sicut * igitur *juramentum* adeò non firmat *pactum*, ut 806
non modò pactum ad actionem per hoc validum non
reddatur; ſed nec ex ipſo juramento naſcatur actio.
Imò * nec *ſtipulatione* pacta firmentur, ita ut ex pactis; 807
ſed potiùs, ut ex ſtipulatione actio competat. *l. 3. C. d. rer.*
*permutat. l. 21. C. d. pact. l. 11. d. Relig. l. 5. C. d. Contrah.*
*ſtipul.* Ita rectiùs potuiſſet *Auctor*, & ſinè ambagibus, qui
bus ubique involvitur, rejicere ſpecies illas confictas
pactorum *ſuorum* veſtitorum, ſi quando naturam veſtito-
rum pactorum eam, quam nunc deſcripſimus, non ha-
buiſſent.

LITERIS CONSIGNATUM.] Semel * hîc monen- 808
dum eſt, quòd quidem pactum, ſive literis ſive ſtipulatione

309 munitum, haudquaquam *veſtitum* dici poſſit. Nam *
& *ſtipulatione* ſi firmatum fuerit pactum, non utique ex
hoc, ſed ex ſtipulatione, actio naſcetur; ùt modò di-
310 ctum eſt. Interim * veriſſimum eſſe, quòd æquè *literæ*
valeant ad actionem producendam, atque *verba* concepta
in ſtipulationibus; quemadmodum ſatis evincit *Lynckeri*
*Reſtituta Literarum obligatio:* quæ facilè retundere pot-
311 eſt, quicquid * *Auctor* hîc, nulla habitâ ratione, aut Legum,
aut principiorum, ipſiusque uſûs fori, cum vulgô, do-
cuit.

312 L. XXXVIII. D. O. & A.] Non * intelligit *Legem* hanc
Strykius. v. *cit. Diatrib. c. 4.* §. *6.* cùm illa potiùs *obligatio-*
*nem per ſcripturam ſtabiliat.*

313 IN DUBIO.] Quid * ergò, ubi non dubium eſt, illam
*conſtituendæ obligationis* causâ, adhibitam eſſe? v. *c. 1. d. Tr.*
314 §. *1.* it. *c. 4.* §. *5.* ſed & *c. 2.* §. *7. & 9.* Ex * quibus rurſus, re-
ctâ interpretatione, *Literarum* illa *obligatio* evincitur.

315 L. V. C. D. TRANSACT.] Neque * hæc aliud vult,
quàm quòd non opus ſit ſcripturâ ſ. inſtrumentô *ad pro-*
316 *bandum*, ſi abundè poſſit probari negotium. Quòd * ve-
rò ſcriptura in Jure, quin & in Foro, ſolùm probationis vi-
cem ſubeat, & nunquam *ſubſtantiam obligationis* confi-
ciat: illud & *Legibus* & *uſui*, ſive moderno, (ſeu hodierno
potiùs,) ſive veteri, penitus adverſum eſt.

317 AN NUDUM PACTUM.] Videlicet * *ſcripturam*
confectam, utriusque partis magnâ deliberatione, pro
*nudo pacto* habet *Auctor!*

318 PRÆSUMTIONEM SOLENNITATIS.] Nempe *
*ſtipulationem* interceſſiſſe; (ſi ita præſumi poſſit,) & *ſo-*
*lennitates* habuiſſe debitas, licèt hæ ex inſtrumento non
appareant; *l. 1. C. d. Contrab. & comm. ſtip. l. 134.* §. *2. d. V. O.*

ùt,

ut quando inſtrumentum exprimit, Titium *promiſiſſe*,
perinde habeatur, atque ſi interrogatione præcedente re-
ſponſum ſit, (aliter atque ſi teſtes quem promiſiſſe depo-
nant. *l. 1. C. d. Uſur.*) §. *16. Inſt. d. inutil. ſtipul.* Quid ve-
rò * ſi ex inſtrumento conſtet, *ſtipulationem interceſſiſſe*; 819
ſed partes citrà interrogationem & reſponſionem con-
veniſſe?

OB SOLIUS SCRIPTURÆ ACCESSIONEM.]
Quid * hoc eſt *ob ſolius?* Et * quid ſi conventio, quæ aliàs 820
pro *ſubitaneâ* & non deliberatâ haberi poterat, *per ſcriptu-* 821
*ram* firmata ſit: num non æquè ex ſcripturâ ſ. verbis
*ſcriptis*, atque ex verbis *dictis*, obligatio efficax naſci pot-
erit? num * non etiam *inter abſentes*, (niſi quòd in nego- 822
tiis, quæ *ſtipulationem*, & *præſentiam* adeò partium, ùt eſt
*fidejuſſio*, *l. 32. Mand. l. 3. § f. d. admin. rer. ad civit. perti-
nent.* præcisè deſiderant, *moribus noſtris*, ſtipulationem
*interpretativam* fingere oporteat:) idque commodiùs,
quàm in ſtipulationibus? v. omninò *c. 4. d. reſtit. Lit.
oblig.*

REDACTVM.] At * verò de hoc non quæritur, ſi 823
partes *pactum* iniiſſent; & deinceps, vel *teſtimonii* vel *me-
moriæ* causâ, id pactum in ſcripturam redactum eſſet; ſed
quando partes conventionem ipſam deliberatò *per ſcri-
pturam* iniiſſent.

CONTRACTUS LITERARIUS.] Oſtenſum * eſt 824
in *Diatribâ Lynkerianâ*, quòd illa *Juſtinianea* Literarum
obligatio non niſi *ſpeciem* obligationis literariæ, eamque
*ſingularem*, conficiat; non etiam *totum* conſtituat & ab-
ſolvat *contractum Literarium.*

CONTRACTVM MVTVI SVPPONI.] Sic * er- 825
gò falſum foret, quod *Auctor* docet: Contractum Lite

 rarum

rarum *ſpecialem formam* à Legibus accepiſſe ; & inde
826 contractibus *nominatis accenſeri.* Nam * ſi Literarum
obligatio *ex mutuò* oritur: jam non eſt *Literarum* obliga-
tio; neque eſt contractus, qui *ſeparatam* & *ſpecialem for-
mam* habet?

§. XLV.

827 HABENT DD.] Quinam * illi? Caſci & abſurdi ſci-
licet!

828 FACTI PRINCIPIUM.] At verò * non magis *fa-
ctum* deſideratur in *pollicitatione*, quàm in *pactò ipsò;*
modo ſeria fuerit.

829 OPUS ALIQUOD.] Non hæc * eſt *Definitio* polli-
citationis, ſed *exemplum.*

830 FACERE COEPERIT.] Quaſi * non ſit valida obli-
gatio, ex *ſimplici pollicitatione?* Falſum enim eſt, quòd
*facti* principium conciliet pollicitationi effectum actionis;
831 & contrà *textûs expreſſos.* Videlicet * ſolâ *oblatione* jam
tenetur efficaciter, ſi vel ob honorem, vel aliam juſtam
cauſam, facta ſit: *l. 1. §. 1. d. pollicit. l. 19. pr. d. donat.
l. 4. l. 7. d. pollic.* qualis etiam eſt utilitas & decus Reipubli-
cæ vel Collegii; Bachov. *1. Tr. 6. 1. B.* quin & emolumen-
tum cujuslibet piæ cauſæ. Parlador. *2. quot. c. 3. n. 7.*
832 Imò * ſi vel *ſeriò* quis fuerit pollicitus: neque enim ut
exprimatur cauſa, opus eſt. *arg. l. 3. §. 1. d. Pollicit.
l. un. C. d. ratiocin. op. l. 6. §. 1. d. munerib. & bon.* Quòd
ſi verò *ſinè causâ, h. e.* ex jactantiâ aut fervore, quid ſit
pollicitus, non tenetur; *arg. l. 1. §. 1. d. pollic. l. 19. pr. d. do-
nat.* Burger. *1. Obſ. mil. 45.* verùm ut teneatur, neceſſe eſt,
833 ut voluntatem *ſeriam* declaraverit: quod * & tunc ſit in-
ter alia, quando *cœpit facere*, quod pollicitus fuerat. *l. 1.*
834 *§. 2. d. poll.* Nam * & quod ex ſimplici ſit donatione, mo-
dò

dò eam ſeriam fuiſſe conſtet: illud non eſt *ſine causâ*. Eſt ergò * falſum, quòd pollicitatio ex *ſimplici oblatione* non 835
valeat, ſed ut cœptum opus eſſe oporteat.

COEPERIT FACERE.] Ille * primò requirit *fa-* 836
*ctum*, ùt ex antecedentibus patet: in ſubſidium duntaxat
*cauſam*; ſed * illam vocat *præcedentem*, quaſi *titulum*: 837
quod falſum eſt.

PROXIME ACCEDIT.] Et tamen * ne quidem *con-* 838
*ventio* eſt; ſed *unius oblatio*; neque * *acceptationem* de- 839
ſiderat, eò quòd unius voluntate, in favorem Reipubli-
cæ, perficiatur. *l. 3. pr. d. pollicit.* Quomodo * itaque ad 840
*pacta legitima* accedet? An * ſolùm quoad *actionem*; ſed 841
hoc non eſt proximè accedere: neque * enim *proximè* 842
accedit negotium alteri, à quô *totâ ſuâ naturâ differt*; ſi
vel * maximè *effectum* ſimilem habeat: quem * tamen non 843
accepit pollicitatio *Lege novâ*, poſt XII. Tabb., ſed Jure 844
inter Romanos *antiquiſſimô*; quod vel ex ſolo *Cicerone*
*Auctor* addiſcere poterat. Adeoque nec in *cauſis*, nec *in
effectu*, pactis legitimis accedit; multòque minùs illis ac-
cedit *proximè*.

IMPLORATIO OFFICII JUDICIS.] Refugium * 845
ſolenne *Auctoris*! Quomodo * verò accedet *pactis legi-* 846
*timis*, ſi *actionem* non parit? Neque * hoc *JCtus* innuit 847
*in l. 8. ff. d. pollicit.* Quinam * *Judicum* nomine ibi ve- 848
niant? oportet *Auctorem* apud JCtos inquirere: Videat
quoque *l. 2. ſ. 7. C. Theod. d. operib. publ.* Nec * ſinè cau- 849
ſâ dicitur *Judices*. Et * an quia *Judices adiri debere* Divi 850
*Fratres* reſcribunt, illud dicunt fieri *ſimplici imploratione*
Judicis? Quònam verò pertinet, quòd dicitur *convenien-*
*dus*, qui pollicitus eſt; *l. 1. pr. l. 11.* & * quidem ex obli- 851
gatione: *l. 1. §. 1. 2. l. 7. l. 14. d. pollicit.* an * *obligatio efficax* 852

853 parit *ſolùm implorationem officii judicis?* Quantò * itaque
rectiùs *per l. 8. h.* ipſamque *ſeriem Pandectarum*, & genium
*Tituli d. extraord. cognitionibus*, iſtam *cognitionem* Ju-
dicum, ſuper actione *extraordinariæ cognitionis*, exponit
*Cujacius* ad *d. ct. Tit. d. var. & extraord. cognit.*

854 DANDA FORET ACTIO.] Imò * hoc non ſequi-
855 tur: an * enim *ex pacto*, quod requirit *acceptationem*, da-
856 tur ex principiis *Juris Romanis* actio? Et * quidni ex *ſolâ*
*pollicitatione* Jure Romanô *actio* datur; ſed non ob hoc,
857 quòd ipſa *acceptatione* perficiatur: ſiquidem * pollicitatio
ne quidem *in privato* acceptationem admittit, quin pro-
tinùs *in pactum tranſeat.*

§. XLVI.

858 VERBA DE VOVENDO.] Et * verò hæc indicant
*propoſitum. c. 3. x. d. vot. & vot. redemt.*

NISI IPSA PROMISSIO DEO FACTA SIT.] Di-
859 cere * volebat, niſi *propoſitum* ad Deum directum fuerit.
Aliàs idem foret, ac ſi dixiſſet: promiſſionem requiri, niſi
promiſſio Deo facta ſit. Vel: Propoſitum non inducit
860 obligationem; niſi promiſſio facta ſit. Quòd * ſi verò
*promiſſio* ſit facta Deo, an ita *propoſitum* inducit obliga-
861 tionem; quæ tamen promiſſione eſt debilior; & * jam
ubi *promiſſio* adeſt, (ſive ad Deum directa ſit, ſive non,)
omninò, ceu *perfectio* voti, inducit obligationem.

862 C. III. X. DE VOTO.] Ex illo * non probabit *Au-*
*ctor* diſcrimen voti, quod ad Deum dirigitur, & alterius:
863 nam * *propoſitum*, quoniam per hoc quis *actu* ſe non ob-
864 ligat, *d. c. 3* haud unquam ad votum ſufficit; ne * quidem
865 ad Deum, & in foro poli. Neque * enim *propoſitum* in-
ducere poteſt obligationem, quoniam voluntas ſolùm eſt

faci-

*faciendi*, quod *quis ſibi proponit*; ſed non etiam *ſe obli-*
*gandi*. v. Suarez. *Tom. 2. d. Relig. L. 1. d. voto c. 2. n. 3.*
Azor. *P. 1. Inſtit. Moral. c. 12. q. 5.* Ipſum Bonacinam *Tom. 3.*
*Diſp. 4. q. 2. d. voto: puncto 1. in pr.* Nec * in foro *externô* 866
aliud quid, niſi *manifeſtatio* requiritur.

EXTERNAM PROMISSIONEM.] Videtur * adhuc 867
*Auctor* velle, verſus Deum in forô *poli* ſufficere propoſi-
tum, quod vocat *promiſſionem* ſimpliciter; ſed in foro *ſo-*
*li* requiri promiſſionem *externam*, quia aliàs Judici de vo-
tô conſtare nequeat. Et tamen * *Dd.* de promiſſione *in* 868
*ſe* disquirunt, an illa ad *votum* requiratur? ut propoſitum
non ſufficiat. *Auctor* * verò promiſſionem per epithe- 869
ton, appellat quoad homines *externam*; quoad Deum pu-
tat, ſatis illam *internô propoſitô* abſolvi. Sed ille non vi-
detur capere, in quô *diſſenſiones Dd.* conſiſtant.

SINE ACTIONE ESSE NEQVIT.] Et * tamen 870
ille pollicitationi *actionem* non attribuit:

CENSURA ECCLESIASTICA.] Poſt-
quam * ſuperiùs voluit per *c. 1. X. d. pactis. Canonicô* 871
*Jure* ex pactis actionem dari: hîc ait, obtinere
*cenſuram* Eccleſiaſticam; & * hanc ſolam porrigit 872
ex *votô*. Dat ergò * ex votô *actionem*: rurſus 873
* non dat, ſed *implorationem officii Judicis*; ſicut de *polli-* 874
*citatione* dixerat. Sed * nec hanc reſpicit, ſed ad *cenſu-* 875
*ram Eccleſiaſticam* recurrit; pariter ùt *in pactô*: cùm * ta- 876
men etiam à pactô, ratione *effectûs*, imò *cauſarum* ferè
omnium, *votum* & *pollicitatio* differant. Nobis * eadem 877
dicenda videntur, quæ de *pollicitatione*, ſeu actione ex illâ
competente, monuimus.

IN LEGEM COMMITTIT.] An * verò is, qui vo- 878
tum toties *renovat*, toties peccat! Sanè * qui votum to- 879
ties

880 ties renovatum violat, ille *ſemel* illud violat, (eſt enim* *idem*
*votum,*) Ergò etiam non niſi ſemel peccat.

881 POENA SÆPIUS EADEM.] Si non * toties depre-
882 hendatur delinquens. Imò * ſi *pluries deliquerit*, & deinde
deprehendatur, pœna non manet eadem, ſed *exacerban-*
883 *da* eſt. Quid * ſi *Lex* ſit, toties puniendam eſſe, quoties
peccat? Ita ſingulis *vicibus* pœnam ſubit; quamvis non
niſi poſt pluries admiſſum delictum *deprehendatur* : de
quo v. Mev. *Lib. IV. ad Jus Lüb. Tit. 12. a. 1. n. 14.*

## AD
# MEMBRUM IV.
## *De*
# *Inveſtigandis & diſtinguendis Contractibus.*

§. I.

884 CONTRACTU ORDINARIO] Ubinam * verò ſunt
885 *contractûs extraordinarii?* & ubi * conventiones
*formatæ* occurrunt in Legibus.

886 AB EFFECTU.] Imò * à *formâ internâ.*

887 NOBIS OSTENDETUR.] Et tamen * ipſo *Jure*
*Univerſali* diſtinguuntur conventiones, quæ vel *formam*
habent *definitam*, vel *cauſam*, à conventionibus *vagis* &
*indefinitis.*

888 MERI IURIS CIVILIS SUNT.] Quamvis * *actiones*
juris civilis ſint, quoad *informationem*; tamen *in ſe* ipſæ
889 ſunt Juris *naturalis*: & * quòd ex quibusdam negotiis
actio-

actiones *non dentur*, etiam Juri *Gentium* & *Naturali* congruit.

REQVISIVERINT.] Optimum * argumentum! Quia 890
*Gentes* non requirunt niſi *fidem*, ad neceſſitatem obligandi: Hinc omnes contractuum diſtinctiones ſunt *meri Juris Civilis*. Eſto verò quòd omnes contractûs producant
etiam *J. Gentium actiones:* an * propterea nulla eſt in 891
J. Gentium *diſtinctio* inter ipſos *contractûs*. Cur * non 892
*Auctor* ait, Quodcunque producit actionem J. Gentium: illud non differt ab aliis, quæ ſimiliter producunt actio-
nem. Et * ſic non erit diſcrimen inter *dominium* & *con-* 893
*tractum*.

PERMUTATIO.] Quando * Jur. Civ. *ſtipulatio per-* 894
*mutationis causâ* inita eſt; quidni etiam *Jure Civ.* obli-
garet? Quando autem * de *animô deliberatô* non conſtat: 895
meritò actionem non parit lubricum in ſe negotium; quoadusque de firma animi deliberatione conſtet per *in-
terventum rei* ſ. donationis. *Venditio* * verò eſt nego- 896
tium frequens magis & exceptum; inde naturam habet, quam Gentes eò reſpexêre ubivis, ut *nudo conſenſu*, in rem & pretium definitum, ſtringeret contrahentes.

PROMISSIO DE COMMODANDO.] An * ergò 897
*promiſſio de commodando* eſt commodatum; etiam *Jure Gentium?* an promiſſio *de vendendo* eſt venditio? Promiſ-
ſio * verò *de mandato exequendo*, jam eſt mandati ſuſce- 898
pti? Sanè * quælibet promiſſio deliberata de negotio ſ. 899
contractu futuro, etiam *Jure Civili, actionem* producit. At verò illa *contractus ipſe* non eſt.

IGNORASSE.] Oportet * *Germanos* rationis exper- 900
tes fuiſſe! Et * ipſa *natura* diſcrimen ſuppeditat, cur in 901

quibusdam negotiis, ad perfectionem eorum, oporteat *rem* intervenire protinus,ut per eam perficiantur;in cæteris verò *conſenſus* in objecta contractuum *ſufficiat.*

902 PRÆSTANDÆ.] Omittit * rurſus *dandi* neceſſitatem. Ita facilimus eſt *Strykius* Auditoribus ſuis, quando illi non adſtringuntur ad loquendum, & ſic etiam conſequenter non ad ſentiendum, cum Legibus: quando amittunt rem cum verbis; verba cum rebus: & quando omnia tollunt diſcrimina & naturas, quibus illa nituntur, negotiorum; fœdiſſimâ,& in ſcholis ac tribunalibus deploran-
903 dâ,confuſione!Hoccine*eſt contractûs *accuratiùs* diſtinguere? eò quòd facilè in iis poſſit contingere confuſio. Quâ
904 * ratione poteſt *Auctor* reſcindere Jus Romanum? ad quod tamen neceſſe eſt, ut ſtudia noſtra dirigamus: niſi quòd jus illud & ipſi difficilimum & exhinc ei faſtidio ſit; eundemque genium, acceptiſſimum quidem Juvenibus, inculcet iis, ſed cum irreparabili ſtudiorum detrimento.

§. 11.

905 PRINCIPIIS.] Poſtquam * rectius putavit, omnia confundi, & tædium Romani Juris parari, in animis Au-
906 ditorum, fruſtrà, ùt putat, accurati: quod * tamen minimùm abit à ſcitis *Naturalibus* & *Gentium.*

907 EXPRESSA.] Hoc * falſum eſt: quoniam & *tacitâ* conventione *verè* contrahimus. *l. 4. pro ſoc.* add. *l. 3. d. R. Cred. l. 53. mand.*

908 PRÆSUMTO.] Quidni * *præſumtio* utrinque ſtrin-
909 geret in *bilateralibus*, *lege annitente?* Nam * & *dominus negotii* provocat ad præſumtionem, quòd geſtor præſumatur ſe velle ei obſtringere; idque per *factum* attre-
910 ctationis negotii, ex quo præſumtio iſta elicitur. Et * ſic in

in omnibus cæteris. Sed * in *hæreditatis aditione*, factum 911
& præſumtio, ſe per hoc obligandi, eſt penes *hæredem; le-*
*gatarii* verò ne quidem obligantur hæredi. Sic & in eo,
qui *accipit indebitum*. v. §. *ſeq. b.*

EX UTILITATE ALTERIUS PROMOTA.] Ad-
verſum * eſſe hoc aſſertum *Legibus*, *ſuprà* jam admonitum 912
eſt. In *ſolô * pupillô* ſingulariter cautum videmus, quòd 913
*N. Geſtione* non teneatur, niſi quà utilitas ejus procurata
eſt. *l. 6. pr. d. Neg. Geſt.* Proinde * non unâ ratione falſa 914
eſt *Auctoris* definitio.

MILITATURUS.] Ergò * præſumtus iſte conſenſus 915
eſt illius, qui *gerit* v. c. negotium, quòd ille non præſu-
matur contrà commoda ſua laboraturus: quâ ratione cre-
ditur eô animô geſſiſſe, ut alterum ſibi obſtrictum velit,
ſeu animô v. c. ſumtûs impenſos repetendi; ſed & *fa-*
*ctum*, quo nititur N. G. obligatio, eſt *gerentis*. Quòd
ſi * ergò in *hoc unô* reperitur & conſenſus & factum: quid- 916
nam erit in *domino negotii?* Nonné * rectiùs dixiſſet *Au-* 917
*ctor*, QuaſiContractum eſſe *contractum* (*improprium*,)
quô *Legis* præſumtione, *ex facto* in id *qualificatô*, *obliga-*
*tio inducitur*.

§. III.

PORRO.] Videbimus * *Auctorem* omnes diſtinctio- 918
nes *promiſcuè*, prout inciderit, collocare: neque eas unô
obtutu, cum cujusque principiis, exhibere: qt. una illa-
rum ex causâ *efficiente*, altera ex *ſubjecto*, &c. educitur.
Nam & hoc *Philoſophicum* eſt. Itaque cùm aſſueti non
ſimus terminis *Philoſophicis*: oportet perſuaderi Juve-
nibus, hæc ſuperflua eſſe, & rem difficilem reddere, & eſſe
*Labyrinthum Tabularum*, quas *Lynkero* relinqui opor-
teat.

EAPROPTER.] At * verò in hoc nequaquam eſt
919 quærenda ratio *diſtinctionis contractuum*, in eos, qui ſunt
920 *bonæ fidei* & qui ſunt *ſtricti Juris*. Imò * ſunt etiam con-
tractûs *bilaterales*, velut inter *innominatos*, *ſtricti juris*.

921 SE DIFFUNDERE.] Quidni * poſſunt præſtationes
tales eſſe in negotio *bilaterali?* ut ultrà hoc quod expreſ-
ſum eſt, *arbitrium Judicis* quid valeat; ſicut in actione
922 *quod certo loco* tale quid occurrit. Et quidni * poſſint
in bilaterali negotio *ſtricti* conſtitui *termini?* ultrà quos
nil valeat quicquam Judicis officium.

923 DIRECTA ACTIONE.] Perperam * hæc *directa*
924 appellatur. Ubinam eſt *contraria?* Dicere * debebat: ex
hiſce contrahentium quemlibet teneri *principaliter*, & eo-
rum quemlibet actione *principaliter* ex contractu proce-
dente conveniri poſſe.

925 EX POST FACTO.] Quaſi * non posſit etiam
quædam *præſtatio directa ſequi* eam, quæ eſt *contraria?*
926 Rectiùs * dicitur, unum teneri *primariò*, qui *directâ*, al-
terum *ſecundariò*, qui *contrariâ* actione conveniatur.
927 Unum * teneri *per ſe*, alterum *per accidens*. Sed hi ter-
mini *Philoſophici* ſunt!

928 OB IMPENSAS.] Aſt rectiùs * *genus* quoddam *præ-*
929 *ſtationum* expresſiſſet. Neque * enim contraria ſolùm
ob *impenſas*, vel etiam *expenſas*, datur, ùt deinde ſequi-
tur. Scil. omnia oportet eſſe turbida, neglecta, confuſa,
930 disjecta omnia. Nec * tamen *indemnitatis* nomine ve-
931 nit ſolùm præſtatio *contraria*. Niſi * latisſimè ſumas *in-*
*demnitatem*, pro reparandâ inæqualitate ſ. injuſtitiâ quali-
bet.

§. IV.

932 IMPLEMENTUM.] Malè * dicitur *implementum*,
quod

quod negotium *perficit*. Neque mutuum v. c. impletur per numerationem pecuniæ, ſed perficitur. Neque * de 933
*Auctoris* implemento quicquam in *d. l. 7. §. 2. d. pact.* habetur.

REALES.] Realibus * *ſimiles*. Nam 934
* reales omnes ſunt *nominati*. Equidem, qui legibus & 935
doctrinis verorum JCtorum innutriti ſunt: illis horrida ſunt talia & confuſa, imò barbara omnia, quæ *Auctor* ad perſpicuitatem refert. Et ille non minùs, cum ſectatoribus ſuis, in ipſis rerum & doctrinarum fundamentis, adeò confunduntur, ut ex erroribus per totam vitam illis emergere non liceat.

UNA ACTIO.] At verò * *actiones* ex contractibus 936
illis competentes, licèt *generali* hôc *unô* nomine gaudeant; quoniam *præſcriptione verborum* negotia *infinita*, eòque variè efformata, indigent; Tamen *diverſas* habent, in quôlibet *genere* contractuum illorum *innominatorum* & *incertorum*, (ùt vocant *permutationem* & contractum *æſtimatorium*,) *præſtationes*. Et * quis ignorat? actionem 937
*P. V.* non modò ex contractibus innominatis, ſed & ex *aliis* pluribus *cauſarum figuris*, etiam textibus *Legum* in id directis, competere; ſicut alii curatiùs exponunt.

§. V.

MODI.] *Formam* * non audet eloqui. Conſtat 938
* verò & inter *Philoſophos* pariter & *JCtos*, quòd *modus* 939
magis formam *accidentalem* denotet.

NON SOLO CONSENSU] Ille * *conſenſus*, qui in 904
*reali* contractu intervenit, & *cauſam efficientem* facit, non eſt is, qui in contractu *conſenſuali formam* conſtituit; ſed *communis* omnibus contractibus, *à quo* ſcilicet eſt nego-

tium; non *per quem* illud eſt id, quod eſt. Hæc non ſunt nugæ Philoſophicæ, ſed ad deciſiones cauſarum pertinent, ùt omnia talia, quæ accurationem ſapiunt.

941 REI INTERVENTU DEMUM.] Imò * *protinùs* initium ſortiuntur, & *perfectionem*, *rei* interventu; ubi
942 *in cæteris contractibus Res *objectum* ſubit.

943 AFFICIATUR.] Quis verò * unquam voluit, *rem affici contractu?* niſi quòd contractu *pignoratitio*, tanquam *conditione ſine quâ non*, fiat, ut res hypothecâ *jure* afficia-
944 tur. Interim * *mediante* unô, alterovè contractu, qui *titulum innexum* habet dominii transferendi, non minùs
945 res afficitur: qui * tamen *contractûs ipſius*, *quà talis*, *immediatus effectus* non eſt.

946 ET RESPONSIONEM.] Ut tamen * *animum ſtipu-*
947 *landi* cumprimis adeſſe oporteat. Nam * & *pacta* poſſunt fieri *per interrogationem* & *reſponſionem*. *l. 7. §. 12. d. pact.*

948 INCIPIUNT.] An * igitur hoc modô non *perficitur* ſtipulatio?

949 STIPULATIO.] Præter quam * tamen non alia eſt *verborum obligatio*, in contractuum genere.

950 CONFESSIONEM.] At * verò hæc ſolùm *ſpecies*
951 *anomala* eſt, & * longè *amplior* in ſuo genere *Literarum obligatio.*

952 OMNES CONVENTIONES.] Hæc * ſc. eſt ſimplicitas *Auctoris*, quòd *Jure Gentium*, in quôlibet genere contractuum, *perficiatur* conventio per *ſolum conſenſum?*
953 At * verò quis unquam *deponit* inter Gentes per conſenſum, nullâ re traditâ: quisnam *pignus* committit ſuo cre-
954 ditori citrà rei interventum? Quid ſi * & Gent. Jure partibus placeat *Literis* obligationem perfici? an ſic etiam

nudo

nudô conſenſu perficietur? Nim. * facilimam habebimus 955
Jurisprudentiam, ſi omnes contractus, quicquid ſit de diverſâ eorundem naturâ, per ſolum conſenſum perfici posſunt. Facilem confuſionem, & confuſam facilitatem, & ſinè ratione prudentiam!

PUTO.] Quòd ſi *enim *nova ſpecies* contractuum 956
gignitur: oportet utique illam ad *ſimplicitatem Juris Gentium* reduci; ut ad *conſenſuales* redigatur. Quòd *verò 957
*donatio propter Nuptias* fruſtrà accenſeatur *contractibus*,
jam ſuprà oſtenſum eſt. Neque * enim in uxore *obligationem* 958
producit, ſed *hypothecam* ei præbet: ſaltim *quòd 959
*in compenſationem dotis* detur, nec ſit *mercimonii* causâ:
tum * & quia *donatio* contractum non conſtituit: v. Bachov. 960
2. *Tr.* 19. *th.* 1. inde nec ſpecies ejus ad contractûs referri poterit.

§. VI.

TACITIS VEL PRÆSUMTIS.] Non eſt * idem 961
*tacitus*, qui *præſumtus*; nec præſumtus, qui tacitus.

§. VII.

CONCURRENTER.] Cùm verò etiam *concurrenter* 962
ſe poſſit obligare, is qui *acceſſoriè* obligatur, item * qui 963
*alieno nomine:* poſſit * etiam is, qui alienô nomine ſe ob- 964
ligat, ſimul ſe obligare *acceſſoriè:* hinc non debuit *Auctor* hæc omnia miſcere; ſed cujuslibet harum diſtinctionum, ex quo reſpectu quælibet earum penderet, peculiarem habere rationem. Neque * enim hic *ſubordinatio* locum 965
habet. Scilicet hic eſt labyrinthus tabellarum!

§. VIII.

USU VEL CUSTODIA, VEL.] Optima * *quadrimembris* 966
Diſtinctio! *Dichotomiæ* ſc. ſunt difficiles, & ob hoc *Strykio* obſcuræ!

RES

967 RES EJUSDEM GENERIS REDDATUR.] Sic *
ergò *uſus* rei *transfertur*, quando loco ejus *res alia* no-
968 bis *redditur?* Sic * non ampliùs in *mutuo* transfertur do-
969 minium,ſed *uſus?* Imò * transfertur ſolùm *ex receptâ ſen-*
970 *tentiâ.* Prævaleat * *Salmaſius* Legibus & JCtis: nam,
971 * hi ſolùm *receptam* habent, ille *veram* ſententiam,quòd
972 non proprietas in mutuo, ſed *uſus* transferatur. Contrà *
*l. 2. §. 2. 4. d. R. Cred. l. 15. l. pen. eod. l. 34. Mand. l. 3. §. 8.*
*d. condict. c. dat. l. 3. §. 1. d. O. & A. l. 1. §. 2. eod. &c.*

973 ÆS NOSTRUM.] Addere poterat * ex *l. 44. d. con-*
*dict. indeb.* quòd creditor, cui ſolvitur, *ſuum recipere* dica-
974 tur. Sed quis non videt? hæc * talia non ad *pecuniam*
*debitori datam* reſpicere; quippe quæ non redditur cre-
ditori, ſed *genus:* quod cùm reddendum ſit, *alienum* di-
975 citur *apud debitorem.* Quod verò * accepit à creditore,
ſeu *ſpecies* illa mutuo data, omninò *ſua* eſt; aliàs eam *con-*
976 *ſumere* debitor & conſumſiſſe non potuiſſet: quin * & *pe-*
977 *rit* ei, non Creditori. Dicitur * quoque æs alienum *meum*,
quod debeo creditori. v. *l. 1. d. liberat. legat.* & quæ alia
*Salmaſio* à *Nonnullis* oppoſita ſunt.

978 COMMODIUS.] Nempe * quod *naturæ* contractûs &
979 * *LL.* & * *communi ſenſui* adverſum eſt!

980 981 MUTUUM DESIDERANTIS.] Sanè * ſi is num-
mos *conſumere* non poſſet, fruſtrà mutuum deſide-
raret.

982 FICTE.] Falſum eſt, * quòd *Literarum obligatio* ni-
983 tatur *fictione mutui.* Nec * ſolùm ex confesſione, ſed ex
*promisſione* reſtituendi pecuniam, obligatio conficitur; &
984 * ex ſcriptò ſ. *literis* conficitur.

985 NON EST FUNGIBILIS.] Quaſi * verò res *fungi-*
*bilis* ab unâ alterave parte non poſſit deduci in contra-
ctum

ctum *innominatum?* v. *l. 7. C. d. rer. permut. l. ult. d. con-
dict. c. dat. l. 4. l. ult. C. eod. l. 6. d. t. l. 1. pr. l. 3. pr. §. 1. 2. 3.
eod. l. 5. pr. §. 2. & innumeris locis aliis.* Et * an in con- 986
tractibus innominatis res *ejusdem generis*, ùt in mutuô,
redditur? Vide! quàm tabulas norit *Auctor* conficere?
Cur ille ſe commiſit labyrintho tabularum?

INNOMINATUS.] Jam * miſcet omnia in diſpoſi- 987
tione, & tabulâ inelegantisſimâ!

DO UT DES.] Imò * & in contractu *do ut facias* 988
datur res & fungibilis & non fungibilis; ùt ex *citt. txx.* li-
quet.

PRECARIUM.] Nunc * ergò *novum* habemus *con-* 989
*tractum!* & tamen, * quia *ad nutum* concedentis revocari 990
poteſt, atque * *beneficentiâ merâ* nititur: hinc malè ad *con-* 991
*tractûs* refertur. Quapropter etiam accipiens non niſi
*dolum* in eo præſtat. *l. 8. §. 3. d. precar.* Et quâ * ratione 992
contractibus accenſebitur? cùm nulla eô nomine *civilis
actio* prodita ſit; ſed *interdictô* * opus fuerit, uti * *Paulus* 993
ait, *l. 14. eod.* addens rationem hanc: magis enim *ad do-* 994
*nationes & beneficii cauſam*, quàm *ad negotii contracti*,
ſpectat precarii conditio. Nam * & actio *P. Verb.* dum
in *l. 2. §. 2. l. 19. §. eod.* ſupervenit, ex *bono & æquo po-
tiùs*, quàm ex *contractô negotiô*, deducitur; ùt diſertè * in 995
*d. l. 2. §. 2.* admonitum eſt.

ID HUC NON PERTINET.] Ergò * *uſus rei Em-* 696
*phyteuticæ*, ob quod ex naturâ locationis quid participat,
huc non pertinet? nec * *contractûs* emphyteuticarii ratio 997
hîc haberi debet? quoniam in eo *utile dominium* tranſit.
Et tamen * in Emphyteuſi *duo* ſunt *negotia*, & propterea 998
*duæ actiones.*

CIRCA UTILITATEM.] Imò * cùm de illa *diſpoſi-* 999

 *tione*

*tione* quæritur, quæ circà *utilitatem* eſt, etiam talis in mutuo
1000 reperitur. Aſt illa non eſt utile, ſed *plenum dominium*.
1001 Ratione autem * *utilis dominii* emphyteuta etiam de *re* ipſâ
poteſt diſponere.

§. IX.

1002 GRATIS.] Si verò * res *extra litem* pro retributio-
ne *cuſtodienda* ſit, illam ſpeciem omittit *Auctor*. Sed hoc
ad Tabulas pertinet, quæ nil ad *Strykium*.
1003 MANDATUM.] Imò * & hoc *depoſitum* eſt, ſi de
1004 cuſtodiâ agitur, ùt *Auctor* h. Neque * aliud ex *l. 5. §. 4. P. V.*
1005 conficitur; quin * potiùs ad *initium* contractûs reſpici de-
bet, ut tunc *mandatum* ſit, quando *principaliter negotii ge-
ſtio* cuiquam commiſſa eſt, eaque ſolùm *cuſtodiam*, ceu
1006 * *præſtationem minùs principalem*, quæ & in aliis contra-
ctibus occurrit, annexam habet. *l. 11. §. 12. depoſ.* Se-
1007 cùs * ſi *principaliter* & ab initiò res ad *cuſtodiam* alicui tra-
1008 datur; quod * etiam fieri poteſt in re, quæ *manet in loco*,
ubi *ſita* eſt: neque tunc illa conventio aliud factum, quàm
cuſtodiam & inſpectionem, *citrà geſtionem aliam*, conti-
1009 net. Sanè * in *d. l. 5. §. 4.* non eſt mandatum; ſed con-
tractus *innominatus* facio ut facias: ut tu à debitore meo,
1010 ego à tuo, exigamus. An * hîc eſt *res immobilis?* De
1011 * hâc ſpecie ait *JCtus*, quòd in illâ videatur *quodammodò*
1012 mandatum interveniſſe. Et * tamen mandatum non eſt;
1013 æquè * ùt non eſt locatio conductio, quando ad uſum ego
1014 tibi bovem meum, tu tuum, demus. Etenim * licèt *videri*
poſſet, eſſe mandatum; ſaltim ut pactô adjectô alteratum ſit:
nam, ùt JCtus addit, exempli locô, poteſt mandatum etiam
ex pactô naturam ſuam excedere; velut quando diſertè
1015 adjicio præſtationem cuſtodiæ (de quâ * non aliter quæri-
tur ibi, quàm occaſione *pacti*, mandatum *alterantis*; aliàs
enim

enim manet in exemplô exactionis à debitore; neque hîc
de re immobili ſermo eſt:) Tamen adhuc ait, non eſſe *man-*
*datum*, adeòque nec mandati agi poſſe; ſed agendum 1016
eſſe *actione P. Verbis*, quæ *ſimilis* exſtitura ſit actioni man-
dati; ùt in aliis ſpeciebus quandoque fit *ſimilis* actioni lo-
cati, empti. &c. An * ergò hîc JCtus agit de *re immobili* 1017
cuſtodiendâ? an * agit de re *cuſtodiendâ principaliter?* 1018
an * ille loquitur de actione, quæ ex ejuſmodi caſu compe- 1019
tat, *principaliter*, & ex *propoſito:* & * ſi loqueretur, an ille 1020
dat actionem *mandati?* annon* potiùs dicit, in iſtâ ſpe- 1021
cie, ubi *mutuò* factum ſibi committunt *partes*, ne qui-
dem eſſe mandatum; quicquid ſit quòd pactum quale-
cunque adjiciatur: fortaſſis etiam de re, quæ exigitur, *cu-*
*ſtodiendâ;* ſed eſſe potiùs dandam *actionem P.V.* Quan-
quam * ſi *unus* tantùm alteri mandâſſet, exigere pecuni- 1022
am, eamque cuſtodire, *mandati* actio competat. At ve-
rò hæc non foret *cuſtodia rei immobilis*, & principaliter
factum, ſ. *negotiationem* in exigendô, contineret; quæ eſt
natura *mandati*. Eſt * quoque alterum argumentum 1023
*Auctoris*, quod ex *l. 1. pr. depoſ.* petit, maximè infirmum,
à *notatione*. (Sed hoc ſolùm norunt Philoſophi!) Quia
*deponi* ſeu *poni* non poteſt res immobilis: hinc ejus non
eſſe depoſitum! Satis * enim conſtat, depoſito nomen ob- 1024
tigiſſe *à frequentiori ſpecie*: neque in eô conſiſtere *natu-*
*ram* depoſiti, quòd quid *ponatur;* ſed quòd res aliqua *cu-*
*ſtodiæ* alterius *committatur:* quod ipſe *Author* deinde fa-
tetur fieri poſſe, quando largitur, & largiri neceſſe habet,
eſſe *ſequeſtrum rei immobilis*. Jam * verò ſequeſtrum eſt 1025
*ſpecies depoſiti*, etiam quà ſequeſtrum eſt rerum *immobi-*
*lium*. Quin * & *cuſtodiam* eſſe rerum *immobilium* & *obſer-* 1026
*vationem* rei, ſatis conſtat, ut natura ſuâ *negotiationem* illa

 non

non inferat. *l. 24. depoſ. l. 1. §. 6. & 33. d. Vi & Vi arm.*
1027 Quidni * verò *Auctor* ſubſidium ſuæ opinioni, (quæ qui-
dem & *aliorum quorundam* eſt, quos ſequitur,) ex *l. 1. §. 13.*
1028 *depoſ.* petiit? ubi datur *mandati* actio. Verùm * datur illa
1029 non ex cuſtodiâ, ſed ex *rogatione*, quòd pecuniam *reci-*
*pere* priùs alter Ille, & *dehinc* eam *cuſtodire* debeat; ſitque
mandatum illud recipiendi *primus contractus.*

1030 RES FUNGIBILES.] Ita ſi * non ſubſiſtit in *cuſtodiâ,*
(*transferendâ*, ùt eleganter *Auctor* loquitur,) degenerat in
1031 *mutuum.* At * verò ſi à cuſtodiâ *incipit*, quamvis in eâ
non ſubſiſtat, non erit mutuum; ſed manebit depoſitum, &
ex poſtfacto demum tranſire poteſt in mutuum. *l. 10. d. R. Cr.*
1032 *l. 1. §. 34. depoſ.* Si * verò *initiò utenda* datur, expreſsè vel
tacitè, *l. 31. locati.* ſcil. cùm rogâſſet mutuum: *l. 9. §. f.*
*d. R. Cred.* ita re ipsâ mutuum erit, quamvis additô *pactô*,
ad *cuſtodiendum*, nì utatur: *d. l. 9. §. f.* niſi & ſic partes *de-*
*poſitum* eſſe *velint.* v. *l. 24. l. 26. §. 1. depoſ.*

1033 IN COMMODATUM.] Jam * igitur *commodatum*
datur ad *cuſtodiam.* Inauditum principium! ùt plura *Strykii*
1034 1035 alia. Nunc * *commodatum* eſt *depoſitum*, & * depoſitum
1036 eſt commodatum. Jam pertinet * *commodatum* ad con-
1037 tractûs, quibus *uſus traditur*; & * ad eos, quibus *cuſtodia*
1038 alieni committitur. Planè * in commodato cuſtodia ali-
qua præſtanda eſt, *l. 5. §. 5. commod.* ſicut in aliis etiam con-
tractibus; v. *l. 19. C. d. pignor. l. 13. §. 1. d. pignorat. act. §. 3.*
*l. d. Emt. vend. l. 3. d. peric. & comm. rei vend.* Sed iſta
cuſtodia eſt inter præſtationes contractuum, quæ *eorum*
1039 *conſtitutiones ſequuntur*; nullus * alius contractus cuſto-
diam, *ad conſtitutionem ſui*, habet, præter *depoſitum.* Et
cur non iſtos quoque contractûs, in quibus *cuſtodia*, ùt in
commodato, venit, v. c. pignoris, emtionis venditionis,
ad

ad hoc membrum tabulæ inordinatiſſimæ, & membri illius
cuſtodiæ, retulit? *Precarium* * verò, quod hîc denuò inſe- 1040
rit, jam ſæpiùs è numero contractuum ejecimus.

SEQVESTRUM.] Sed * non omne *ſequeſtrum* eſt 1041
contractus, nec * adeò depoſitum eſt, (ſequeſtrum nempe 1042
*neceſſarium*.)

PRETIO.] Ergò * pretium eſt *merces*, & 1043
* merces eſt *pretium?* 1044

ALIA RE FUNGIBILI.] Non * eſt neceſſe, ut ſit res 1045
fungibilis, modò res ſit alia *præter pecuniam*. Longè * 1046
accuratiùs ipſe JCtus in *cit. l. 5.* §. 2. *P. V.* ibi: *ſi res:* alia
quælibet, præter pecuniam numeratam.

## §. X.

AD NVMERVM CONTRACTVVM.] * non per- 1047
tinet poſſeſſionis translatio. Quàm eleganter loquitur?

PRINCIPALITER.] Nonne * autem in quolibet 1048
contractu *reali*, ſicut in pignore, poſſeſſio, vel ſaltem *de-
tentio* rei, transfertur *principaliter:* nec * enim aliter pot- 1049
eſt *realiter contrahi*. Nonne in * *mutuo* etiam præter 1050
poſſeſſionem transfertur *dominium?* Et * cur in *pignore*, 1051
quatenus eſt contractus realis, transfertur poſſeſſio, & non
in *hypothecâ?* Videlicet * non *poſſeſſionis* gratiâ contra- 1052
ctus pignoratitius initur principaliter, ſed *ſecuritatis cre-
diti* causâ. Tantùm * per conſequens voluêre *Leges Ro-* 1053
*manæ*, ut quoties creditor pignus conſequeretur, non debe-
ret iſtud habere, ùt rem commodatarius & ſimiles, (utcun-
que res aliena ſit,) ſimplici detentione, ſed *poſſeſſione*; ut
tamen non poſſideret, niſi ſolùm *naturaliter*. At * verò 1054
hoc fit duntaxat ad rem tuendam & ſervandam: utique
pignus in id non conſtituitur *principaliter*. Et quisnam * 1055
JCto-

JCtorum unquam docuit, aliquem contractuum realium
1056 *pro poſſeſſione conſequendâ* iniri? Sicut * nemo dicit, *mu-
tuum* contrahi *dominii* conſequendi causâ? In contractu
1057 * verò *pignoratitiô*, majoris ſecuritatis gratiâ, res creditori
1058 *traditur:* quam * ſecuritatem non habet eô gradu *hypo-
thecarius* creditor, niſi & ipſe poſſesſionem ejus, etiam ci-
trà contractum pignoratitium, conſecutus fuerit. Itaque
in contractu pignoratitio res traditur creditori in ſecuri-
1059 tatem crediti. *Jus * in re* non procedit ex hoc contra-
ctu, ùt *ex causâ:* nec *poſſeſſio*, niſi quà *traditionem* cæte-
1060 ris contractibus realibus *communem* habet; quæ * tamen
per ſe *poſſesſionem* non parit, ùt in commodatô videre
1061 eſt. Verùm * *jus in re*, itemque *poſſeſſio*, ex naturâ pi-
gnoris, & ſic ex Lege, pendent; utut hoc à partibus non
intenderetur.

1062 SOLET.] Imò * reverà eſt non niſi *contractus pigno-
ratitius:* cum *pactô adjectô*, etiam *tacitè*. Quisnam ve-
1063 rò * ex quolibet pactô adjectô facit *contractum peculia-
rem?*

§. XI.

1064 SIMPLEX PROMISSIO.] Sic * itaque non poteſt
fieri donatio *per ſtipulationem?* contrà *l. 2. §. 3. 4. 5. l. 20.*
1065 *§. 1. l. 21. pr. & §. 1. l. 22. l. 24. ff. l. 22. l. 35. §. 5. C. d. don.* nec *
1066 *per acceptilationem. l. 17. ff. d. donat.* imò * nec per contra-
1067 ctum *innominatum, l. 2. §. 7. l. 18. §. 1. 2. eod.* nam ille * ſa-
1068 nè non eſt *ſimplex* promisſio. Et * ſi per ſtipulationem
facta donatio non eſt donatio, ne quidem erit talis, quæ
per *pactum* fit, ùt in *l. 6. l. 35. §. 5. C. eod.*

1069 DONATIO.] At verò * *donatio* non eſt *contractus;*
1070 ſed *actus*, quô quid in aliquem confertur, liberalitatis
1071 exercendæ causâ. Hîc * non ſunt *animi motûs diverſi*, nec *
*conven-*

*conventio* aliqua, non * etiam cauſa *mercimonii*, non 1072
* *actio*, poſtquam donatio peracta eſt, non * *evictio* &c. 1073 1074
Nec * ſequitur: fit *per ſtipulationem* v. c. Ergò eſt ſtipu- 1075
latio; neque * enim *modum* rei confundere licet cum re 1076
ipſâ. Imò * donationis modi *varii* ſunt: *ſubſtantia* ejus 1077
non niſi una eſt.

VERBORVM OBLIGATIO.] Sic * ergò nulla alia 1078
eſt in Jure Verborum obligatio? quâ de *Dominiò transfe-
rendô* agitur; niſi quâ *donatio* fit. O infelicem Tabula-
rum ſtructorem!

EMPTIO VENDITIO.] Imò * falſum eſt, in emptio- 1079
ne venditione, (quicquid * ſit, quòd illa *titulus* ſit ad trans 1080
ferendum *Dominium habilis*, ſi venditor nempe Dominus
ſit: quicquid * etiam ſit, quòd de eô non agatur, ut Do- 1081
minium *non tranſeat. l. pen. § f. d. contrab. empt.*) quòd
illâ hoc agatur, ut in venditorem transferatur Dominium;
ſed * ut emptori *rem habere* liceat. *l. 28. l. 25. §. 1. de con-* 1082
*trab. emt. l. 11. §. 2. d. act. emt. vend.*

ÆSTIMATORIVS.] An verò * in hoc contractu 1083
agitur *de Dominio*, in eum qui rem vendendam accipit,
transferendo? quando Dominus rei alterum *rogat*, ut rem
venderet: aut * ſi is ſaltim *ſe non obtulit*. Imò * ſi vel 1084
maximè ſe obtulerit, & tamen æſtimatio facta ſit, isque vel 1085
*rem* ſe reſtituturum eſſe, vel *pretium*, promiſerit: tamen
ne ſic quidem dominium in ipſum tranſiiſſe exiſtimandum
eſt; quicquid * ſit quòd *periculum rei* ad ipſum hoc caſu 1086
pertineat; *l. 1. §. f. d. æſtim. act. l. 17. Præſcr. verb.* niſi * 1087
*pretium* ita conſtitutum ſit, ut rem accipiens ipſe illud ſol-
vere, & rem quaſi emtam habere velit. *l. 5. §. 3. commod.*
*l. 51. ſol. matr.* At * verò ita protinùs in *venditionem* 1088
tranſit negotium. Poteſt ſcil. * *taxationis* causâ, ut ad *ven-*

*ditio-*

*ditionem futuram* inſtruatur, facta eſſe æſtimatio: idque
1090 fit in *æſtimatoriô* contractu. Ita * verò accipiens rem nul-
latenùs fit *dominus*. v. *d. l. 13.* § *1. Pr. Verb. arg. l. 13.* §. *20. d. act. emt. vend. l. 1. 6. 13. in f. C. eod. l. 12. C. d. R. V.* Et
1091 tamen * *Auctor* aſſerit, tunc transferri dominium, cùm
integrum ſit accipienti, rem reſtituere: quod apertè repugnat omnibus *textibus*, qui de æſtimatione *taxationis* cau-
1092 sâ loquuntur. Nam * & naturæ *emtionis* adverſum eſt,
1093 poſſe *rem reſtituere*. Sanè * contractus *æſtimatorius*, quà
talis eſt, & in finibus ſuis ſubſiſtit, nunquam eſt *dominii translativus*.

1094 PERMVTATIO.] Scilicet * iterum miſcet *æſtimatorium* & *permutationem*, ceu contractûs *innominatos*,
1095 cum *nominatis*. Miſcet * *res*, quæ in contractum ve-
1096 niunt, cum *fine* contractuum. Miſcet * *finem* cum *effectibus*. Hæc nempe eſt elegans illa & accurata contractuum *diſpoſitio!* Et tamen quantô labore tu putaveris, hoc ſpecimen *Auctori* conſtitiſſe?

1097 DVBIVM EST.] Sed * *ille* ſanè rem non expedit.
1098 Facilima eſt ejus diſtinctio, ſed * *unum* ſolùm *membrum* definit, & falsò. Putaverim, ita totam rem confici poſſe, ſi in caſu illô, quô data eſt pro re quâdam, ſimul *merx* &
1099 *pecunia*, reſpiciamus: an * neceſſe non ſit, *quoad tertium*, referri negotium ad *alterutrum* contractum; quâ ratione, vel inter partes *initiò* conventum eſt *de certo pretio*: ita verò erit *venditio*; etiamſi res deinde in locum partis pretii ſuccedat: ſive in pecuniâ *plus* ſit, ſive in re. *l. 6.* §. *1. l. 21.* §. *4. d. Act. emt. vend. l. 75. l. 79. d. contr. emt. l. 1. C. d. rer. permut. arg. c. 6. x. eod. arg. l. 24. l. 26. depoſ.* vel *non* convenit de certo *pretio*: & ſic non erit venditio, quia hæc absque certo pretio, quod initiò ſtatutum

ſit,

ſit, non perficitur. Sed negotium ad *contractum innomi-*
*natum* reſpiciet. Aut* verò neceſſariò *ad alterutrum* re- 1100
ferri oportet; velut ob retractum, item laudemium, Kauff
oder Tauſch-Lehn: ita vel de *verbis* aut *mente* ſ. intentio-
ne contrahentium conſtat: (nec* tamen eò præciſè atten- 1101
dendum eſt; quoniam non eſt penes partes, naturam rei,
in *alterius præjudicium*, immutare,) aut de re ipsâ quæritur
& *naturâ* negotii: quâ ratione vel *paria* & æqualia ſunt
pecunia & res, ut neutrum alterô prævaleat; & ſic quidem
*permutationem* cenſeri vult *Mevius*, *III. Dec. 25.* & *citati*
*Carpzovio 2. Conſt. 32. def. 15.* quos *Auctor* ſequitur; fortè
* quia permutatio eſt ſimplicior & majoris libertatis, quin 1102
& permutatio ex traditione firmitatem induit; quæ ex pa-
ctô non eadem eſt. Sed tamen emtionem habendam eſſe
*Eckius* tradit *cum aliis.* Et ſanè * quia nobilior eſt emtio, 1103
& ad agendum fortior, quoniam & conſenſus ille pactitius
non eſt; verùm in contractu nominato reperitur: tum &
frequentior eſt in actu humano Emtio Venditio. Hinc ſen
tentia hæc probabilior iſtâ habebitur. Et tamen * non 1104
modò theoriæ, ſed & *foro*, convenit, (quicquid *Mevius d. l.*
*n. 6.* diſſentiat,) *Antonii Fabri*, *IV. C. tab. T. 40. d. 1.* opi-
nio, ut tale negotium *partim* pro emtione venditione,
*partim* pro permutatione habeatur. Quòd * ſi verò alter- 1105
utrum, ſive pecunia ſive res, *prævaleat*: ita ex prævalen-
te æſtimandum eſt negotium. *dd. ll.* & *l. 6. C. d. pact.*
*int. Emt. & vend. l. 10. d. ſtatu hom.* Bachov. *1. ad Tr. 28.*
*Th. 5.*

§. XII.

UTILITATEM.] Aliud eſt * *utilitatem* dominii, 1106
aliud *utile* dominium, transferre. Nam * & prius fit in 1107
*uſufructu*, qui partem proprietatis continet. At * verò 1108

uſusfructus eſt in re *alienâ*, dominium *in re ſuâ* ſive pro-
priâ.

1109 UTILITAS LIBERA.] At verò * *qualibet* in ſuo ge-
nere eſt *libera*, quippe quòd & *ſuperficiarius* talem in ſuper-
1110 ficie habeat. Itaque * terminus ille *utilitatis liberæ* eſt in-
eptus; ſaltim quòd *Strykius* diſtinctionem aliam non repe-
rire poſſet dominiorum utilium : hinc oportuit illum in
hunc obſcurum, nullibi uſitatum, & erroneum planè, ter-
1111 minum incidere. Nam * & plures *alii* utilitatem habent
liberam, ſeu potiùs *plenam* rei; nec tamen ſunt domini
1112 utiles. Rectiùs * dicitur, *dominium utile* vel *ſoli* quem ha-
bere, & per conſequens etiam ejus, quod in ſolo eſt; idque
vel *rerum feudalium* eſſe, vel *allodialium* : *hujus* generis
1113 eſſe jus *emphyteuticum*; vel *ſuperficiei*. Planè * *ſuperficia-*
*rio* non acquiritur ſolùm *libertas ædificandi*; ſed & jus ſu-
perficiei conſiſtit in *dominio utili* ejus, quod *ſolo alieno in-*
1114 *ædificatum* eſt : quamvis * ſuperficiarius illud non ædifi-
caverit.

1115 TANTUM OBJECTO.] Hoc eſt, * quod confuſio-
1116 nem inducit. Nonnè * enim debebat *Auctor* in contra-
1117 ctibus acquieſcere : (neque * enim intereſt, Feudum ven-
datur, an allodium &c.) ſimul etiam ordine proponere, ſi
valuiſſet, dominiorum, cæterorumque jurium in re, diſtin-
ctiones.

1118 JURIBUS REALIBUS.] Nec ſimul * veniunt ea in
contractus, quibus *dominia transferri* poſſunt; ſed & regu-
lariter in *alios*. Sic omnia peſſimè confundit ac contur-
1119 bat *Auctor* perſpicacisſimus. Quin * & ex ipſo *contractu*,
1120 venditionis v. c., ne quidem *Jus* emphyteuticum, imò *
nec ex ipſo contractu *emphyteutico*, qui ſuper emphyteuſi
venditâ initur, conſtitui poteſt; quin potiùs inde ſolùm

*jus*

*jus ad rem* & actio *perſonalis* naſcitur: tantùm * quòd *in-* 1121
*nexam* habeat *cauſam*; ut virtute ejus, (attamen *traditio-*
*ne* accedente,) *dominium* ſ. jus in re peculiariter conſti-
tuatur.

NON SUNT SPECIALES.] Quidni * *ſpeciales* fo- 1122
rent? Sanè contractus *feudalis*, it. *emphyteuticus*, tum &
*ſuperficiarius*, adeò ſpeciales ſunt, ut * *formam* penitus â 1123
cœteris *ſeparatam* habeant. At verò ait *Auctor*, vendi
emphyteuſin, &c. an * ergò *venditio* emphyteuſeos eſt 1124
*contractus emphyteuticus*? Videlicet * confundit *ille* con- 1125
tractum emphyteuticum, (& ſic in cæteris,) cum contra-
ctu *per quem* fit, ut *emphyteuticus* contractus ſ. emphyteu-
ſis *iniri* & conſtitui poſſit.

IN HYPOTHECA.] Sed annon * poteſt hæc *ven-* 1126
*di?* ut jam dixerat de dominio utili, & poſteà * fatetur 1127
de hypothecâ. Ipſa verò *nudò pactò* conſtitui poteſt. Et 1128
* tamen ne quidem *emphyteuſis* poteſt *venditione* conſti- 1129
tui? Et ſi * hypotheca eſt pactum legitimum, *ex Strykii* 1130
ſententiâ, quid intereſt hactenus inter *hypothecam & pa-*
*ctum donationis?*

UNDE] Hoc * non eſt *ſingulare* in hypothecâ: nam 1131
& * *ex contractu*, quo mihi emphyteuſis eſt conſtituta, ago 1132
ſimul *contrà dominum* conſtituentem: ex ipſo * verò *Jure* 1133
emphyteuticario adverſus ipſum & adverſus *tertium* non
minùs.

§. XIII.

MECHANICUM.] At * verò an omnia, quæ locantur 1134
facta, ſunt *mechanica?* Anne * tabellarius eſt mechanicus? 1135

PRETIUM.] *Pecunia * numerata* dicere volebat; ſi 1136
perſpicuè propoſiturus rem fuerat. Non * enim JCti niſi 1137
rariùs, & cùm nulla eſt metuenda confuſio, utuntur *pre-*

N 2 *tiò*

*tiò* pro mercede,vel retributione ſimili *l. 28. §. 1. Locati. l. 12.*
*§. ſi in coëunda. pro ſoc. l. 10. in fin. d. A. A. P.* Sed vide
etiam *l. 2. §. & generaliter. d. Vi B. R.*
1138 DO UT FACIAS.] Sed * annon etiam *factum libe-*
*rale* venit in contractum *facio ut des?* Ubinam verò ille?
1139 Nam * & hic actionem *P. V.* producit; aliquando etiam
*de dolo* agi poteſt. *l. 15. Pr. Verb.*
1140 FACTUM UTRIUSQVE.] Sed * quid de *rerum*
1141 *communicatione?* quid * de *re* ab unâ, de *operis* ab alterâ
parte?
1142 FACTA LIBERALIA.] Imò * etiam *alii contractûs* ea
1143 admittunt: & * fruſtrà diſtinctionem hanc, inter *opera lo-*
*cari ſolita* & *non* locari ſolita, applicat *Strykius* ad contra-
ctûs & negotia alia, quàm ad *locationem*, quæque ei *affi-*
1144 *nia* ſunt. Quid * verò affine habet *ſocietas* cum *Locatio-*
*ne?* ratione *objectorum* & *finis.* Deinde Grammatica,
ſpectata ratione retributionis, ab his qui docentur Gram-
1145 maticam, eſt opus liberale: atque * hanc *retributionem*
non licet habere pro mercede; indeque non eſt locatio.
1146 Cæterùm * *quæſtum* inde redactum, ratione ſocietatis nil
intereſt, ex arte liberali quæſitum fuiſſe.

## §. XIV.

1147 ILLIBERALE.] Jam * dictum eſt, fruſtrà diſtinctio-
1148 nem *factorum locari ſolitorum* vel ſecùs (ſic * enim Leges
loquuntur; nullibi hæc appellant *liberalia* ſimpliciter,
multò minus oppoſita iſtis *illiberalia* vocant,) adferri ad
contractûs cæteros, *locationem*, vel *ſimile* quid ei, non præ-
1149 ferentes. Quocircà * non omnia facta locari non ſolita
fuerunt *liberalia;* ſed infinita dantur, quæ ad liberalia non
1150 pertinent. Neque * verò liberale appellat *Auctor*, quod
ex

ex liberalitate ſuſcipi ſolet; ſed quod ad *artes liberales*
pertinet. Utique * negotium quod amico præſtamus, 1151
*illiberale* vocat, §. *ſeq.*

NEGOTIORVM GESTIO.] Et * nunc immiſcet 1152
*quaſi contractûs.* Sed * non tanti eſt diſtinctio *objecti* in 1153
contractibus, ceu ſunt *res* & *factum;* ut inde Auctor di-
ſtinctiones quoque contractuum & actionum deduceret.
*Materia* * enim non ea eſt, quæ rei dat *eſſe*, *diſtingui* & 1154
*operari.* Et ſatis patet, quàm *Ille* omnes Doctrinas ma-
ximè confundat? Imò corrumpat omne, quicquid rectum
nobis Leges atque JCti conſtituêre! Quònam * verò Ille 1155
refert *tutelam*, ùt & *aditionem hæreditatis:* nam & hæc
facta ſunt, &, ex lepidâ *Strykii* diſtinctione, *illiberalia:*
quin & *tutelæ geſtio* eſt gratuita. Sed * an *hæreditatis* 1156
*aditio* eſt gratuita, an ſecùs?

NVNQVAM CONTRACTVS NOMINATVS.] Sed 1157
* quònam pertinet *ſtipulatio*, ſ. *cautio* de non offenden-
do? & ſimiles. Hæcne * contractus nominatus non eſt? 1158
Quònam * pertinent casûs in *l. 75. §. 7. d. V. O. l. 60. d. Cond.* 1159
*& demonſtr.* §. *ult. l. d. V. O. l. 2. pr. h.* & infiniti alii, etiam
* non gratuiti; tum & negativa acceſſoria. *l. 11. §. 1. Locati.* 1160
*l. 29. l. 55. §. 2. l. 11. § 4. d. t.*

§. XV.

FACTI ALIENI.] Imo * nunquam *ex promiſſione* 1161
*facti alieni* poteſt naſci obligatio. *d. §. 3. & l 83. pr. d. V. O.*
Bene * verò ex promiſſione facti proprii, *ſe effecturum* ut 1162
faciat alius *d. §. 3* Equidem & tunc * quàm *plurimi* pu- 1163
tant, non liberari promiſſorem, ne quidem ſi *omnem di-
ligentiam* in id impenderit; ſed quâcunque ratione fru-
ſtrà laboraverit, illum ad intereſſe teneri: *arg. l. f. d. Reb.
Cred.*

*Cred. l. 26. C. d. fidej.* quia *cum effectu* ſpopondiſſe videtur.
Neque enim is qui efficit, ſolùm conatur. v. Cujac. *ad*
*d. l. 83. d. V. O.* Fachin. 3. *Contr. c. 20.* Bronch. *Cent. 4. aſſ. 40.*
Quale quid in *Cambiis* quotidiè occurrit. Quin & quan-
do *pœna* adjicitur, ſi non effecerit, quod ſe effecturum
ſpopondit: exigi illa poteſt. *l. 38. §. & ſi quis. d. V. O.* Et
1164 verò *pœnæ* & ejus *quod intereſt* par eſt ratio. Unde * nec
*Mevius 6. Dec. 406.* ſimpliciter illum liberari putat, ſi ſum-
mam diligentiam fruſtrà adhibuerit; ſaltim quòd ſi du-
bitari poſſit, an *præſtationem periculi* in ſe ſuſceperit: mi-
tius ſit, ut in hoc ſe non obligâſſe cenſeatur. Quôd ſi
verò *diſertè* quis promiſerit, fore id *ſuo periculô:* quis du-
bitet? quin tunc utique de periculo teneatur. Atque
hoc eſt, quod *Auctor*, citatô loco, inter ſuas quoque tam
præclaras ſcil. & ingenioſas *Cautelas* retulit.

§. XVI.

1165 SOCIETATIS.] De hac * verò jam §. *XIII.* egerat,
1166 in utriusque utilitatem. Sed nunc * denique *rem* immiſcet;
poſtquam etiam ſuprà de rebus egerat. Optimâ rerum
& factorum diſpoſitione?

§. XVII.

1167 CAUTELAS.] Superfluas, * cautelas maximam par-
1168 tem non cautelas: nec enim * quodlibet principium Ju-
1169 ris eſt *Cautela.* Scilicet * ſi vis, tibi in ſolidum omnes te-
neri, fac ut quilibet ſe in ſolidum obliget; & ſimiles affaniæ!

§. XVII.

1170 REGRESSUM NON HABET.] Et tamen * *actione*
*ceſſâ* ſibi proſpicere poſſunt. v. *Ant. Fabr. XI. Conject. c. 6.*
1171 (quanquam etiam * *utilem actionem* quidam dari velint ei,
qui

qui ſolvit, quando emolumentum crediti ad correum per-
venit, ex *l. 2. C. d. duob. reis:* ad quam *A. Fab.* in *illô Tit.* ex
*præjud. def. 1.* it. *Chriſt. n. III. dec. 114.* ubi *præjud.*
QVIA SUUM RECEPIT.] Quid verò * ſi ex *cauſâ* 1172
*oneroſâ* correitas orta fuerit? v. Carpz. *2. 17. 14.* Idem
dices, ſi *in communes Uſus* pecunia impenſa fuiſſet. per
*d. l. 2. C. & l. 32. d. Reb. Cred.*

§. XIX,

EX STIPULATU.] ùt * & *condictio certi* ex ſtipu- 1173
latu.
SCIENTE.] Superiùs * tradiderat, *tacitô* conſenſu 1174
quaſi contractum conſtitui. Hic verò, & rectè quidem,
*mandati* actionem ex *tacitô* conſenſu largitur. Nimirum
* hìc *cum aliis* loquitur, qui accuratiùs ſua condiderunt. 1175
CESSABIT OBLIGATIO.] Non tamen * debebat 1176
*fidejuſſorem* hunc ſolventem deſtituere *Strykius*, qui *actio-
nibus* pro quolibet *inveſtigandis* incumbebat. Utique
* enim fidejuſſor ille *actionibus* ſibi adverſus debitorem 1177
*ceſſis* juvari poteſt.
NUDO PACTO.] Quamvis * autem *conſtitutum* pa- 1178
ctô perficiatur: (imò * etiam *epiſtolâ* poteſt. *l. 14. §. 3. l. 5.* 1179
*§. 3. l. 24. l. 26. d. conſtit. pecun.* nam ita multò magis de
*animô deliberatô* conſtat, quòd & aliàs *epiſtola* plus quàm
pactum, atque ſuâ virtute, obliget:) *tactum* * tamen *nu-* 1180
*dum* illud dici non poteſt. Quippe * in conſtituto debet 1181
fieri *mentio debiti prioris; l. 24. l. fin. d. t.* ſecùs * & ſi pa- 1182
ctum aliquod centies *geminaretur*, actionem non produ-
ceret: ſiquidem geminatio ne *Civili* quidem Jure *levita-
tem* tollit, ùt nec *Prætorio;* ſicut tollit *relatio* ad id, quod
*debetur.* Quamvis * etiam vera eſſet ſententia, quòd ho- 1183
diè

diè ex pacto daretur actio:(ſaltim vera eſt,quà pactum ex
deliberatione, ſi de eà conſtet, locum *ſtipulationis* tenere
poteſt,) tamen ne ſic quidem actio de conſtituto foret
1183 *ſupervacua.* Nam * *conſtitutum* ſtatim ſuâ *auctoritate*
obligat; ex *pactò* verò *voluntatis quæſtio* oritur: cùm in
pacto ſemper quæratur, an *deliberatum* fuerit: quod in
conſtituto, quà conſtitutum eſt, admitti non debet. *arg.*
*l.35.§.5. C. d. donat.* junct. *l. 1. d. conſtit. pecun.*

1184 NVDO PACTO.] Non aliter,* niſi quà *ſtipulatio-*
*nem interpretativam* continet.

1185 PARVM REFERT.] Cumprimis * *Auctori*, qui mal-
let omnia diſcrimina ejusmodi Legislationis Romanæ,(ni-
1186 mis, ùt putat, ſollicita & anxia,) ſublata eſſe. Aliàs * ſa-
nè multum refert: & ſi *parum* refert, refert tamen. Nam
1187 * & *ſuum debitum* quis conſtituit: indeque non minùs con-
ſtituit *mulier; l.1.§.1. d. conſtit. pec.* quæ tamen ex *fidejuſ-*
*ſione* non tenetur. Poteſt * etiam quis conſtituere de-
1188 bitum, *cujus debitor non exſtitit, l.11.pr.* nec * requiritur,
1189 ut ſit *creditor*, *cui* quis conſtituit. *l. 5. §. 2. & 5. eod.* & * pro-
mittere, quis *rem aliam*, pro antè debitâ. *l. 1.§ 5. eod.* Sic
1190 etiam * licèt non adjectô tempore, *decendium* tamen ha-
bet conſtituens. *l. 2. C. d. t.* Neque enim dare ſpondet,
ſed conſtituit, *ſe ſoluturum;* indeque futurum tempus re-
1191 ſpicit. Quin * & *in duriorem* cauſam poteſt conſtituere.
1191 *l.3.§.2 & ll. ſeqq.* Sic * & conſtituere poſſumus, *nos* eſſe
*ſatisdaturos*, certam *pro nobis* perſonam *fidejuſſuram* eſſe.
1193 *l. 21,§.1, l. 14.§.1.2. h. t.* Tum & * quod poſtea debitum
1194 eſſe *deſiit*, conſtituimus. *l.18.§.1.* An igitur * adhuc *parum*
refert, an fidejubeas etiam hodiè, an conſtituas: cùm plu-
ra valeant ùt conſtituta, quæ ex fidejusſione valere non
poſſunt?

EA-

EADEM ACTIO.] Modò * egerat de *actione con-* 1195
*ſtituti.* Sed hæc fortè nunc ſublata eſt? cùm * detur, ex 1196
his talibus & ſimilibus negotiis omnibus, *ex ſtipulatu* actio.
Optima Jurisprudentia!

§. XXI.

ALTERIUS POTESTATE.] Jam * igitur *inſtitoria* 1197
& *exercitoria* actiones non obtinebunt, niſi cùm homines
*in alterius poteſtate præpoſiti* ſunt? Cur * non *Auctor* ſe- 1198
cutus eſt connexionem *Pandectarum.* Ubi actiones illæ
deducuntur vel ex *præpoſitione* vel ex *poteſtate:* nil * effi- 1199
cit reſpectus Poteſtatis in inſtitoriâ & exercitoriâ.

ET INTERDUM.] Sanè * hæc nunquam obtinet, 1200
propter *conceſſum peculium*; ſed * ob *mercem peculiarem*, 1201
in quâ, Dominô v. c. permittente, negotiatus eſt ſervus.
Et actio de *peculio* conceditur non præcisè ex negotia-
tione; ſed quòd Pater vel Dominus filio aut ſervo con-
ceſſerint *adminiſtrationem* peculii.

VOLUNTAS.] At verò * hæc etiam *mandantis* eſſe 1202
poteſt: cùm & mandatô Patris poſſit contrahere. Eſt * 1203
autem ingens inter hæc diſcrimen, *l. 3. §. 4. d. Minorib.*
*l. 23. eod.* Igitur * rectiùs definiat *Auctor*, quid nomine 1204
*juſsûs* hìc veniat?

TACITA VOLUNTAS.] Nequaquam * verò: nam 1205
& *ignorans* tenetur: an * hujus *tacita* aliqua voluntas eſt? 1206
& * quamvis *non ratihabeat; l. 5. §. 1. d. in rem verſo:* & 1207
* nec *juſſerit*, nec *mandaverit. l. 3. C. quod cum eo qui.* 1208
Nam * hìc penitus non ad conſenſum aut voluntatem Do- 1209
mini v. c., ejusve in cujus rem verſum eſt; ſed ad utili-
tatem & *rem* ipſam, reſpicere oportet.

§. XXII.

1210 UTILIS ACTIO.] Imò *non alia datur ex præpoſi-
tione, geſtové ejus, qui *liber* homo eſt, actio, quàm ex ge-
1211 ſto illius, qui *in poteſtate* eſt: & * longè aliter ſe res habet
cum *utili* illâ, in *l. 11. §. f. j. l. 12. it. l. 13. h. t.* quippe quæ non
proficiſcitur ex conditione hominis liberi, qui præpoſitus
1212 ſit. Et * quomodo *directè* condici poſſet *ſervo?* qui non
ſtare poteſt in judicio? Quòd * verò *utilis* inſtitoria detur,
ex geſto *Procuratoris: l. 16. l. 15. pr. l. 8. §. 8. ff. h. l. pen. C.
eod. l. 31. d. N. G. l. 13. §. 25. d. A. E. V.* illud inde eſt, quia ge-
1213 ſtum Procuratoris non eſt *inſtitorium:* Sic * & *qs. inſtitoria*
datur in caſibus *l. 5. §. 8. l. 19. pr. h. l. 5. l. 6. C. eod.*

EPITHETA PRÆTORIA.] Suis, i e. malè confi-
ctis, terminis utitur. Cur non ille cum Schola JCtorum
1214 ait, eſſe *qualitates adjectitias;* niſi * quòd omnia accurata,
tantòque ſtudiò à præclaris ingeniis conſtituta, quæque
rem præcisè deſignant, ei vel ignota vel difficilia ſint!

1215 INSTITORIA VENDITI.] At * verò inſtitoria non
1216 eſt *principalis.* Itaque * rectiùs dicitur *venditi inſtitoria,*
& ſic in cæteris.

§. XXIII.

1217 ETIAM UTILIS DICITUR] Ubinam * hæc actio
1218 dicitur *utilis?* nam * *qualitas* illa *adjectitia* non facit a-
1219 ctionem *utilem:* Nec * idcircò, quia dicitur, Domino
ſeu præponenti *directò* poſſe condici, non adjectâ etiam
illâ qualitate: *§. fin. Inſt. Quod cum eo, qui. l. 17. §. f. d. In-
ſtit. act. l. 29. de Reb. cred.* (quod *à JCtis*, poſt actionem
inſtitoriam & ſimiles actiones, introductum eſt,) Ideò o-
1220 portet actionem illam habere pro *utili.* Nam * dabatur
*jam antè inſtitoria*, priusquam hoc, quòd *directè* etiam

con-

condici poſſe deberet, introductum fuerat. Nec * magis 1221
etiam ob hoc, quòd *directa* actio *adverſus inſtitorem* com-
petat. *l. 7. §. 11. ad SC. Maced.* Quin * potiùs *obliquam* di- 1222
cere licet, quæ adverſus *præponentem*, qui ſcilicet non
contraxerat, dirigitur; & * imò ſimpliciter *actionem ean-* 1223
*dem*, tantùm non circumpoſitâ *qualitate Prætoriâ.* Quin
* nec directa actio dicitur, vel ſi alicubi ita appellaretur, 1224
non poſſet aliò ſenſu id fieri, quàm quòd ſine ambagibus
*recta* detur in præponentem, ſeu, quòd *directò* ei condica-
tur. *d. §. fin. Inſtit.* add. *l. 5. §. 1. d. exerc. act.* Et * ſic diverſa 1225
ſunt, aliquem *directò* teneri, & aliquem *directâ actione* te-
neri: quippe * quòd actio *directa* ſit *alia* ab *utili*; ſed 1226
quæ adverſus Inſtitorem competit, non ſit alia ab eâ, quæ
dirigitur adverſus præponentem. per *tx.* in *d. §. 1. l. 5.*
*d. exerc. act.*

§. XXV.

EXPRESSAM.] Rectiùs * *verus conſenſus* dicitur 1227
contractum verum conſtituere.

UTILITAS.] Quod * *ſuperiùs* rejectum eſt. 1228

PER CONSEQVENTIAM.] Sed * *non omnes* quaſi 1229
contractûs producunt *actionem contrariam.* Quid enim
* in *Famil. Erc.* & *Comm. Div.* cauſis, in quibus utique 1230
tenentur *omnes* invicem *directis* actionibus. Hoc * verò 1231
non eſt obligari *per conſequentiam.*

§. XXVI.

NOLUERUNT.] Niſi * cùm *tertii interſit*; velut de 1232
laudemio, retractu & ſimilibus, (quando de his quæritur,)
*ſuperiùs* diximus.

## AD
# MEMBRUM V.
## De
## *Specialibus Actionibus ex Contra-ctibus re, verbis vel lite-ris, initis.*

§. I.

1233 UTRINQVE DIRECTA] Perperam * *directa* dicitur
actio, quæ non habet *oppoſitam* diverſæ naturæ aliam.
1234 Equidem * in *Scholâ JCtorum* dicimus, utrinque actiones
1235 dari ab initio: & * utrumque *æquè principaliter* ex contra-
ctu teneri; ùt in actione *pro ſocio*, actionibus *emti vendi-*
1236 *ti, &c.* apparet. Non * etiam *rubr. Membri* rectè ſe ha-
bet: non enim dantur actiones *generales* & *ſpeciales* ex
1237 illis contractibus. Dicere * debuit: *de Actionibus, &c.*
1238 *in ſpecie.* Idem reperitur in §. 2. *b.*

§. II.

1239 NOMINIS.] Ac * ſi *condictio certi* ex mutuo non
1240 ſit *ejusdem nominis?* An * enim actio hæc ex aliô nego-
1241 tiô, quàm ex *mutuô*, competit? Quod * ſanè ſufficit ad hoc
1242 ut *nominata* & *ſpecifica* actio dicatur. Et * quid eſt *ejus*
*locô?*

1243 DISTINCTIONIS GRATIA.] At * verò non eſt
*eadem condictionis ſpecies*, quæ *ex aliis* contractibus com-
1244 petit. Nimirum * *Condictio* eſt vel *certi* vel *incerti.* Iſta
1245 * vel *certi*, prout certitudo ea in *ſolam rem fungibilem* ca-
dit;

dit; qualis illa eſt *ex mutuo:* vel prout *latiùs* extenditur,
*l. 6. d. Reb. Cred.* quæ * ad alios quoque contractûs porri- 1246
gitur. *l. 74. d. V. O.* Sed * ubique tamen *cum appoſitò.* Et 1247
* falſum eſt, quòd *certum* hîc capiatur, prout in *l. 6. d. con-* 1248
*feſſ.* ſumitur: cùm * potiùs non niſi certam *quantitatem* 1249
notet, quæ *in res* duntaxat *fungibiles* cadit. v. *l. 3. §. f. d. ann.*
*legat. & ſimil.*

IDEM EVENIAT.] Non * idem per omnia; ſed 1250
*certitudo* ibi *plura* continet.

QVALIT. ET QVANTIT.] Quaſi * differrent hæc 1251
*à genere?* nam qui in eâdem qualitate & quantitate reſti-
tuere tenetur: ille reſtituit *in genere;* & * *vicisſim.* 1252

§. III.

MUTUO DATUM.] At verò * non in aliud tene- 1253
tur, quàm *quà datum* eſt. Quid * igitur *actione* indiget? 1254
Ipſe * *facilitati ſuæ* imputet, ſi rem accipiat *minoris boni-* 1255
*tatis:* nec * tamen aliam reſtituere tenetur. Itaque * vi- 1256
deat *Auctor*, quâ ratione actionem ſuam *ex L. Aquiliâ*
tueatur; quæ * & prætereà ad *damnum qualecunque* ex 1257
*mutuo* applicari non poteſt. *Gœddeus* * utique, cùm 1258
ex eô mutuum pro *bilaterali* contractu habendum vellet,
quòd creditor teneatur debitori *probam pecuniam* tradere,
notatus eſt proptereà: quippe quòd ex mutuô non antè,
nec in plus, *naſcatur obligatio*, quàm *datum* fuerit. *l. 30.* 1259
*d. Reb. Cred.* De *actione* * *doli* non opus eſt, ut hîc agatur: 1260
nam illa in *omnibus* negotiis *ſtricti juris* obtinet. Ad eam
* verò *ſpeciem*, quam *Auctor* hîc habet, non pertinet; ùt 1261
nec eâ *opus* habet debitor.

§. IV.

CONDICTIONI L. XIII. §. I. D. R. CR.] Imò * 1262

 *conva-*

*convaleſcit* mutuum; nec idcircò *condictio* ex mutuo datur:
1263 ſed *condictio* * *ſinè causâ*, arg. *l. 32. d. R. Cr.* Quòd * enim
1264 in *d. l. 13.* §. *1.* convaleſcat mutuum *in pupillis:* illud *aliâ*
*ratione* nititur; quoniam illi *ſuâ pecuniâ* utuntur, & alios
*ſibi obligare* poſſunt; ſicut *ad* §. *f. Inſt. quib. alien. licet vel*
*non.* obſervari ſolet: (quamvis & ibi *plures* ſint, qui con-
1265 dictionem *ex mutuo* locum non habere velint.) Quin * &
*ceſſis* actionibus ex *l. 2. C. d. R. Cr.* uti poteſt Dominus:
1266 quibus * quidem non indiget, quando, *ejus nomine, ipſius*
*nummos* quis alius mutuò dederit. *l. 2. C. per quas perſ.*
1267 *cuique acquiritur.* Sed quænam * actio dabitur *tertio*, qui
*nummos alienos* mutuo dedit? In eo deficit *Auctor!* Di-
cendum eſt, ſi *caverit* ſtipulatione: dari ei condictionem
certi ex ſtipulatu. *d. l. 2. C. h.* Secùs ei conſumtis nummis
competere *condictionem; l. 13. pr.* §. *1. l. 19.* §. *1. in f. ff. d.*
*Reb. cred.* quæ eidem *nec dum conſumtis* non competeret.
Neque ei *exceptio Dominii* poterit objici.

§. V.

1268 PATEBIT ACTIO.] Et verò * hæc non eſt alia,
quàm *condictio certi ex mutuo;* ſaltim *utilis.* v. *l. 3. pr.*
*Commod. l. 66. d. ſolut.*

§. VI.

1269 PROBARI NEQVEAT.] Si tamen * contrà *admini-*
*ſtratores* agitur, *probatio* ejus non incumbit actori; verùm
Adminiſtratoribus. *arg. l. 19. d. probat.*

§. VII.

1270 CARPZOV.] Sed * nil ibi *Carpzovius.* (Et fortasſis
nunc, ubi is in lapidem offenſionis, per *Trutinam*, ipſi ob-
jectus eſt, non citabit eum ampliùs. Nam nec usquam
*Lynckerum* citat. Quod quidem huic maximo eſt cordo-
lio,

ſio, non citari *in Quisquiliis!*) Poterat autem hîc citare
*Barboſam* ad *l. 2. C. ad SC. Maced.* Lugo. *Diſp. 25. d. J. & J.
Sect. I. n. 4.* ipſumque Connanum, *VII. Comm. 2.* Cùm * 1271
verò nullibi declaretur, in eo ne quidem *peculiô*, filiusfa-
milias *pro Patrefamilias*. Hinc quidem, ut eidem *exceptio*
abjudicetur, vix licet; niſi quòd ſi *plenam* ejus *adminiſtra-
tionem* habeat, ſententia illa defendi posſit; cùm & filius-
familiàs *Mercator* eâ non juvetur: ùt & *ſtatutis pluribus*
tale quid cautum eſt. Lauterbach. *II. Differ. Wür-
tenb. 39.*

ACTIO DE IN REM VERSO.] Hîc * verò *replica* 1272
etiam adverſus Patrem. *l. 7. §. 10.*

RES FUNGIBILES MUTUO DATÆ.] Hoc * verò 1273
multiplici ratione falſum eſt; quippe quòd *condictio Tri-
ticaria* verſetur circà res etiam *incertas. l. 1. d. condict. Tritic.
l. 75. §. 3. d. V. O.* It. * *incorporales: dd. ll.* * *immobiles. d. l. 1.* 1274 1275
Deinde * verſetur circà *contractûs* omnes, ex quibus *non* 1276
*Dominus* agit adverſus *debitorem*; veluti circà *ſtipulatio-
nem, l. 1. b. Emtionem Venditionem*; quanquam & *mutuum,
l. 4. eod.* & *ſim.* Quin * & circà *delicta*, furti, rapinæ, vio- 1277
lentiæ. *l. 1. in f. l. 2. d. t.* Quid quòd uſus ejus quoque ſit
in recuperandâ *poſſesſione?* v. Menoch. *Remed. 3. Rec.*

JUSTO TEMPORE.] At verò * de *æſtimatione* etiam 1278
quæri poteſt, *morâ non commiſsâ: l. 63. d. R. J.* ſive *genus*
debeatur, & de *die* & *loco* vel *convenerit*; v. *l. 22. d. R. Cred.
l. 3. b.* vel *non* convenerit; *d. l. 22. & l. fin. b.* ſive debea-
tur *ſpecies*: ubi rurſus an de tempore & loco *convenerit*,
annon; & h. c. an ex *b. f. contractu* res debeatur, *l. 3. b.*
an ex contractu *ſtricti juris?* expendendum eſt. *l. f. eod.*

TRITICIARIÆ.] *Triticaria* * appellanda eſt. Nul- 1279
lus

1280 lus inter familias Romanorum *Triticius*. Imò * ne quidem actio hæc eſt *Prætoria*.

1281 PRÆTORIA.] Quin * potiùs eſt *in perſonam Civilis*.

1282 AD PRÆSTANDAM ÆSTIMATIONEM.] Falſum* hoc eſt: quoniam *res ipſæ* in hanc condictionem veniunt; ſed ſub hoc *formali: quatenùs* ſunt *æſtimabiles*. Unde *pecunia* in eam non venit. *l. 3. d. in lit. jur. l. 46. d. cond. indeb.*

1283 AD MORAM.] Quin & * *nullâ morâ* admiſsâ.

1284 NON POTEST.] Rectiùs definitur. Actio *in perſonam Civilis*, quâ actor *dari ſibi rem*, ſive *certam* ſive *incertam*, exceptâ pecuniâ numeratâ, oportere intendit; ut ſi *arbitrio* judicis *res* non reſtituatur, in *ejusdem æſtimationem* Judex reum condemnet.

1285 QVO CASU.] Quid * verò de caſibus, quibus *mora non commiſſa* eſt? Hi ſcilicet intricati ſunt, & difficiles; & hinc obſcuri: qui prætereundi ſunt *Strykio*.

1286 L. III D. CONDICT. FURT.] Optimè verò * *textus* ille quadrat ad inſtitutum *Auctoris!*

1287 INTERPRETES.] Quid verò *Strykius?* difficilia hæc & obſcura ſunt, quæque per *Tabellas* conficiuntur Sufficit *pro actionibus inveſtigandis* in his talibus, *ad Interpretes remittere*; modò non Ille intereà actiones ſubverteret! Quòd
1288 ſi * verò *Lex Vinum.* huc reſpicit, exinde poterat diſcere:
1289 non * ibi æſtimationem, ſed *ipſum vinum* petitum eſſe.
1290 Poterat videre, etiam * deberi *æſtimationem* poſſe, *nullâ*
1291 *morâ admiſſa*. Sanè * *Lex illa* ad *Triticariam* hanc non pertinet; ſed ad *condictionem vini ex mutuò*, *nullâ etiam* petitâ *æſtimatione*; ſed quòd *Judicis* fuerit, dum fortè vinum præſtari

ſtari non poſſet, vel id nollet præſtare debitor, ut eundem in *æſtimationem* vini condemnaret.

USQVE AD TEMPUS MOTÆ ACTIONIS.] Imò, * *adjectô tempore* & *loco:* ſi debitor *moram* admiſiſſet, 1292
ab hac etiam, *usque ad condemnationem*, *aucti pretii* rationem habere judex debebit. *arg. l. 37. in f. mand. l. 8. §. 1. de condict. furt. l. 3. d. Uſur.* Sed * *non adjectô illô*, ſi *in morâ non fuerit*, (de * quô tamen caſu *Auctor* adeò non loquitur, ut *condictionem Triticariam* non niſi in caſu *moræ* locum habere opinetur,) ſpectatur quidem tempus litis conteſtatæ Quòd * ſi verò mora per ſuſceptionem judicii contrahatur: *l. 88. d. R. I.* terminus *litis conteſtatæ* non eſt terminus *ad quem*, ùt *Auctor* tradit; ſed eſt terminus *a quô* aucti pretii, ad usque condemnationem. *per d. l. 37. l. 3. d. condict. trit. l. 86. ſeq. d. R. Jur. l. 25. §. 7. de petit. hered. l. 8. §. 1. d. condict. furt. l. pen. d. contrah. empt. & ſim.* Adeò * ut etiam, quando *extrajudicialiter* debitorem *interpellaverit* creditor, abinde usque ad condemnationem aucti pretii ratio habeatur. *d. l. 37. l. 3. it. l. 3. §. 3. 4. d. A. E. V. &c.*

1293 1294 1295 1296

§. IX.

PER EXTENSIVAM INTERPRETATIONEM.] Non opus * eſt illâ *extenſivâ interpretatione.* Nam locô 1297
*intereſſe* ibidem *disertè quinque annua* definita ſunt: &
* quid in his aliud eſt hactenus, quàm *uſura?* nam *hæc* eſt 1298
*definita* quantitas; & ab eo, quod *verè intereſt*, in eo diſcernitur, quòd intereſſe *indefinitæ* quantitatis ſit. Fortè
* *Auctor* in hanc extenſionem incidit, quæ *moribus* invaluit? 1299
quâ protinus *ab initiò* contractûs, contrà quàm ex *J. Canon.* permiſſum foret, uſuras, quinque in centum, in locum ejus *quod intereſt*, ſtipulari licet.

1300 EADEM ACTIONE.] Et tamen, * ſi quando *ſtipu-*
*latione* promiſſæ fuerunt, exinde actionem *ex ſtipulatu* in-
ſtitui oportet: quæ ſanè non eſt eadem actio cum illa, quæ
1301 *ex mutuô* inſtituitur; nimirum * *eôdem libello* dicere debe-
1302 bat. Quòd ſi * verò etiam ſimul *mutuum* in ſtipulatum
deductum fuerit; vel *chirographô* ejus cum uſuris reſti-
1303 tutio promiſſa: ita *eâdem*, ſed * non ex mutuô, *actione*,
1304 utrumque *objectum* petere licebit. Neque * igitur *Uſum*
*fori* rectè judicat *Strykius*.

§. X.

VEL CONFESSIONE DEBITI DEMONSTRA-
1305 TA.] Quid * hoc rei eſt? an poſtquam *recognitum* eſt do-
1306 cumentum, opus eſt *demonſtrare confeſſionem debiti?* Nil
1307 tale * *Carpzovius:* nam & * ipſa recognitio *confeſſionem*
1308 *involvit*. Anne hæc * & talia *Strykii* ſunt perſpicua?
1309 PRÆSERTIM SAXONICI.] Non minùs * *alibi*,
*ubicunque* Proceſſus ille *executivus* obtinet.
1310 PER INSTRUMENTA.] Vel * ex *Actis*, aut *Confeſ-*
*ſione* Creditoris. Vid. *Deciſ. El. Sax. 2.*

§. XI.

1311 PRAXIS LOCORUM.] Equidem * hi qui preſsè *Leges Ro-*
*manas* ſequi volunt: ipsô jure *conſtitutô* poſſe eum uti tra-
dunt *exceptione N. N. Pecuniæ*, qui *literas Cambii dedit*. v. *l. 14.*
*C. d. N. N. P.* Quicquid ſit, quòd *ſtatutô* alicubi diverſum obti-
neat: de quo quidem hîc etiam non quæritur. Denegant v.
1312 illam exceptionem * ei, qui literas alibi *acceptavit*; de quo &
1313 *Marquardus*. Ita * nec poteſt uti eâ exceptione, qui dedit
literas, *adverſus acceptantem*, qui ſolvit. *l. 29. pr. Mand.*
Quamvis autem, apud *Richterum*, *Jenenſes* olim Cambium
*ad Jus Juſtinianeum* redegerint. Tamen quia iſtud eſt fœ-
tus

tus recentior, ſuamque indolem ex *geniô commerciorum* habet. Hinc *non tam praxi*, quàm *ipsâ juris Cambialis ratione* verior eſt ſententia, quòd *nec ei* exc. N.N.P. (adv. remittentem) competat, qui *literas* Cambii dedit. vid. Carpz. *2. Reſp. 92.*

DE PROBANDO] Quin * & *intra biennium Jurisjurandi* delatione uti poteſt. Berlich *1. Concl. 84.* Cancer. *II. reſol. 3. n. 77.* 1314

IN USUM REDUCERE.] Cùm verò * nullibi hæc *pœna* abrogata ſit: quis Judicem redarguet, ſi *Legibus* 1315
*confiſus* eâ utatur? Non * enim exteri, *Vinnius*, Belga, ad 1316
*Tit. Inſt. d. Lit. obl.* aut *Rebuffus*, Gallus, ad *proœm. Conſtit. Reg. gl. 5. n. 6.* eum abinde arcere poterunt.

§. XII.

CITRA PROBATIONEM MUTUI.] Neque verò * etiam *intrà biennium* chirographi productione hoc agit, ut 1317
*probet* mutuum; ne * *præſumtivè* quidem. 1318

CHIROGRAPHARIA.] Et quænam * alia fuerit intrà biennium, quàm illa *Chirographaria*, ſeu, ùt Juridicè 1319
magis dicitur, *condictio certi ex chirographô?* Ex * *Auctoris* ſententia fuerit *ex præſumto mutuo;* quod jam rejecimus. 1320

ELIDATUR.] Quò tamen * non facit *renunciatio* 1321
*exceptionis N. N. P.*, ne *jurata* quidem; niſi quòd effectus renunciationis hic eſſe videatur, ut exceptionem ſuam *reus probare* obſtrictus ſit. Ea * verò *Cautela*, quâ 1322
*teſtes ſubſcribere* curat creditor, quòd pecuniam illam numeraverit, ad illam *exc. N. N. Pecuniæ*, quæ ad hanc ſpeciem contractûs reſpicit, non pertinet.

§. XIII.

1323 DICI POSSIT.] Et* meritò ſic dicitur: neque enim *alia* eſt.

1324 ACCESSORIUM PIGNORIS.] An* verò *pignus* eſt
1325 *acceſſorium chirographi?* Repetatur* potiùs pignus *actio-*
1326 *ne pignoratitiâ*. Chirographum* *condictione ſinè cauſa.*

1327 ORDINARIA ACTIONE.] Opus* utique eſt, ſi *chirographum recipere* malit.

§. XIV.

1328 SI ELAPSI.] Non abhinc,* ſed *à conſtitutione hypothecæ*, habebit creditor *hypothecariam*, adverſus debitorem, poſſeſſorem pignoris, *per 40. annos*.

1329 ADHUC POSSIDEAT.] Quomodo* dabitur adverſus debitorem, ſi *non poſſideat?* Nam adverſus *tertium* ad 40. annos non competit.

1330 NON ATTENDITUR.] Quidni* attendendum foret: quippe quòd *hypothecaria* ſemper *poſſeſſorem* ſequatur; quamvis fortè rem hanc, tempore conſtitutæ hypothecæ *generalis*, debitor necdum poſſederit.

§. XV.

ANTE IMPLEMENTUM.] Ineptè loquitur? Nam
1331 *iſtud non eſt *implementum* in contractu, quô ille *perfici-*
1332 *tur*. Et* anne *conventio de commodato* eſt *commodatum?*
1333 Et* *traditio* eſt illius commodati *implementum?* Videli-
1334 cet* quilibet contractus *actionem* producit, quando *perfectionem* ſuam habet. Hanc contractûs *reales* accipiunt per *traditionem*, *conſenſuales* per *conſenſum*.

1335 DANDAM.] Et* tamen *intereſſe praſtandô* liberari
1336 poterat. Idem* de *pacto* dices, quoties *indeliberatum* fuiſſe *hodiè* non probetur.

§. XVI.

§. XVI.

DETERMINATUS.] Quanquam * verò in ſpecie 1337
illâ *Legis 17. pr. P. V.* determinatus fortè non fuerit uſus,
ad modum & tempus: quid tamen ſi *determinetur?* Ita * 1338
*Auctorem* oporteret admittere, *habitationem commodatò*
*dari* poſſe. Et * hoc ipſum eſt, quod vult *Vivianus d.l.1.* 1339
*§.1. Commod.* Sed quoniam textibus hic non ſatisfacit: vide
*Tr. Lynckerianum* de *Jure Habitat. Sect. 2. §. 4.* quem
ſi legiſſet *Strykius* & intelligere potuiſſet, fortaſſis inde doctior
evadere potuiſſet.

§. XVII.

PER MODUM RETENTIONIS.] Nec tamen * in 1340
*depoſiti contrariâ actione: l. 11. C. depoſ.* Quin * potiùs 1341
*actione* tantùm uti poteſt depoſitarius. *d. l.* Meſa, *L. 2.*
*reſol. 34.* vel * ut *cautionem*, ſi velit depoſitarius, ipſi eô 1342
nomine præſtet deponens. v. *l. pen. in f. C. d. Compenſ.*
ubi, * cùm depoſitum *ſpolio* comparetur, omninò putan- 1343
dum eſt, ſicuti ſpolium *nullò prætextu*, ne quidem *impenſarum*
in rem factarum, retineri poteſt: ita nec depoſitarium
ex causâ ſimili, *retentione* uti poſſe.

§. XVIII.

EADEM.] Quis * verò vel per ſomnium unquam 1344
cogitavit? quòd *ex commodatò* & *precariò una & eadem*
poſſit dari *actio*.

COINCIDIT.] Equidem * *actio P. V.* quæ ex con- 1345
tractibus *innominatis* datur, non alia eſt ab eâ, quæ datur
*ex negotiis aliis:* Eſtque *ſpecies* quædam actionis *in factum*,
quæ *omnes* actiones *Præſcriptis verbis*, ſeu potiùs *totam*
*actionem P. V.* in *omnibus ſpeciebus*, indeque etiam, quatenus
ex contractibus *innominatis* datur, ſub ſe compre-
hen-

hendit; atque juxta eam *alias* inſuper habet *ſpecies*, quæ
1346 nomine *actionis P.V. non veniunt.* Quâ * ratione per-
peram dicitur, quòd *aliqua* P. V. actio, & *diſtincta* qui-
dem ab eâ, quæ ex contractibus innominatis competit,
1347 *cum actione in factum coincidat.* Cæterùm * actio P. V.
*ex precario*, utut *Prætoria* ſit; *civilis* tamen, *ex cauſa effi-*
1348 *ciente proximâ*, dicitur, Paul *V. ſent. 6.* §. *10.* eò * quòd
*ex factô non incivili* competat v. *l. 2.* §. *2. d. N. G. l. 7.* §. *2.*
1349 *d. pact.* Atque * hæ actiones omninò *ordinariæ* ſunt. Dein-
1350 de quoque competit * ei, qui precarium conceſſit, *Inter-*
*dictum uti poſſidetis. l. 2.* §. *2. d. precar. l. 19.* §. *2. eod. l. 1.*
1351 §. *1. uti poſſid.* Quin * & *ſtipulatione* ſibi cavere ſolet: quâ
1352 ratione *ex ſtipulatu* agit, *l. 15.* § *3. d. precar.* Tandem * ipſi
*precariario* non minùs proſpici debebat *Remediô.* Huic verò
*Interdictum uti poſſidetis* adverſus omnes competit, præter
eum, à quo precarium rogavit. *l. 17. d. t.*

§ XIX.

1353 INDIVIDUA.] Aut * cùm *dividua* vel maximè fue-
rit; ſi hoc actum ſit, ut *ſingulis tota* reſtitueretur: *l. 1.* §. *44.*
1354 *depoſ.* Idque * in *ſequeſtro* ſemper actum eſſe cenſetur.
1355 *l. 17. pr. d. t.* Sic * & quando *plures ſpecies* depoſitæ fuerint,
omnes reſtituendæ ſunt ei, qui *cautionem* præſtiterit. *arg.*
1356 *l. 29. d. ſolut.* Quoad * *plures unius deponentis hæredes*,
etiam uni eorum *tota res*, quamvis *dividua*, reſtitui debet,
ſi *ex majori parte* hæres eſt. *l. 14. depoſ.* Sic autem reliqui
*actionem* adverſus depoſitarium *ſalvam* habent. *arg. l. 1.*
§. *36. eod.*

1357 JURIS REGULAS.] Quid verò * hîc longis canere
tibiis & multâ diſputatione opus fuerat? v. *l. f. C. depoſ. j.*
*l. 24. quæ in fraud. Cred.* Interim ſi *plures ſpecies* depoſitæ
fuerint, aliud dicere oportet. *arg. l. 29. d. ſolut.*

§. XXI.

§. XXI.

FACILIVS.] Sed * nil vetat *in aliis quoque* idem fieri 1358
*eâdem facilitate* poſſe; ut cùm *tertio ſtricto jure* non de-
tur actio, *ex pacto* de re ipſi reſtituendâ, tradendâ: detur
tamen ei actio *utilis*, ob rationem æquitatis, *per textum*
*l. 8. C. ad exhibend.*

§. XXII.

CONTRA IPSVM DEPOSITARIVM.] Sed * hoc 1359
falſum eſt: cùm *rei vindicatio* detur non niſi contrà *poſ-*
*ſidentem*. At verò *depoſitarius* non poſſidet. Itaque * ve- 1360
rius eſt, depoſitarium, commodatarium & ſimiles; ſi à *no-*
*bis*, ex illis contractibus, rem teneant, & *cauſam ſuæ de-*
*tentionis* fateantur: *rei vindicatione* nos adverſus eos agere
*non* poſſe; ſed ſi nobis *intervertere* poſſeſſionem noſtram
cupiant: *arg. l. f. C. d. A. & R. Poſſ.* aut ſi rem noſtram te-
neant *ex commodato alterius*. Et hic eſt ſenſus *Legis 9. ff.*
*d. R. V.* ab *Auctore* (quod fatum interpretamenti *Strykia-*
*ni* eſt,) perperam intellectæ.

§. XXIII.

IN FORIS NOSTRIS.] Ab * *exteris* potiſſimùm ſe- 1361
ducti, v. Gudelin. *III. d. J. N. c. 13.* Cujac. *VIII. O. 33.* Cur
verò * non etiam hìc amplectitur *Uſuales modernos* in hâc 1362
ſpecie? Probâſſet utique eos, ſi non veritus eſſet *Lauter-*
*bachium*.

§. XXIV.

CONVENIVNT.] Imò * in hoc non conveniunt, 1363
quòd *ſimpliciter degeneret* in mutuum; nam * hoc pactô 1364
non poſſet *actione depoſiti* agi; & * ceſſarent omnes illæ 1365
in hoc contractu *effectûs*, qui *depoſito ſingulares* ſunt.
Nempe * ſi *initiò utenda* detur, omninò *mutuum* eſt; ni- 1366
ſi * contrahentes *diſertè* paciſcantur, ut *depoſiti effectûs* ha- 1367
bere

bere debeat nihilominus. v. *l. 24. Depoſ.* quippe quòd pa-
1368 cta dent Legem contractui. Sed * ſi *cuſtodienda* detur,
adjectô pactô de *tantundem* reddendo. Ita ſanè quòus-
1369 que debitor non movet, eſt depoſitum: ſi * *moverit*, ma-
net quoque depoſitum, ſi appareat ipſos contrahentes illud
*depoſitum*, ſed pactô alteratum, manere *voluiſſe*; quò pertinet *l. 25. §. 1. l. 26. §. 1. d. t. l. 29. §. 1. eod.* Aliàs omninò *in mutuum* transmutatum eſſe exiſtimandum eſt. per *l. 10. d. R. Cr. l. 1. §. 34. depoſ.* Quâ de re *ſuperiùs* dictum eſt.

1370 DEPOSITI SALVAM MANERE.] Imò * hoc aſſertum
generale falſum eſſe, ex jam dictis conſtat: & *l. 25. §. 1.*
1371 *depoſ.* ad ſuum *caſum* reſpicit. Quomodo * enim *re per-
emtâ* teneretur, ſi eâdem fortè in usûs ſuos non indiguit;
cumprimis ſi mutuum *non rogavit* ſuâ ſponte *depoſiturum.*
1372 Et ſic * etiam contractus *claudicaret.* Neque * textum
1373 in *l. 24. §. 1. depoſ. Auctor* evitare poteſt. Nam quòd ibidem *actio depoſiti* locum habeat, iſtud ex eo pendet, quoniam ſic *diſertè conventum* eſt: cùm quidem absque eo
1374 non haberet locum; ùt *expreſsè* ibi dicitur. Multò * minùs ſatisfaciet textibus in *l. 9. §. 9. de reb. cred. l. 10. eod. l. 24. depoſ. l. 34. §. 1. eod.* Ex quibus conſtat, in caſibus, ubi *mutuum* eſſe diximus, non poſſe aliâ actione deponentem ex-
1375 periri, quàm *condictione ex mutuô.* Eſtque * abſurdum, quòd debitor *ex mutuô teneatur*; & tamen *ex depoſito conveniri* queat.

1376 AD LEVISSIMAM.] Quidni * abinde obligaretur,
1377 *à quô uti cœpit* illâ ſpecie. Nam * ita, poſtquam in *commodatum* tranſiit, nec ampliùs depoſitum eſt, fruſtrà quæ-
1378] ritur *de utilitate deponentis:* cui * nec *cuſtodia* ampliùs deſervit, poſtquam rem illam *ex commodatô reſtituturus eſt*
1379 commodatarius. Neque * hoc eſt *depoſitum irregulare*;

quippe

quippe ex quô tunc ampliùs non datur depoſiti, ſed *commodati, actio.*

NEC INFAMAT.] Quaſi * hoc foret *ex privilegiô?* 1380
quòd actio depoſiti directa infamet.

IN CONFESSO EST.] Equidem * hoc adeò in 1381
confeſſo non eſt, ut potiùs quàm *plurimi Dd.* depoſitario *retentionem* rei depoſitæ, *ob impenſas*, ex depoſiti causâ factas, largiantur.

IN IPSAM REM.] At * verò ſive *in rem* ipſam, ſive 1382
*in cuſtodiam* illius, vel *ejus ſervandæ gratiâ*, factæ ſint,
quoad *æquitatis* rationem, nil intereſt: & * nihilominùs 1383
*Imp.* in *l. 11. C. depoſiti retentionem ſimpliciter* non habere
locum ullô prætextu voluit. Ad * *l. 23. depoſ.* jam du- 1384
dum *reſponſum* eſt, neque depoſitarius *apud eundem Judicem* de impenſis experiri prohibetur. An * verò exhinc 1385
ſequitur, Ergò *retentione* rei depoſitæ uti poteſt?

§. XXVI.

DICITUR.] Et * quidni diceretur? Eſt enim *depoſiti* 1386
*ſpecies;* ùt ipſe *Auctor h. in pr.*

UTILIS.] Hæc verò * ſpecies ad depoſitum non per- 1387
tinet, cùm fiat *merò officiô Judicis;* unô vel pluribus, quorum
intereſt, *invitis*, quocircà * regulariter *prohibita* eſt. *l. un.* 1388
*C. d. probib. ſequ. pec. c. 2. x. de ſequeſtr. poſſ. cl. un. eod.*
Quocircà * ſi Judex, *præſtitâ cautione*, ſequeſtrum tol- 1389
lere nolit, v. *l. 7. §. f. qui ſatisd. cog. l. 16. in f. d. off. Præſid. l. fin. C. d. ordin. cogn.* ſolemus his *Remediis* uti, quæ adverſus *gravantes Judices* competunt. Mynſing. *V. O. 35. &c.*

§. XXVII.

AD MANDATUM.] Enimverò * hi non referunt ſo- 1390
lùm

lùm *negativam* ſuam, quòd rerum *immobilium* non ſit de-
1391 poſitum, ad *ſequeſtrum immobilium.* Et * hinc etiam re-
rum immobilium *non litigioſarum* depoſitum non agno-
1392 ſcunt; ſed * & hanc ſpeciem *ad mandatum* referunt. Ita-
que hìc non ſufficit *actio mandati*, quam *Auctor* vocat, *ſe-*
1393 *queſtraria.* Imò * illi ſequeſtrum non habent pro *depo-*
*ſitô*, quatenùs illud verſatur circà *rem immobilem.* Eoque
1394 * caſu *ſimpliciter in mandatô* ſubſiſtunt. Quâ * ratione
1395 dicendum foret, ubi *cuſtodia* rei *litigioſæ prævalet*, ùt in
re *mobili* plerumque de eâ ſolâ agitur: ibi *actionem de-*
1396 *poſiti ſequeſtrariam*, obtinere. Ubi * verò circà res mobi-
les *etiam negotium* & *adminiſtratio* neceſſaria eſt: ibi
*mandati* actionem, (ſicut etiam in rebus *immobilibus*, quæ
1397 tale quid deſiderant,) locum habere; idemque * eſſe in *cu-*
*ſtodiâ* immobilium, ubi *negotiatio* cuſtodiæ & ſimplici inſpe-
1388 ctioni *prævalet.* Nullâ * tamen alicubi opus *novâ actione.*
1399 Nam * ut rerum *mobilium cuſtodiendarum* actio, ſi *litigio-*
1400 *ſarum* fuerit, non alia eſt quàm *depoſiti;* quæ * verò ob cer-
tas circumſtantias depoſiti, & cumprimis etiam, quoad re-
petitionem depoſiti reſtrictam, *ſequeſtraria* dicitur. Ita
1401 * etiam ſicubi *cura* non modò aliqua in re *mobili*, ( ſæpè
1402 * enim in *ſimplici cuſtodiâ* rei depoſitæ non expletur ratio
contractûs illius, v. *l. 5. §. 6. Commod. j. l. 1. §. 9. depoſ.* ſicut
etiam viciſſim *mandatum* poteſt annexam habere legem
*cuſtodiæ*, *l. 5. §. 4. P. V. l. 1. §. 12. depoſ.*) ſed & aliqua *admi-*
*niſtratio* ſive *negotium* requiritur, ùt & circà rem *immobi-*
*lem:* ibi *mandati* actio unicè obtinebit, quam ſi quis iti-
dem *ſequeſtrariam* appellare voluerit, nil impedit.

UTILEM.] Hanc * verò rejecimus; nec datur *actio*
1403 talis *in ſequeſtro neceſſario.*

NON OCCURRAT.] Quidni * occurreret? nam & 1404
actio *depoſiti ſequeſtraria* in *Legibus* reperitur. *l. 12. §. 2. depoſ.*

SALARIUM.] Uti verò * *mandatum* non reſpuit ſa- 1405
larium: *l. 6. Mand.* ita * quoque *adminiſtratio* illa non eſt 1406
*res locari ſolita.* Nec * *annuum ſalarium Locationem* con- 1407
ductionem facit.

HODIE.] Non * eſt diſcrimen *Uſûs moderni:* adhuc 1408
enim depoſitum *gratuitum* eſt in *ſequeſtrô*, quoties rei, ſive
mobilis ſive immobilis, negotium *ſingulare* quid non exigit;
ſecùs * nihilominùs eſt *mandatum ſequeſtrarium.* 1409

§. XXVIII.

OBSCURUM.] Non * poteſt eſſe *obſcurum*, cujus ra- 1410
tionem *dilucidè* exponit *JCtus* in *d. l. 9. §. 3. d. dol. mal.*

CONTRACTU INNOMINATO.] Ubinam * verò in 1411
*d. l. 9.* agitur de contractu *innominatô?* an * ubi *P. V.* di- 1412
citur dari *actio*, ibi ſimul ſupponitur contractus innomi-
natus? cùm tamen *actio P. V.* latiùs pateat, ùt *Ipſe* hîc tra-
dit; nec * tamen *P. V.* & *actio in factum coincidunt*, ùt *ſuprà* 1413
dixerat; ſed potiùs *iſta hujus ſpecies quædam* eſt.

§. XXIX.

CONTRA IPSUM JUDICEM.] Nova * Jurispruden- 1414
tia! quâ *imploratio officii Judicis contrà* ipſum *Judicem*
datur.

PECCAVERIT] Num * ita non oportebit adire *ſupe-* 1415
*riorem*, ſi precibus gravati locum non relinquat Judex?

QVI IMPETRAVIT.] Hoc * verò non conſultum mo- 1416
dò, ſed & *neceſſarium* eſt; ſicut in caſu, quò *arreſtum* im-
meritò decretum fuit: qualia * tamen, non per actionem, 1417
ſed *per libellum* expediuntur.

§. XXX.

1418 SEU DEBITOR.] Quidni * hos *fructûs* reſtituere
debet is, qui re uti debet, ùt bonus *paterfamiliàs*, & ipſe
*rei dominus*, cujus locum ſubit: quod ſi non faciat, *culpæ*
1419 *levi* hoc eidem imputabitur. In * *fructibus* enim, quos
quis *percipere debuit*, non eſt inter *poſſeſſorem pignoris*,
(quippe *rei alienæ*,) & poſſeſſorem *malæ fidei*, differentia.
1420 Et * creditor *cauſam* habeat *à debitore*.

§. XXXI.

1421 LOCATIONEM.] Non eſt locatio, * niſi ubi conductor
*mercedem* pro uſu fundi ſolvit locatori. Sed hîc
1422 nil ſolvit debitori Creditor quicquam; ſed * *debitor*
potiùs, locô *uſurarum*, (quas ſanè hôc ipsô non debet debitori
creditor,) *ſolvit* ſ. præſtat creditori *fructûs*, in *con-*
1423 *currentem quantitatem*. Neque * *retinet uſuras* debitor,
1424 ſed *præſtat fructûs fundi* ſuo creditori: *à* * *quo* etiam *nec*
1425 *recipit* aliquid, nec recipere poteſt. Siquidem * non poteſt
1426 pecuniâ creditâ & ſimul fundô ſuô frui. Nam * & ſi pro
uſu fundi deberet aliquid prætereà, velut *locarium*, creditor
debitori: ſequeretur, ipſum uſuras à debitore non lucrari,
ſed *compenſare* cum illô debitô, & debitorem mutuô gra-
1427 tis uti; creditorem * verò fructuum locô ipſi uſuras ſol-
1428 vere, nil debitorem creditori. Nam * debitor non relinquit
creditori ſimul & fructûs & locarium. Sed fructûs
ſuos reddit, per rationes ſibi reddendas, ut inde uſuras ſol-
1429 vat creditori. Quomodo * igitur concurrit hîc cum negotiô
antichreticô *Locatio Conductio?*
1430 JUS REALE.] Sanè * ex hoc non fluit *pactum anti-*
*chreticum*, quod nec *contractum peculiarem* conſtituit; nec
1431 1432 * *ſpecies* ſed *pactum* eſt *contractûs pignoratitii*. Et * con-
tractus

tractus pignoratitius ne quidem *ùt talis*, producit *Jus reale.*

§. XXXII.

NON DUBITO.] Quiſnam * verò unquam, niſi è 1433
vervecum patriâ, dubitavit, *ex pacto* contractui b. f. adje-
cto poſſe agi *actione* ex *illo contractu* competente? & quòd
in adductô caſu poſſit.

§. XXXIII.

COMMUNITER RECEPTA.] Quaſi * hîc dentur 1434
*Dd.* qui *negativam* foveant. Idem dices, quando *in ſeqq.*
ait, venire fructûs percipiendos etiam in computum
*ex receptâ Dd. ſententiâ:* Quidni * ex *l. 3. C. d. pigno-* 1435
*rat. act.*?

INJURIAM FIERI.] Non utique* ei fit injuria, ad- 1436
verſus quem *Jure* utimur: nec * aliâ lege accipit pignus 1437
creditor antichreticus ſub *pactô expreſsô*, niſi ut *rationes*
*reddat;* maximè in fructibus *certi reditûs;* qualis * non 1438
utique eſt in domô locandâ. *l. 14. C. d. uſur.*

§. XXXIV.

LOCATIO FUNDI.] Scilicet * locatio *absque loca-* 1439
*riô* ſ. mercede: & * locatio, ubi *fructûs omnes* debet con- 1440
ductor *reſtituere* locatori?

ITA NEC CREDITOR.] Ineptum * argumentum! 1441
neque hîc eſt *locatio:* & * conductor percipit fructûs *ju-* 1442
*re* & *nomine ſuô*, ſuôque *periculô;* indeque etiam *neglige-*
*re* eos poteſt: cui * itaque *rationes* redderet? Sed * *credi-* 1443
*tor antichreticus* illos jure *debitoris* percipit, isque *caſum* 1444
ferre tenetur; neque fundum *negligere poteſt.*

RESTRINGENDA EST.] Interim * quilibet credi- 1445
tor antichreticus de *fructibus* quoque *percipiendis* reſpon-

1446 dere tenetur, etiam * in *expreſsâ antichreſi;* quoties de
exceſſu, ſive in fructibus certis ſive incertis, quæri pot-
eſt.

1447 EX L. XVII. C. D. VSVR.] Et tamen * licèt *ex-*
*preſſa* antichreſis conſtituta fuerit, oportet *rationes reddi;*
1448 niſi *regulariter* * quoad fructûs *incertos;* de quô tantùm
1449 loquitur *d. l. 17. C. d. Uſur.* adeoque * expreſſa antichreſis
non ſimpliciter tacitæ in eo opponitur; ſicut *alibi diſtin-*
*ctè* expoſitum eſt.

1450 FRVCTVS CERTI.] Equidem * non videtur aſſe-
qui *Auctor*, quid nomine fructuum *certorum* vel *incerto-*
*rum* intelligatur?

1451 REM LOCARE.] Aſt * placuit debitori, non locare
fundum, ſed *in vicem uſurarum* creditori *fruendum* dare.
1452 Unde * rejicitur hoc argumentum diſertè, in perſonâ quo-
que *conductricis, in l. 14. C. d. Uſur.*

1453 AD SUPPLEMENTUM.] Hoc * verò toties iniquum
1454 eſt, quoties ad *rationes adſtringi* poſſet: nam * ita *exceſ-*
*ſum* quoque ei non indulſiſſe cenſeri poteſt.

1455 MEVIUS C. IV. N. XL.] Nil * ibi habet *Mevius*,
quod huc pertineat. Sed ſi creditor non habuerit *uſum*
*pecuniæ*, æquum eſſe cenſet, ut debitori quid ex uſuris *re-*
*mittatur.* In quo tamen nemo ei acceſſerit.

1456 IN CONTRARIUM.] Et * meritò eſt in contra-
1457 rium. Nam *Auctoris* doctrina commentitia nec veritati *
1458 *juris* (ùt *Ipſe* opinatur,) ùt nec * *æquitati*, nec ipſi *ra-*
1459 *tioni*, conveniens, * ſed cuilibet horum adverſa eſt.

§. XXXVIII.

1460 COINCIDIT.] Quomodo * verò *coincidere* poteſt
*condictio certi ex ſtipulatu* cum *condictione certi ex mu-*
*tuô?* cùm hæc ultrà *res fungibiles* ſe non extendat.

E. G.

E. G. VEL GENUS VEL FACTUM.] Incongruè* 1461
loquitur! Quid enim eſt: *exempli gratiâ;* & tamen *vel*
*genus vel factum.* Cur * non Ipſe *cum Legibus* loquitur, 1462
& *in theſi* rem deſcribit: cùm * lubrica & paupertina ſit 1463
docendi ratio *per exempla*, ſi *regulam* non conſtituas.
Nempe * *incerti ſtipulatio* eſt, quando non conſtat, quid, 1464
quale, quantumque? in ſtipulatione ſit. *l. 75. pr. d. V. O.*
An * enim eſt *genus vel factum* in ſtipulatione *uſusfru-* 1465
*ctus? d. l. 75. §. 3.* partûs vel *fructuum naſciturorum: l. 75.*
*§. 4. decem* vel *Stichi, l. 75. §. 8.* in annos ſingulos: *l. 16. §. 1.*
hæreditatis: *l. 11. 14. 15. d. H. A. V.* Servitutis? Eſto *generis,*
item *facti* incertam eſſe ſtipulationem. *d. l. 75. §. 1. l. 68.*
*in f. d. V. O. & ſim.*

RARÆ HÆ ACTIONES IN FORO.] Imò * *quo-* 1466
*tidianæ* & *frequentiſſimæ* ſunt. Ille * raras putat, quia non 1467
fiat *mentio* ſtipulationis in agendo. Quid * ſi nec *mentio* 1468
*pacti?* an proptereà ibi non eſt actio *ex ſtipulatu?* Et an-
non hîc *pactum hodiè* producit actionem? Hactenùs ſanè
producit, quia * non *quà pactum* ampliùs conſideratur, ſi 1469
*indeliberatum* fuiſſe oſtendi non poſſit? Quòd ſi enim *pro-*
*bet* reus, promiſſionem fuiſſe indeliberatam: jam ùt *pa-*
*ctum Juris Romani* actionem producere non poteſt.
Quod * in *Forô* ſervamus nec conventioni *verborum* vim 1470
actionis tribuimus; niſi vel *formam ſtipulationis*, vel *de-*
*liberatum animum* habeat: qui aliter, ac in *Jure Romano*,
etiam in promiſſione creditur ineſſe, quamvis *formam non*
*niſi pacti* habeat: ut tamen reus poſſit *probare contrari-*
*um;* ad * quod non ita *in ſtipulatione* admittitur. 1471

EADEM AGENDI EFFICACIA.] *Quà* * *pactis* nul- 1472
la tribuitur, ſed *quà illis ſtipulatio ineſt;* ſaltim *interpreta-*
*tiva*, quæ & *inter abſentes* intelligitur.

§. XL.

§. XL.

1473 ORDINARIA ACTIO.] Quamnam * verò aliam
*Oldendorpius* intelligit, quàm *condictionem*, ſ. *condictitiam*
*actionem*, ex *ſtipulatu?* quaſi verò in *cautiones* iſtas non
aliquando *certi* quid induceretur; quâ ratione *certi* fuerit.
1474 Et * imò, ſi vel *incerti* quid in eam veniat, an propterea
1475 actio *ex ſtipulatu* non poterit dici *condictio?* Et * nonne
qui dicit, *condictio ex ſtipulatu*, poteſt intelligere *omnem*
*actionem*, quæ *ex ſtipulatione*, ſive *certi* ſive *incerti*, com-
1476 petit? Nam * & condictionem *certi* ex *ſtipulatu* JCti ali-
cubi actionem ex ſtipulatu appellant, *l. 83. §. 6. d. V. O. l. 14.*
*C. d. pact. l. un. C. d. R. U. A.* item ſtipulationis. *l. 77. §. 9.*
1477 *d. Leg. 2.* Interim * quia *condictio certi* magis *ſpecificè* ob-
jectum *certum*, in ſtipulatum deductum, exprimeret: Hinc
ad reliquum omne, *generali* nomine *actionis ex ſtipulatu*,
non expreſsâ *certi* voce, (ùt ibi quidem; ſed tamen non
minùs, cum adjectò: *ex ſtipulatu*,) uti placuit. v. Gomez.
*2. var. 11.* & Connan. *VI. Comm. 1. 2. 3.*
1478 EX STIPULATIONE IN GENERE.] At * verò
*condictio certi* non naſcitur *ex ſtipulatione in genere*; aliàs
1479 * etiam ex ſtipulatione *incerti* naſceretur.
1480 ACTIONIS EX STIPULATU.] Quaſi * non citiùs
poſſet hæc appellatio ſuſtinere nomen *actionis* in genere:
vel ſaltim *condictio ex ſtipulatu*; quàm *condictio certi*: niſi
1481 * quòd omninò expediat, loqui *cum JCtis*, prout *frequen-*
*tiùs* ſolent: ut dicamus condictionem certi ex ſtipulatu
competere, ſi *certi* quid, actionem ex ſtipulatu, ſi *incerti*
quid, in ſtipulatum deductum fuerit.

§. XLI.

1482 SOLENNITATE STIPULATIONIS.] Tam * ſibi
placet

placet immodicè in eô, quòd ubique *ſtipulationes eliminare* & *pacta ſubſtituere* velit.

ACTIONI EX STIPULATU.] Quis * verò igno- 1483
rat? *correitatem* factô & voluntate *quorumlibet* contrahentium, & ſic etiam in aliis contractibus, præter ſtipulationem, conſtitui. *l. 9. pr. ff. d. duob. reis. l. 47. locati. l. 13. §. 9. l. 26. eod. l. 1. §. 14. 31. 43. 44. depoſiti. l. 6. l. 17. eod. l. 5. inf. l. 6. l. 7. Commod. l. 60. §. 2. Mand. l. 1. ſeqq. C. d. duob. reis, l. 5. 9. 12. C. ſi cert. pet. l. 38. pr. d. admin. tut.* Igitur * non 1484
correalis obligatio per ſtipulationem, ſed *correitas* tantùm
*ſtipulandi* & *verbis promittendi*, per eam conſtituitur: & * 1485
ex hâc ſolâ *actioni ex ſtipulatu* locus eſt.

§. XLII.

PER PACTUM.] Sed ut * *ſtipulatio interpretativa* 1486
potiùs habeatur.

PER EPISTOLAM.] Quâ tamen * non minùs *Jure* 1487
*Romano* quis obligabatur *pro alio*, ſaltim *ſponſione* efficaci: cùm *ſtipulatio* non poſſet fieri niſi *inter præſentes*. Unde
* & *conſtitui* poterat *epiſtolâ*: & ſic * *abſens* unô vel alterô 1488
modo efficaciter *intercedere*. Quapropter * id novum 1489 1490
non eſt *moribus noſtris*, quòd *fidem ſuam literis pro aliô*
quis obſtringere poſſit. Nam * in eô vel *interpretativa* 1491
*ſtipulatio* poteſt intelligi, poſtquam illa *hodiè* obtinuit;
vel * *ad efficaciam literarum communem*, quæ & * *Jure Ro-* 1492 1493
*manô* obtinuit, referri debet. Quandoque * etiam *pro* 1494
*mandatô* valere poteſt. *l. 24. d. fidejuſſ. & mand.* quin
* & *adpromiſſor* literis conſtitui poterat. *l. 43. d. ſol. & lib.* 1495
*l. 5. §. 2. d. V. O. l. 64. §. 4. ſolut. matrim.*

§. XLIII.

NON NOVI.] Eſt tamen * *nova actionis ſpecies* iſta 1496
*Inſti-*

*Inſtitutoria:* quoniam nova obligatio, quam mulier pro alio ſuſceperat, tollitur, & in eum, cujus gratiâ contraxerat mulier, actio nova datur. *d. l. 8. §. pen. l. 10. d. SC. Vellejan.*

1497 NATTA.] Sed Natta * non fuit *Hiſpanus*, verùm *Pedemontanus* JCtus, *Aſtenſis*, qui & *Patavii* docuit.

§. XLIV.

1498 EODEM LIBELLO.] Cuinam verò uſui, * cùm non teneatur *fidejuſſor* ad actionem *reſpondere*, niſi poſtquam *excuſſus* fuerit *principalis*.

§. XLV.

1499 Quæ * hîc ingeminat *Auctor*, verbotenùs jam adduxerat *ſuperiùs*. In tanta ſcilicet rerum brevitate!

## AD
## MEMBRUM VI.
## De
## *Actionibus êx contractibus conſenſualibus oriundis.*

§. I.

1500 PROMISSA.] Quin & * ad ea competit, quæ *non promiſſa* ſunt; eò quòd actio hæc *b. f.* ſit.
1501 NULLA CONTRACTA MORA.] Scilicet * in *l. 5. C.* uſuræ fundantur in *morâ*, nempe *reali*, (*de minore*
1502 * ſolùm ibi dicitur, quòd in eo hæc mora ſufficiat, cui aliàs mora ſit *ex re, l. 3. in quib. cc. in int. reſtit.* licèt per interpellationem in morâ conſtitutus non fuerit:) quam & mo-

ram

ram *irregularem* appellant: quoniam * æquiſſimum eſt, ut 1503
cùm *re fruatur* emtor, *uſuras* quoque *pretii* à tempore
traditionis pendat. *d. l. 13. § 20. l. 2. C. d. Uſur.* Nimirum * re 1504
quoque is fruitur, qui eam *rem habet*, quam *tanti æſtima-*
*vit*; licèt ex re ille tantum non percipiat, & nec *fructûs*
aliquos. Quanquam * ſi eos *factô* percipiat, tantò magis 1505
ipſius mora inde *argui* poſſit. Et in hoc caſu, quando vide-
licet fides de pretiô habita non eſt, *Lauterbachius* quoque
tradit, emtorem à die traditionis ad uſuras teneri, quamvis
interpellatus expreſsè non fuerit; adeòque non admiſerit
*moram perſonalem*: & quidem licèt *nullos fructûs perce-*
*piſſet.* Unde * non apparet, quomodo ſibi *diſſentientem* 1506
velit *Lauterbachium*, aut * quomodo non niſi *in effectu* eum 1507
convenire ſecum putet. (v. tamen § 2. *b.*) Cæterùm
hanc *moram realem* à *Legibus* inductam *Dd.* obtinere vo-
lunt, in *aliis* quoque negotiis *correſpectivis*; etiam in *trans-*
*actione*. v. Honded. *1. Conſ. 30.* & Trentacinqu. *l. Reſol. Tit.*
*d. Uſur. Reſol. 2. n. 3.* Quòcircà * hoc in *Empt. Vend.* non 1508
eſt *ſingulare*.

USURAS CESSARE.] Ex morâ * ſc. *legali* illâ: quòd 1509
ſi enim *dies advenerit*, interpellabit illa pro homine; ſi-
cut nullâ adjectâ die, ab *interpellatione* mora contrahitur,
& utrobique *uſuræ* abinde debebuntur. *arg. l. 88. d. R. J.*
*l. 40. d. R. Cr.*

§. II.

SINGULARE.] Cùm * verò non niſi *pretium* debeat, 1510
quid *ultrà uſuras* peteret venditor? quæ locum ejus quod
*intereſt* ſubeunt. Siquidem nullibi id quod intereſt ex
lucro, quod *per accidens* quis conſequi potuiſſet, æſtima-
tur; nec damnum ex interversô lucrô ſperatô, eoque in-
certô. v. *l. 23. §. 2. l. 29. §. 3. ad L. Aquil.*

1511 ACTIONIS GENERE.] Nihil * reſpondet *Auctor:* & magis *obſtat*, quòd ibi agatur de actione *ſtricti juris.*
1512 Itaque *dicendum eſt: ibi uſuras deberi *ex actione principali: intereſſe* verò peti ex *causâ ſuperveniente*, quòd *conventó locô* non ſolverit. Inde cùm in locô debitô ſi ſolviſſet, *uſuras* ipſum oportuiſſet præſtare: neceſſe eſt omninò, ut *immutati loci intereſſe* actori præſtet, ex *arbitrio* Judicis; quod requirit *adjectitia* actionis *qualitas: de eo quod certo loco dari oportet, l. 3. d. eo quod certo loco.*

1513 EX QVO.] Undenam * id conſtat? Utique *ex præcedentibus* hoc inferri non poteſt.

1514 STATUENDUM SIT.] Imò verò * hoc ſtatuendum non eſt. v. § *1. b.* Nequaquam enim ratione *fructuum* debentur uſuræ; ſed unicè ob *moram* in *ſolvendô* commiſſam: quæ *poſt traditionem* rei incipit, *l. 13. §. 20. d. A.*
1515 *E. V. l. 5. C. eod. &c.* Etenim * re non ſolùm fruitur, ùt modò dictum eſt, qui fructûs inde percipit: quanquam ſic evidentiùs mora arguatur; *d. l. 5 Cod.* ſed qui rem tenet manibus, cui *pretium* illud conſtituit; quandoc. *fru-*
1516 *ctûs* inde perciperet. Franzk. *d. act. E. Vend. n. 369. ſeqq.* Carpz. *2, 30, 6*, Richt. *2. Dec. 70. n. 11. ſeq.* Sic * enim in *aliis* quoque *contractibus* ſervatur. *l. 32. §. 2. d. Uſur. l. 54. locat. l. 25. §. 5. ff. l. 2. C. depoſ.*

1517 NON INTERPELLATUS.] Ergò * *poſt interpellationem* tenebitur ad uſuras, ex ſententiâ *Auctoris;* licèt nullos
1518 fructûs perceperit: quidni * ergò teneretur *ex morâ*
1519 *reali*, eô caſu. Proinde * concedat *ille* neceſſe eſt, uſuras *ſimpliciter ex morâ*, & *non in compenſationem fructuum*, deberi.

PRO

§. v.

PRO FACTO.] Nempe * *ad factum* hîc utique re- 1520
ſpicitur; ſed hoc factum *non eſt nudum;* verùm *implici-*
*tum,* quod implicitam habet *rei* dationem. *l. 218. d. V. S.*

§. vi.

EXISTIMANT ALIQVI.] Vaniſſimi * inventores il- 1521
lius actionis *quanti pluris?* quos *Antonellus* ſequitur *L. 2.*
*d. Temp. Legal. c. 31.* Nam * *emtori* ſolùm ſuccurrere voluê- 1522
re *Ædiles.* Quòd * autem venditori comparatum ſit re- 1523
medium ex *l. 2. C. d. Reſc. vend.* ob læſionem ultrà dimi-
dium: adeò certum eſt, ut ipſa *Lex* de *venditore* diſertè
loquatur. Et ſi * *ad dimidium* non pertingat læſio, nulla 1524
ei actio detur; niſi quòd *ob dolum* juvari poſſit, ſi eum
probare valeat.

§. xii.

ATTAMEN MAGIS EO RESPICIENDUM.] Utique
hæc * diſtinctio rem non conficit. Nam * ſi *in univer-* 1525 1526
*ſas* pretium ſtatuerit, unius vitium omnes vitiat, quoniam
una eſt venditio; Proinde * non eò *unicè* & * *ne quidem* 1527 1528
*præcipuè*, reſpiciendum eſt, an quis non niſi omnes emptu-
rus fuiſſet. Quin potiùs *adhuc diſtingui* debet: an * *pre-* 1529
*tium unum* ſit conſtitutum in res *univerſas*, an *plura pre-*
*tia* in *ſingulas*. *Ibi* vitium unius omnes vitiat; modò ſine
magno incommodo ſeparari non poſſint. *l. 34. pr. j. l. 35.*
*l. 38. §. f. b. Hic* verò ſolùm res illa, quæ vitioſa eſt, redhibe-
ri poteſt: quia tot ſunt emtiones, quot ſunt res & pretia;
*l. 72. d. evict.* niſi ob unius vitium etiam reliquas habere
non expediat. *d. l. 34. §. 1. eod.* Et * cur diſtinctionem illam: 1530
an in *univerſas* an *ſingulas* res ſit conſtitutum pretium,
*Auctor* repudiat? cùm * & *Africanus d. l. 34. pr.* eam *præ-* 1531

 *cipuè*

1532 *cipuè* attendendam velit. Cæterùm * ſi ob promiſſi fal-
ſum redhiberi velit: ſufficit ſimpliciter *unô pretiô* factam
emptionem, ut res omnes redhiberi queant; quamvis ſi-
ne incommodo ſeparari poſſint. *l. 64. §. 1. eod.*

§. XIV.

1533 INTELLIGENDA EST.] Et verò * quomodo aliter
poteſt intelligi? quàm *diſertè* loquitur. Vult autem,
quando pendente conditione actum ſit redhibitoria *inuti-*
*liter;* quoniam pendebat emptio: eveniente deinceps
conditione, poſſe iterum, h. e. *nunc utiliter* agi. vid. *l. 13.*
1534 *§. 5. d. P. & Hyp.* Ex * quô non conſtat, *iteratò* licere ex-
periri redhibitoriâ; vel etiam *priùs* quantò minoris, &
1535 deinde redhibitoriâ. Quin potiùs ex *L. 48. §. 7. d. ædil.*
*edict.* patet; quòd ſi quis de uno vitio per redhibitoriam
experiatur, & alia plura metuat: neceſſe ſit, ut *deſuper*
*proteſtetur;* ut ſi quod aliud impoſterum apparuiſſet, de
1536 eo *agere liceret.* Et diſertè *Ulpianus* * in *l. 31. §. 16. eod.* in
eô *diſcrimen* innuit *redhibitoriæ*, ab actione *quantò mino-*
*ris;* quòd *hac ſæpiùs*, ob diverſa ſcilicet vitia, agere liceat.
Interim verum eſt, non repelli eum, qui priùs ob vitium
aliquod actione quantò minoris egit; & deinde ob *aliud*
actione redhibitoriâ agere velit. Nec enim in diversô
1537 vitiô *exc. judicati* obtinet; indeque * de h. caſu *lex. 25. §. 1.*
*d. exc. rei jud.* intelligi non poteſt. Quin & cumulari *alter-*
*natè* ſuper *eôdem vitio* poteſt utraque actio.

§. XV.

1538 USQVE AD FINEM.] Adhuc * intrà annum, *l. 48.*
*§. 2. de ædil. ed.*

§. XVI.

PRUDENTUM.] v. *l. 11. §. 3. d. A. E. V. Junct. l. 6. §. 1. d. contr. empt.*

UBI JAM PERPETUA ADERAT.] Potuiſſent * 1539
tamen: nam & ipſe *Auctor* §. 7. cum *aliis* tradit, in aliqui-
bus *utiliores* eſſe *ædilitias*; quicquid * ſit de *duratione*. 1540

ANNON ACTIO EX EMTO] ob vitia rei ven-
ditæ ſit *perpetua?* quærit *Auctor*. Aff. ſi * quis *actione ex* 1541
*emto agat*.

PERPETUA.] Eſt ſcilicet * ratione eorum, quæ *na-* 1542
*turâ emtionis venditionis* continentur: quibus ea accen-
ſeri debent, quæ *pars illius* fiunt; ùt ſunt *pacta adjecta*.
Sed non eſt ratione eorum, ad quæ actio tantùm *porrigi-
tur*, ſeu quæ ſolùm *actione* continentur. Hinc accuratè
JCti in *l. 11. §. 3. d. Act. E. V.* redhibitionem *contineri* empti
*judicio*. Hoc verò ſe accommodat ad indolem juris, quô
redhibitio *circumſcripta* eſt. Quæ cùm ipſa *non* ſit *perpe-
tua*: non etiam actio, quæ pro remediô ad illam impetran-
dam conceſſa eſt, perpetua eſſe poteſt. Hanc * doctrinam 1543
firmat quàm maximè *l. 2. C. d. ædilit. act.* ubi *Gordianus*
Imperator, cùm ſervus, quem comparaverat emptor, poſt
anni tempus fugiſſet: *non videre ſe*, ait, quâ ratione eô nomi-
ne cum venditore ejusdem *congredi quærat*: redhibitoriam
enim ſex menſium ſpatiô, quantô minoris actionem annô,
concludi. Quòd ſi verò poſt hæc tempora per actionem
emti potuiſſet quærenti proſpici: indignè ei *Imperator* re-
ſpondiſſet. Nil * ergò ſequitur ex *Auctoris* argumentis in 1544
contrarium. Actionem emti aliàs eſſe perpetuam: (nec
* enim remedia *naturam* ſuam per omnia retinent, ſi *cum* 1545
*aliis* concurrant; cùm nec *doli exceptio* concurrens ubique
per-

1546 perpetua maneat.) A *JCtis* * illam ad breviorem termi-
num non reſtringi. Non ſequitur, Ergò non eſt accom-
1547 modanda ad tempus *actionum anteriorum ;* cumprimis *
quòd non fruſtrà *redbibitio* & vitii reparatio *ad brevius*
1548 *tempus* reſtrictæ ſunt. Neque * videatur poſſe *durare* fa-
cultatem redhibendi rem, aut ob vitium peti repara-
tionem, per totos *triginta annos.*

1549 CIRCUMSCRIBENDA.] Nil * inde ſequitur. Nam
*JCti* aliàs etiam actiones porrexerunt *ſucceſſu temporis* ad
cauſas aliquas, è quibus non auſi fuerant dare illas actio-
1550 nes *privatò arbitriò ;* velut * quando *directas* actiones de-
derunt ex contractibus *præpoſitorum* adverſus præponen-
1551 tes, &c. Et tamen * adhuc in cæteris *diſcrimen* actionis
*emti*, & *ædilitiarum*, non unum ſupereſt; qualia ipſe no-
1552 tat *Auctor* §. *XVII.* Indeque * multùm intereſt, utra *in li-*
1553 *bello* exprimatur. Et quid * ſi nil intereſſet? an propter-
eà, ut intereſſet, oportebit actionem emti in perpetuum
1554 dari? ſcilicet * ut tota *ratio Ædilitii Edicti*, qua ad *breve*
*tempus* facultatem emendandi *vitia* illa reſtrictam volue-
1555 runt *Ædiles*, ſubverteretur? Cæterùm * *Strauchii* tradi-
tio *Diſſ. poſter. Ædil. c. 3. §. 1.* ſubitanea eſt, & unô ſolùm
verbo ait, *civiles* eſſe *perpetuas:* abreptus curâ differentias
actionum inveſtigandi.

1556 NON PARITER.] Eſt verò * ingens differentia.
Quærere de *læſione* enormi quoad *æqualitatem pretii*, ra-
tione rei *non vitioſæ*, ùt tempore contractûs fuerat, intra
30. annos: & quærere de *vitio* rei emtæ, cujus difficilima
ſæpe, etiam intrà menſem unum alterumvè, eſt quæſtio,
1557 ùt experientiâ fori conſtat: quamque * non ita licet red-
hibere venditori *poſt tot annos* ; quibus durantibus vel ma-
xima & multiplex immutatio vitii rei venditæ accidere pot-
eſt. §. XVII.

§. XVII.

SEMPER CONSULTIUS.] Nil impedit. Propterea
*non oportet actionem empti dari *perpetuò*, ut ſit conſul- 1558
tiùs totam *rationem Edicti* ſubvertere. Et tamen * eſt 1559
in actione *emti*, quod in ædilitia non continetur: (id quod
A. ex *Strauchio* æquè notare poterat:) quòd *Ædilitiæ actio-*
*nes* regulariter non dentur *ob vitia animi; l. 1. §. f. d. ædil.*
*edict.* detur *Civilis. l. 4. pr. eod.*

QVAMVIS REVERA ARBITRARIA SIT.] Et
hinc, * quòd duplicem habeat condemnationem, *arbitra-* 1560
*ria* eſt. *d. l. 45. d. ædil. ed.*

§. XVIII.

ET VENDITORI.] Sic ergò habendum eſt. Quo-
niam ita redhiberi debet, ut uterque, & emptor & vendi-
tor, reſolutâ emptione nihil amplius conſequantur, nec mi-
nus habeant, quàm ſi venditio facta non eſſet. *l. 23. §. 1.*
*d. ædil. ed.* Hinc cùm de *venditore* hîc præcipuè quæra-
tur: oportet rem redhiberi, ut non ſit imminuta aut dete-
rior; id quod conſequitur arbitriò judicis, per *exceptio-*
*nem* oppoſitam, dum ei res deteriorata redhiberi vult:
*d. l. 23. pr.* idque jubent fieri Ædiles. *eâd. l. §. 1.* Sed * ob 1561
hoc non indiget *actione peculiari;* neque in id *actio in*
*factum* datur, quippe quæ emtori prodita eſt, ad pretium
recuperandum. Proinde ſi redhibita venditori fuerit res
extrà judicium, ſeu ſinè judicio, eaque deteriùs reddita
deprehendatur: quoniam ita per juſſum Ædilium ſibi
proſpicere non poteſt; non tamen ei data eſt *actio in fa-*
*ctum*, quippe quæ judicii *redhibitorii* eſt: & *præviâ red-*
*hibitoriâ* inſtituitur. Sed * potiùs *in ſubſidium* venditori 1562
in id *venditi* datur *actio:* quam *JC.* ait *in h. c. ſufficere.*

1563 *l. 23. in fin. pr. d. ædil. ed.* Deinde * oportet etiam venditori reſtitui accesſiones. *l. 31. §. f. l. 33. §. 1. d. t.* In hoc verò *actio in factum*, (quippe quæ ſolùm *emptori* ad *pretium* recuperandum prodita eſt, *l. 31. §. 17. d. ædil. ed.*) venditori competere non poteſt. Interim dicitur reſtitui per hanc actionem, *d. l. 31. §. 19.* quod ſervo in venditione *acceſſerat*; hoc eſt, dum emptor ad pretium agit: ſimul curare Ædiles, ut ipſe accesſionem illam priùs venditori reſtituat: quoniam ille, priusquam *plenè redhibitum* fuerit, ad pretium reſtituendum, & ſic ad parendum iſti actioni in factum, non tenetur. Igitur venditori utique *redhibitoria actio* non datur, nec *in factum* actio: quin potiùs ei proſpectum eſt dictô caſu deterioratæ rei, (quando ſibi conſulere non potuit arbitriô Judicis per redhibitoriam, h. e. *occaſione redhibitoriæ*,) per *actionem venditi*.

1564 STRAUCHIUS. ] Et tamen * ille *primus* in hâc re non fuit; ſed *Weſenbecii* hæc doctrina fuerat *in π. ad tit. d. ædil. ed. §. 9.* quem & ibi notat *Bachovius*; qui tamen malè *venditori* actionem *in factum* conceſſam eſſe, putat.

1565 DETERIORATA. ] Equidem * *Strauchius* non habet caſum deteriorationis, ſed *acceſſionis*; quâ in re tolerabilior eſt: nam utique de acceſſione loquitur *l. 31. §. 19.* modò *actio in factum* venditori poſſet competere; quæ tamen & ipſa non niſi *abuſivè redhibitoria* dici poſſet.
1566 Quid * verò vox illa *dicunt*, & tamen modò de *Strauchio*
1567 dixerat. Utique * *deterioratio* venit *in redhibitoriam*; ſed *excipiendô*. Cæterùm *Weſenbecius* & *Pacius* in caſum deteriorationis venditori *redhibitoriam* malè tribuerunt.

PER

PER L. XXIII. IN FIN. D. ÆDIL. ED.] Nil * ibi 1568
habetur. Dicere voluit *l. 23. in fin. pr.* Nec ad iſtam
provocat *Strauchius*, qui * nec adeò improvidus fuit, ut 1569
actionem *venditi*, quæ ibi diſertè nuncupatur, *pro redhibi-*
*toriâ* acciperet. Imò * ne quidem Ille de caſu *deterio-* 1570
*rationis* agit. Sed potiùs ob hoc, quòd venditi actio de-
tur venditori, in caſu qui ad redhibitionem ſpectat, *d. l. 23.*
*in fin. pr.* arbitratur, eidem quoque in alio, puta in acces-
ſionum, caſu, redhibitoriam dandam eſſe; quod probare
vult per *l. 31. §. 19. d. ædil. ed.* ubi *actionem in factum* vi-
detur, ùt emtori competit, ita etiam venditori compara-
tam eſſe. Quæ tamen omninò aliter habent.

REDHIBITORIA.] Quisnam * verò dixit unquam 1571
*redhibitoriam* dari poſſe *venditori?* Aut * quis unquam 1572
*actionem in factum*, quæ in §. *19.* habetur, niſi per abuſum,
dicere potuit eſſe *redhibitoriam?* Et tamen * *Auctor* ibi 1573
*propriè dictam redhibitoriam* intelligit: quaſi * verò *red-* 1574
*hibitoria* daretur *emtori* ad recuperandum *pretium.* Et
quid * eſt, *ad obtinendam ab emtore* hanc actionem? an 1575
idem eſt, ac ſi diceretur: ad hoc, ut emtor obtineat actio-
nem ſibi dari? quod falſum eſt: an * ut obtineat ſeu con- 1576
ſequatur per actionem, quod intendit? ſed ita, ùt ſolet
*Auctor*, non latinè loquitur. Et tamen ille ſenſus non pla-
cet *Auctori*; ſed quod ipſi ſolenne eſt, falſam opinionem
eligit: quaſi *actio redhibitoria* ei non competeret antè,
quàm omnia *reſtituerit.* Quomodo v. * hoc probabit 1577
ex *l. 31. §. 18.* Et * tamen ibi non agitur de actione *red-* 1578
*hibitoriâ*; ſed de *actione in factum* ad *pretium* repeten-
dum, quæ *iſtam inſequitur.* Hæc dicitur deficere, niſi ef-
fectum redhibitoriæ, plenâ redhibitione, dederit emtor.
Hoc * autem agnoſcit jam *Auctor in ſeqq.* Et tamen næ- 1579

 nias

nias iſtas obtrudit Lectori: ipſe varius; dum & falſas doctrinas aſſertivè ponit, nec deſtruit.

1580 COMPETERE POSSET.] Quâ tamen * non indiget; cùm *venditi* actio prodita ſit, quæ benignior eſt.

§. XIX.

1581 IN PERPETUUM.] At verò * hoc non eſt tempus determinatum, ſed infinitum; non aliter atque in pacto de retrovendendo, cui nullô unquam tempore, & ſic etiam nec longisſimô 30. annorum, præſcribi poteſt. Pingizer. *Qu. 41.* Cancer. *Tom. I. Var. reſol. c. 13. n. 52.* Gail. *2. O. 18.* ibique Græveus *Concl. 18. Conſid. 1.* & Mynſing. *I. O. 16. it. VI. O. 70. n. 20.* ubi quòd ſententia hæc *in Camerâ* recepta ſit. Facit eò *l. 55. d. fidejuſſ.* Nec minùs in hanc ipſam rem citant *textum* noſtrum *l. 31. §. 22. d. ædil. ed.* quaſi cum re ipsâ pactum hoc ambulet, etiam ad ſucceſſorem ſingularem: ut idcircò non ad *jus* actionis *ordinatum* reſpici debeat; ſed ad jus rei impoſitum ex *lege conventionis.*
1582 Fruſtrà autem huc * trahitur *l. 3. C. d. præſcript. 30. vel 40. ann.* quoniam illa agit de actionibus, quæ *certum tempus*, vel lege vel conventione, præſcriptum non habent. Jam verò uti *pactum diſplicentiæ*, per edictum, habet *dies ſexaginta*: ita partibus integrum eſt, iſtud immutare; & vel expreſsè *in perpetuum* porrigere: quod quidem tempus perpetuum in conventione diſertè conſtitutum *ſpatio 30. annorum* non finitur.

1583 NON TAMEN DUBITO.] Quoniam * tamen pactum hoc *Ædiles* ad Edictum ſuum accommodarunt, *d. l. 31. §. 22.* neque ullibi JCtos videmus ad iſtud *actionem E. V.* accommodâſſe: hinc noſtrum non eſt, ut actiones eò trahamus.
1584 Neque * hoc pactum inter *pacta adjecta* talia,

quæ

quæ emtioni venditioni *ineſſe ad agendum* poſſunt, haberi poteſt.

§. XX.

PRODITA SUNT.] Imò * *plura*. v. Dd. *ad Tit. Cod. d. Pact. int. E. V.* & *ad Dig. de Reſcind. vend.* 1585

§. XXI.

REI VINDICATORIA.] Quin * & *Publiciana*. Nec 1586
* tamen emptor *quæſtionem dominii* referre, aut *negare* 1587
*dominum* poterit actorem. Quod * non minùs *ad* §. *XXII.* 1588
notandum eſt.

§. XXII.

ACTIO VENDITI.] Neque enim per hoc, quòd res inempta habeatur, omnis obligatio inter E. & V. ſublata eſt. *l. 6.* §. *1. d. contrab. emt.* Quòd ſi verò *obliquis verbis*, ut res *redderetur*, conventum fuerit: hoc quidem pactum commiſſorium non eſt; interim ei propè accedit, & locum ſimul habet actio venditi *l. 3. C. d. pact. int. Emt. & Vend.*

§. XXIII.

EXTRANEUM EMTOREM.] Malè * definit & 1589
pejùs diſtinguit *Auctor*, ùt ſolet. Neque enim ſemper *extraneus* eſt, quem excludimus.

TACITUM JUS RETRACTUS.] Jus * *excludendi* 1590
habet in ſe *tacitum* Jus retractûs. Quid ſi haberet in ſe Jus retractûs *expreſſum* Jus excludendi?

AB EODEM EMTORE.] Imò * etiam *à tertiò*, ſuô 1591
modo.

REDIMENDAM.] Aſt hoc * pactum *JCti* non vocant 1592
*retractum;* ſed pactum *de retrovendendo.* Quin * & con- 1593
venire licet, ut emptor poſſit oblatâ re intrà certum tempus

pus, vel quandocunque, pretium ſuum recipere, *l. 6. d. reſcind. vend.* Quod diff. à pacto *diſplicentiæ.*

1594 QVIBVSDAM IN LOCIS.] Imò * *in plerisque*, ut-
ut variet.

1595 VEL EX TESTAMENTO.] At verò * dixerat ini-
tiò §. *1.* ſolùm de pacto; quod deinde diſtinguit. Sic er-
1596 gò * quod *teſtamentò* fit, illud fit pactô? Studeat Tabulis
1597 *Strykius*! Talis * etiam *Teſtatoris diſpoſitio* ad *legata* re-
ferri debet.

1598 A LEGE VEL STATUTO.] An * igitur etiam hinc eſt
*pactum retractûs?*

1599 PROHIBITVS.] Hoc * malè probat ex *l. 14. C. de Con-
trab. emt.* Siquidem ſi rectè inſpiciatur *textus*, non tam ad
jus retractûs *illa Lex* pertinet, ac ſi iſtud venditionis libertati
adverſaretur: ſiquidem non impedit jus illud venditorem
à vendendo; quàm ad *abuſum* prohibitæ in ſe *alienationis.*
Etenim reprobat illa *Lex* conſtitutionem, quâ *ſolis proxi-
mis* & *conſortibus* vendere licebat; non etiam *aliis.* Hinc
ſubjicitur *in textu: Superiori Lege caſſatâ unusquisque ſuô
arbitratu quærere vel probare poſſit emtorem.* Interim
re venditâ admitti poteſt, qui rem ex Jure propinquitatis
retracturus eſt. *add. l. 62. d. contrab. empt. l. 60. d. pact. l. 16.*
1600 *d. R. A. J. P. & ſim.* Eſtque * Jus illud retractûs *æquitati*
vel maximè conſentaneum *l. 22. C. d. admin tut. vel. cur.*
1601 *l. 38. d. R. V. l. 35. d. Minor.* Quod * & *Hebræis* & *Græcis* uſur-
patum fuit.

1602 L. CONGRVIT. IV. D. LOCAT.] Citare debuit *
cum eo, quem ſecutus eſt, *Legem 4. C. de Locat. præd. civil.*
Et tamen * in *hâc Lege* nil quicquam eſt de *retractu vicini-
tatis;* ſed ſolùm quòd prior poſſeſſor prædii civilis, novo
1603 præferri debeat, in *locatione.* De quô Jure v. Sand. *III.*

*Dec.*

*Dec. T. 6. D. 3.* Quin imò * retractus ex Jure *vicinitatis*, 1604
quod Jus paucis locis receptum eſt, *differt* penitus à Jure,
quod *congrui* vocare ſolemus, das Geſpälte; ut qui par-
tem domûs v. c. vel agri habet, in alterâ parte, quæ iſti *con-*
*gruit*, præferatur. v. Richt. *Dec. 86. n. 59. 64. ſeqq.* Ex quô
* patet, *nomen ſuum* ne hoc quidem Jus habere ex *d.*
*l. 4.* Quin potiùs * ita *quodlibet Jus*, quod *æquitati con-* 1605
*gruit*, poſſet *Jus congrui* appellari. Cæterùm * etiam hæc 1606
*Auctoris* diſpoſitio, in quâ & aliæ ſpecies *deficiunt*, manca
eſt: & tamen ſuſcepit nobis *ſpecies Juris retractûs* repræ-
ſentare!

§. XXIV.

CAUTUS OMNINO SIT.] At verò * hoc ipſum 1607
*Cautelis* relinquendum fuerat. Quisnam verò emtor ſibi
patiatur *retractum imponi*, poſtquam rem ſibi *traditam*
habet? Eſt * verò *ſingularis cautela*, & ἐν εὑρεματικοῖς ponen- 1608
da: *ſi vis* habere *adverſus tertium* actionem *hypotheca-*
*riam: tunc oportet ut tibi in re illâ hypothecam re-*
*ſerves!*

CONTRAVENDITIONIS.] Optima * expreſ- 1609
ſio!

INTEGRA VENDITIO.] Quidni * *dimidia* vendi- 1610
tio dici poſſet? Per *Auctoris* loquendi modum nil impe-
dit. De cætero *ille* perſpicuè rem expreſſit: nam *vendi-*
*tionem* hîc intelligit primam, *contravenditionem* verò ſe-
cundam, primi emtoris.

§. XXV.

EXTENSUM.] Satis * pronus eſt *Auctor* in *exten-* 1611
*ſiones* Jurium. Et tamen cùm retractus obtinuerit *ante*
*Jus Feudale* Civili Jure; nec * aliter ferat natura ejus, niſi 1612
ut *adverſus quemlibet poſſeſſorem* detur: *non* * etiam ſit *ex* 1613
*con-*

*conventione;* ſed *ex ſtatutô.* Hinc quoniam res ſtatutô
afficitur, oportet ut actio pro re revocandâ *in tertium* di-
1614 rigatur. Quòd * verò *intrà annum & diem* facultas illa
revocandi competat: illud pariter *ex J. Feud. extenſum*
non eſt; ſed *Germaniæ moribus* in *re quâlibet* obtinuit:
quam *Germaniæ* conſuetudinem in rebus quoque Feuda-
libus *Jus Longobard.* exprimit; indeque nullâ hîc *exten-*
1615 *ſione Juris Feudalis* indigemus. Nec * ſequitur, *Jure*
*Juſtinianeô* tempus hoc ignotum eſt. Ergò *ex Jure Feu-*
*dali* extendi id ad res *allodiales* oportuit.
1616 EX LEGE.] Oportet ſanè, * poſtquam retractus *an-*
*te reductionem Juris Juſtinianéi Germaniæ moribus* obti-
1617 nuit, (quamvis * in *J. Juſtin.* prohibitus non ſit,) actio-
nem *ex moribus* ſ. condictionem ex moribus vel ex *ſtatu-*
*tis*, ſi quæ in eam rem alicubi exſtent, locum habere.

§. XXVI.

1618 PINGUIUS.] Ratione * *temporis;* quamvis in ſe ſpe-
1619 ctetur, & *citrà pactum commiſſorium* vel *hypothecæ.* Sed *
non pinguius in ſe, ratione *tertii* poſſeſſoris; quia ob id
adverſus tertium actio dari nequit.

§. XXVII.

1620 INTRA DECEM ANNOS.] At verò * *Jus Feudale*
non aliam novit *præſcriptionem*, quàm 30. annorum. v. *Dd.*
1621 *ad II. F. 26.* §. *Titius.* Quid * ergò ex *l. 7. C. d. P. Hær.* ar-
gumentatur *Auctor?* & ex *l. 3. C. d. præſcript. 30. ann.* Ne-
1622 que * enim res illa *Feudalis* eſſe deſinit talis, per bonam
1623 fidem & juſtum titulum poſſeſſoris. At * verò res Feu-
dalis ante 30. annos præſcribi non poteſt: quæ eſt verior
1624 apud *Vultejum* & *Recentiores* omnes, ſententia, ipsô * etiam
1625 *Forô* recepta: nec * *ullô textu Feudali* diſtinctionem inter
poſſeſſorem, *cum* & *ſinè b. f. & titulô*, firmare poterit. Ac-
cedit,

cedit,* quòd fruſtra ex *J. Civ.* differentiam petitionis hære- 1626
ditatis, quippe quæ longisſimi temporis eſt, & rei vindica-
tionis, quæ tempus longum habet, ad *revocatoriam rei*
*Feudalis*, quæ * adverſus utriusque generis poſſeſſorem 1627
eadem eſt, applicare nitatur: cùm tamen * actio revoca 1628
toria non mutetur *ex differentiâ poſſeſſoris*, quantumvis
titulô & b. f. inſtructus ſit; ſi longisſimô tempore ſic poſ-
ſederit. Nam * & *Jure Saxon.* inter vindicationem rerum 1629
immobilium *ſingularium* & *hæreditatis petitionem*, quoad
præſcriptionem, *nullum diſcrimen* obtinet: quod ex *veteri*
*Saxonum conſuetudine* proficiſcitur.

HÆC CAUSA EST.] Non * hæc quidem cauſa eſt, 1630
ut de præſcriptione judicium ſumi poſſit: ſed ut de actio-
ne inſtituendâ certus ſit actor: quoniam *hæreditatis pe-*
*titio* adverſus *ſingularem* poſſeſſorem non datur. In *re-*
*vocatoriâ* * autem *Feudi* actione nil refert, quô etiam *ti-* 1631
*tulô* reus posſideat; quoniam * actor obtinebit, quando 1632
rem Feudalem eſſe, & ad ſe pertinere, oſtenderit.

§. XXVIII.

DE QVA DIXI.] Videtur * tamen jam *ſuperiùs* 1633
§. *XIX.* ob paritatem rationis, illam quam *communem* pu-
tat, *Dd. ſententiam* approbâſſe. Uti * verò ibi *falſam* eſſe 1634
dixi: ita nec *communis* haberi poteſt; quicquid ſit, quòd
*Menochius* pro eâ *41. Auctores* citet.

EXPRESSE.] Sed quid * aliud eſt in voce, *quando-* 1635
*cunque* placuerit? Nam ſi maximè vox illa adjecta non fo-
ret, emptor nihilominùs haberet ad redimendum rem
venditam ex pacto ſimplici *30. annos.* Oportet * igitur ut 1636
*effectum* aliquem & efficaciam majorem habeat *adjectio*
vocis illius *quandocunque*, quæ *infinitatem* reſervat.

§. XXIX.

1637 QVERELAM.] Quid intereſt,* inſipidas referre ſenten-
tias? de querela aut reſtitutione in integrum, primò ſtatim
intuitu abſurdas & falſas. Interim querela non foret *extra-*
1638 *ordinarium* quid, cùm nil aliud ſit, quàm * actio *ordinaria:*
1639 neque *Condictio ex L.* eſt remedium *extraordinarium* * vel
*ſubſidiarium*, quoties fundamentum *in Lege* habet; quæ *na-*
*tura* illius eſt.

§. XXX.

1640 AGI POTEST.] Quòd ſi * verò res in fraudem cre-
ditorum alienata revocari poteſt, eô caſu, quô *emptor frau-*
*dis conſcius* fuit, ſimpliciter: *l. 1. pr. l. 10.* §. *2. l. f.* §. *1. Quæ*
*in fraud. cred.* ſi non fuerit conſcius, nequaquam illa dari
poteſt creditoribus actio; ſed ſi quæ daretur *ex d. l. 2.* agi de-
bet *per ipſum debitorem.* Hinc non apparet, quâ ratione
agi *utiliter* poſſit ex edicto?
1641 VERIOR SENTENTIA EST.] Et * quînam aliter
peteretur? Utique *Sandius c. l.* non agit de petitione ſim-
1642 plici *ex d. l. 2.* ſed de * *ineptô libellô*, quô quis ob læſionem
immodicam major 25. annis ſe in integrum reſtitui petie-
rat. Hunc libellum ſalvatum ait cl. ſalutari. Nec mora-
1643 mur miſeram * *Pinelli* diligentiam, in tot tricis inanibus
1644 recenſendis. Utique * ſi actione *ex emptô* agendum eſt,
non poteſt agi *præciſè* ad *reſcindendum:* & ſi facultatem
habet reus ab emptione, nî juſtum pretium ſupplere ve-
lit, diſcedendi: non poteſt *ſimpliciter* agi *ad ſupplendum.*
Sunt enim affaniæ, quæ *Veteres* nonnullos detinuêre, quaſi
*libellus alternativus* nullibi valeat, dudum diſcuſſæ.

§. XXXI.

1645 DUBITANT QVIDEM DD.] Nemo ferè *
præ-

præter *Cujacium*, qui *legem 2.* penitùs ſingularem eſſe exiſtimavit. Sed & hæc pertinet inter rejectas ſententias. v. *C. J. A. b. t. tb. 5. in fin. & tb. 6.*

HOC CASU.] Quin & * venditorem ita læſum eſſe 1646
oportet, ut *nec dimidium* ejus acceperit, *quod dedit*. Nam *diverſa ſententia*, quæ alicubi *ſtatutis* recepta eſt, læſum habendum, ſi læſio dimidium juſti pretii excedat, v. c. ſi quis rem 40. aureorum pro 61. emerit, non convenit *Legi 2. C. d. R. Vend.* ùt *alibi* oſtenſum eſt: cùm ſit *læſio ultrà tertiam*.

§. XXXII.

RESTITVAT VENDITOR.] Imò * licèt culpâ em- 1647
toris perierit: quæ verior eſt *aliorum* ſententia. Quidni
enim ſic venditor reſtitueret emptori, quod ab hoc ultrà
juſtum pretium accepit. Nam * ita æqualitas poſtulat. 1648
Nec * *culpam* in re ſuâ in tantum luere debet emptor. 1649
Quid * quòd etiam quando *caſu* periit, non poſſit habere 1650
venditor arbitrium recipiendæ rei; & tamen ad ſupple
mentum pretii teneatur. Aut verò * oporteret dicere, in 1651
caſu *rei peremptæ* non fore locum remedio; quod dici
non debet, nec *Auctor* dicit. Sufficit, * quòd pretium ſu- 1652
perabundans non debeat venditor cum damno empto-
ris retinere. Et ſatis * damni ſentit ſuæ culpæ emptor, 1653
quòd re cariturus ſit; cùm quidem venditor retineat juſtum pretium.

REI PEREMTÆ.] cujus interitu liberatur. Et *utrobique* debet *poſſe* reſtitui *ſuperfluum*, quod quis dedit; nim.
ſuperfluum pretii emtori, & ſuperfluum in re venditori,
per reſtitutionem rei ipſius cùm * individua eſt, vel partem 1654
excedentem, ſi dividua vel quantitatis fuerit. Idemque * 1655

h. c. dicendum eſt, ſi *culpâ emtoris* res perierit. *arg. l. 18.*
§. *1. ſol. matr. l. 25.* §. *11. d. P. H. & ſim.*

§. XXXIII.

1656 EX ILLO NEGOTIO.] Cùm verò * ex nullô illo-
rum negotiorum ullibi proditum ſit illud vel ſimile re-
medium; & ſimul eò extenſum à Dd. ob parem rationem
æquitatis & ſimilitudinem, quam cum emtione venditio-
1657 ne habent. Ideò veriùs eſt,* *actionem utilem ex emto ven-*
1658 *dito* competere. Nam & * in evictione circà dationem
in ſolutum v. c., actionem *utilem ex empto* locum habere
conſtat. *l. 4. C. d. evict. l. 24. d. pign. act.* & ſic in aliis. Nec
1659 * unquam licet urgere læſionem ultrà dimidium; niſi ad
iſtam conſtitutionem *L. 2.* quæ ad venditionem pertinet,
provocetur.
1660 PRINCIPALITER.] Ergò * hoc remedium reſultat,
ex quolibet illorum negotiorum & contractuum, *minùs*
1661 *principaliter?* Et * quænam ſunt aliæ actiones, quæ ex illis
reſultant *minùs principaliter?*
1662 IN ACTIONE FAMILIÆ ERCISC.] Nempe * quia
non poteſt hac actione niſi *ſemel* agi: ideò oportet aliam
hîc quærere actionem, quàm quæ aliàs *ob læſionem enormem*
competit? Egregia *actionum inveſtigatio!* vel ingens ſaltim
1663 incommodum, quod ex falsâ *Auctoris* ſententiâ reſultat. Et *
tamen adhuc etiam poſt diviſionem *extrà judicium,* licebit
omnem inæqualitatem emendare F. E. judiciô. *l. 1. C. Fam.*
1664 *erc.* Semel * autem rebus *judiciô* diviſis, licèt quis immo-
dicam læſionem arguere vellet, ne quidem audietur. *l. 36. ff.*
*Fam. erc. j. l. 3. C. eod.* v. Carpz. *3. 3. 11.* & *3. 15. 20.* Neque ve-
rò ſi quid dolô, ſordibus aut gratiâ contigerit, ad remedium
1665 *l. 2. C. d. Reſc. vend.* hoc pertinet. Omninò ergò veriùs eſt,*
inæqualitatem ultrà dimidium ex *L. 2. C.* per actionem ex
emto

emto utilem, emendari poſſe, quæ in extrajudiciali diviſio-
ne contigit; vel etiam argui, ſi plura dividenda reſtent,
*Fam. erc.* judiciô. Aut * ſi tantùm in re illà diviſâ læſio do- 1666
lô, quamvis infrà dimidium, contigerit, ſecundùm *l. 3. C.*
*Communia utriusque judicii*, læſis ſubveniri poſſe.

CONDICTIO EX L.] Quidni * recurrit *Auctor* ad 1667
*implorationem officii judicis?* tanquam aſylum in hâc *actio-*
*num inveſtigatione?* Jam * verò rurſus prætendit dictam 1668
*L. 2.* eſſe *novam* Conſtitutionem, etiam * quoad *remedium;* 1669
quod anteà *negaverat.* Si verò * non eſt nova actio in 1670
eâ Lege, cur non eſt *nova in E. V.* ſed nova eſt in *aliis ne-*
*gotiis?* Et * ſi nova in his, an eſt nova *per Legem?* Et ubi- 1671
nam * *in Lege*, ùt nova, reperitur? ſi *par* eſt ratio *cætero-* 1672
*rum negotiorum*, ùt eſt emtionis. Quòd * ſi verò ex *ſen-* 1673
*tentiâ Legis* educitur, eò quòd verbis ejus expreſſa non ſit:
an hæc eſt *condictio ex lege?* an * *omnis* actio *utilis* eſt *con-* 1674
*dictio ex Lege?* Quàm pœnitebit *Strykium!* quòd non *con-*
*dictionem ex moribus*, (ſed æquè ineptam,) ad *h. l.* ſubſti-
tuerit. Neque enim moribus hîc introductum quid eſt,
ſed *vis interna Legi* actionem quoque dari voluit.

§. XXXIV.

LEGI LOCATIONIS.] Hoc * nomine ſolet non 1675
niſi *pactum* locationi adjectum intelligi. Cur ergò *Auctor*
ſubſtituit *h. l.* & §. *41.* & *paſſim*, ſuas definitiones, frigidas
& mancas, aliis longè rectioribus.

§. XXXVII.

ET SIC IN DOMINIO ADHUC LOCATORIS.]
Igitur * poſtquam *à ſolo ſeparati* ſunt, non ampliùs ſunt in 1676
dominio locatoris, ſed *Conductoris;* indeque *illius pericu-*

 *lo?*

*lo?* & tamen §.*38.ſeq.* periculum ferre tunc denique vult
conductorem, quando fructibus *in borrea relatis* (ſic lo-
quitur,) damnum obvenit. Videlicet vera eſt ſententia,
quòd tunc demum, ſi *perfectè percepti*, & ſic collecti, at-
que in horrea reconditi fuerint, *conductor* ferre *periculum*
teneatur: Quòd ſi verò fructibus adhuc in fundo jacenti-
bus, *licèt à ſolò ſeparatis*, damnum, ſinè culpâ conductoris,
accidat: conductori ob damnum, ſi quod inde exſurgat, in-
tolerabile, *remiſſio* quædam ex penſione fieri debeat. Non
1677 itaque * ratio illa, quam *Auctor* de *dominio fructuum* §.*37.*
fingit, adæquata aut juridica eſt. Secùs in *Uſufructu*, *l.13.*
*quib. mod. Uſuſf. amitt.* in quô *favor* pro beneficio Uſu-
fructuarii efficit, (cumprimis etiam, quòd in hoc, quoad pro-
prietarium fundi, magis ad *hujus dominium* reſpiciendum
ſit,) ut ſufficiat, fructûs *à ſolò ſeparatos* eſſe, quòdque non
1678 ampliùs *cauſæ dominii adbæreant*. Hìc * verò omninò
*odium*, ùt eſt in conductore fructuum *periculum*, reſtringi
convenit.

§. XXXIX.

1679 PENSIONEM PRO FRUCTIBUS.] Hæc * verò ejus
ratio ne quidem eſt; ſed quòd *onera* illa ſequantur fun-
dum ſ. *poſſeſſorem* ejus. *Conductor* verò *non poſſidet.*
1680 Quare etiam *Uſufructuarius* * ad onera illa tenetur, &
1681 * *creditor;* niſi quòd hic debitori onera illa ſ. contribu-
tiones *imputet:* quoniam oneroſô titulô fructûs, & in *com-*
1682 *penſationem uſurarum*, percipit. Utique * ad *poſſesſorem*
primò reſpici debere, ipſe *Klockius c. l.* & *Tabor*, *P. 2. c. 3.*
1683 *th. 17. & 19.* tradunt, (* nil diverſum habet *Carpzovius*,)
utut in Uſufructuario reſpiciat *Tabor* unà poſſeſſionis *com-*
1684 *modum: nec* tamen * commodum *aliter, niſi quoad poſſeſ-*
*ſorem.*

*ſorem.* Quæ deinceps *in* §§. *ſeqq.* adducuntur, vulgaria & paſſim obvia ſunt.

§. XLVI.

CONTRA TERTIUM NON COMPETAT.] Videbimus *inferiùs.* Cæterùm * *Salvianum interdictum* 1685
directum non niſi *ruſtici prædii locatori* competit.

IN EO EST UTILIUS.] Nec * tamen in hoc ſolô; 1686
ſed in *pluribus aliis.*

§. XLVII.

ETIAM ALTIORIS INDAGINIS.] Sed * tamen 1687
admittenda non eſt *exceptio dominii. l. 25. C. Locat.* Sanè
* ex illâ *Lege 25. C. de Locato Cond.* nemo exſculpet *Re-* 1688
*medium poſſeſſorium:* niſi * velis remedia poſſeſſoria quo- 1689
que eruere ex *l. 16. Commod. l. 1.* §. *39. Depoſ. l. 22.* §. *2. d. Pignorat. act.* quoad ſingulos hos contractûs, & alia *ſimilia*, in quibus *exceptionem dominii* referre non licet: de quo
v. P. Barboſ. *ad l. 12. ſol. matrim. n. 32.* quamvis * *ad proba-* 1690
*tionem dominii* ſe quis *in continenti* offerret; quô caſu illam admittit *Buſius L. 2. d. ann. redit. c. 7. n. 22. ſeq.* & admittere eandem teneretur *Auctor;* quoniam eâ ratione
non eſt altioris indaginis. Planè * de *naturâ* ipſius actionis 1691
*Locati* eſt, de qua *in d. l. 25.* agitur, quòd *exceptionem domi-*
*nii* non admittat. Unde * fruſtrà *condictionem ex* illâ *Le-* 1692
*ge* ſibi fingit *Brunnemannus* in *Comment. ad eandem;* de quâ commentatione, cùm ad eam hîc *Auctor* provocet, eâdem evolutâ, judicent alii.

IN PRAXI TAMEN.] Lepidum hoc eſt. * Non 1693
eſt hæc traditio *Juri noſtro* conformis; ſed tamen *in praxi*
ab eâ recedendum non eſt? Scil. * vult obtrudere *Foro* hanc 1694
*ſuam doctrinam* illius celebris nempe *ex l. 25. C. d. Locato*

Cond

1695 *Cond.* Remedii poſſeſſorii. Nam * licèt, ait, in actione lo-
cati æquè non admittatur dominii exceptio, uti non admit-
titur in efficto illô remediô: tamen *in praxi* eſt conſul-
1696 tius, illô Remediô agere. Videlicet * conſultius eſt reme-
1697 diô agere, quod *non* eſt *utilius?* imò * *ne* quidem eſt *in*
1698 *rerum naturâ;* nec * tali usquam *indigemus.*

§. XLVIII.

1699 INTERDICTUM DE MIGRANDO.] Et tamen *
jam tempore *Ulpiani* infrequens fuit hoc Interdictum;
1700 quippe * quòd huic rei etiam *extrà ordinem* ſubveniri
poſſit; *l. 1.* §. *2. d. Migrando.* quod monere debebat *Au-
ctor.*

§. XLIX.

1701 ORDINARIÆ ACTIONES.] Quaſi * verò non
ſit *ordinaria actio*, quando is, qui opus faciendum,
conduxit, *actione conducti;* & is qui illud locavit, *actione*
1702 *locati,* experiuntur. Et * quomodo de cætero poteſt dici,
agere debere eum, qui *conduxit opus*, actione *locati?* quip-
pe quâ non petitur *merces*, quam ille tamen ſibi ſolvendam
1703 intendit? aut * quomodo idem poteſt actione *ad operam
relatâ* agere, actione *locati;* cùm ſi vel maximè operam
1704 locatam præſtitam dicere velit, non tamen * præſtitiſſe il-
lam cenſeri poteſt, niſi *opus* confecerit, ad quod tendit, &
1705 cujus gratiâ præſtatur opera. Quocircà * *opera* potiùs pro-
ducenda *ad opus;* quàm retrò opus ad operam. Conſul-
1706 tiùs * ergò *Auctori* fuerit, ſequi in eô ſermonem *latinum,*
ubi magis ad *opus* reſpicitur; & qui illud conduxit, con-
ductor dicitur, non adeò locator operæ; (ùt in *ſimplicis*
1707 *operæ* locatione:) neque etiam * illa loquendi ratio, quâ
1708 *Leges* & *JCti* utuntur, eſt *impropria.* Sequatur * *textûs*
in

in *l. 22. §. 2. l. 11. § 3. l. 13. §. 1. l. 19. §. 7. l. 59. l. 30. § 3. Locat.*
*l. 1. d. æſtim. act.* ipſosque * *Interpretes* communiter, ut 1709
*operæ* ratio non habeatur in hac denominatione, niſi cùm
*ſola* eſt; *operis* verò, quando ad illud opera tendit. add.
*l. 36. Locati. l. 12. §. 10. eod.*

§. L.

IN CONTRACTUM INNOMINATUM
TRANSIRE.] An * ergò tranſit *locatio conductio* in *con-* 1710
*tractum innominatum*, quando datur *res* pro *operâ?* Ubi-
nam * illa locatio, quæ tranſit in contractum innominatum? 1711
Et * quâ ratione poteſt dici, hoc *facilè* fieri, quod *nunquam* 1712
fit, *nec* fieri *poteſt*. Anne * *fuit* locatio, quæ *deinde tranſit* 1713
in contractum innominatum? ita ſanè oportebat.

DETVR.] Quid * tamen ſi *res fungibilis* detur vel 1714
promittatur, quæ *locum mercedis* ſubire poteſt: numquid
ita contractus erit *innominatus?* Poſſe * verò fungibilem 1715
quoque rem aliam, præter pecuniam numeratam, conſti-
tuere, in quibusdam locationis ſpeciebus, *mercedem ſupe-*
*riùs* diximus.

PROMITTATVR.] Hîc * verò habemus *novum* ge- 1716
nus *contractûs innominati* ex *Jurisprudentia Strykianâ*,
quod conſtituitur *promiſſione!* ſalvis ſcilicet *principiis* Ju-
ris Romani!

POENITENDI.] Quaſi verò * non æquè *pœnitere* 1717
poſſit, qui *rem præſtat*, ſi non accipiens *protinùs* ex ſuâ
parte impleverit: quod ſi faciat, pœnitentiam illam facilè
excludet.

§. LI.

AD FACTVM.] Imò etiam * *in aliis objectis* loca- 1718
tionis. *l. 7. 8. 9. pr. l. 40. inf. l. 33. l. 19. §. 1. l. 33. ſeqq* & *paſ-*
*ſim ff. & C. Loc. Cond.*

1719 NON LIBERABIT.] Sed * ubinam dicitur, quòd
*locator operæ*, ſi *caſu* impeditus fuerit, etiam ad *intereſſe*
1720 conductori teneatur? Neque * verò *l.15.§.6. locati.* de
1721 *æquitate* loquitur; nec * quisquam præſtat *caſum fortui-*
*tum. l.15. pr. d. op. lib. l.4.§.5. d.ſtatu lib.* Quin potiùs
quæſtio eſt, annon ſi caſus fortuitus *in perſonâ* operas locan-
tis acciderit, ad *mercedem* conductor teneatur? *l.10.§.f.*
1722 *ad L. Rhod. d. jactu.* Sanè * ſi caſus *in perſonâ conductoris*
accidat, tota merces locatori debetur. *l.19.§.9.10.& l.38.*
*§.1.ff. locati.*

1723 QVOD CONDVCTORIS INTEREST.] Igitur*
locator tenetur ad intereſſe, *ſive culpâ ſuâ* impeditus
fuerit, quò minùs operas præſtet, *ſive caſu fortuitô.* Æqua-
bilem verò Jurisprudentiam!

§. LII.

1724 SI OPUS ILLVD.] Sed * *textus* quos citat *Auctor*,
non loquuntur de *opere* facto, ſed de *operis* ſimpliciter.
1725 Eſt * verò ſollicitè quoad *caſum fortuitum* diſtinguendum,
inter locationem operarum ſimplicium: & ſi quod opus
1726 conductum ſit. Rurſus, * in *hac* locatione, ad caſûs *in*
*perſonâ* & *opere* evenientes reſpiciendum; quod & *JCtus*
1727 facit in *cit.* per *Auctorem l.51. §.1. locati.* (nam * *l. 26. eod.*
nil habet quod huc pertineat,) *Auctor* verò negligit. Jam
1728 * enim *ſuperiùs* ille faſtidivit *ſubtilitatem* in diſtinguendo
*inter operas ſimplices*, & operas, quibus *opus* faciendum eſt.
Nempe hæc difficilia, hæ diſtinctiones, hæc obſcura, nil ad
*JCtos;* quamvis inde quotidiana Fori dijudicare opor-
teat!

1729 NISI PENITUS VI MAJORI.] Quid eſt * *penitùs*
1730 perierit? & * annon etiam hoc eſt periculum operis, quan-
do

do *vi majori perit?* ſive *penitùs* ſive *ex parte.* Debebat * *Auctor* diſtinguere inter *periculum*, quod *operis vitio* contigit, & quod *vi majori: hoc* ad locantem pertinet; (niſi tamen aliud actum ſit:) *illud* ad conducentem. *l.36. l.51. §.1. l.59. §.f.b.* Hocnè eſt obſcurum? ùt quidem eſt *Auctoris* docendi ratio: quâ ubique per imperfecta, conturbata & falſa incedit. Nec tamen adhuc obſervaſſe hoc ſufficit. *Omittit* * enim *Auctor* in *h. quæſtione membrum alterum*, ſi caſus *circà materiam* contigiſſet: de quo *v. l.13. §.5. eod. l.33. l.31. h.t.* Ulteriùs * *omiſit Auctor*, quid juris ſit *in uſu rei locatæ;* ſi circà hunc, quò minùs ſc. re locatâ uti potuerit conductor: juris ſit? Oportuit enim * aut præterire *quæſtionem* illam *de caſu* ſuſceptam, aut non mutilatè tractare. Quod breviùs, diſtinctiùs & veriùs fieri poterat; ſaltim à *Strykiò* non poterat!

1731

1732

1733

1734

## §. LIII.

IN JURE NOSTRO PRODITUM NON EST.] Mirum eſt, * ſi non prodita ſit actio, qua *emtor* prædii convenire poſſit eum, qui id *ex locatione* tenet à venditore, ut prædio cedat! 1735

ORDINARIA JURIS PRINCIPIA.] Quænam * ſunt illa *extraordinaria?* Nempe quæ *Auctori* adeò non placent, ut potiùs vellet omnia principia eſſe ordinaria. Sic enim multâ difficultate accurationis ſuperſedere poſſemus. 1736

IN POSSESSIONE SIT.] Ac ſi * verò non oporteret *tradere* venditorem emtori ſuo rem venditam, *vacuam à quolibet jure*, etiam *Conductoris? l.2. §.1. d. A.E.V. l.9. §.1. d. ſolut.* Planè * ſi venditionis tempore *non poſſideat* aut detineat rem *venditor*, etiam citrà vacuæ poſ- 1737 1738

 ſeſſio-

ſeſſionis traditionem, Domini locô habetur emtor, cùm
ita placuerit. v. *l. 18. §. 1. d. A vel A. poſſeſſ.* & Textor. *de-*
1739 *ciſ. 3. not. 1. n. 3.* Neque * dubium eſt, quin ei, qui eſt *Domi-*
*nus*, liceat *rei vindicatione* experiri *adv. conductorem al-*
*terius*; (modò huic titulô *univerſali* non ſuccedat.) *l. 9.*
1740 *d. R. V.* Cæterùm * *conductor ſibi* rem *detinet*: eamque
1741 detentionem ei Locator eripere non poteſt. Neque *
verò pro *dejiciente* haberi poteſt Conductor, ſi detentio-
ne, jure ſibi competente, cumprimis adverſus locatorem
1742 ſuum, uti velit: ex * cujus *locatoris* perſonâ hîc totum
illud negotium poſſeſſionis, quatenùs in factô conſiſtit,
perperam expendit *Auctor*; vagus & inanis diſputator:
quem vereor ut *Zollius* facilè deprehenderet, in ſententiâ,
1743 licèt ab aliis non agnitâ. Et * quis non videt in *l. 12. de*
*Vi & Vi arm.* agi de *colono*, qui *cauſam* ſuæ detentionis
1744 *negat*, ſeque poſſeſſorem eſſe prætendit: cùm * non mi-
nùs conſtet, colono interdictum *Unde vi*, quà talis eſt,
haud unquam competere. *l. 1. §. 10. in fin. d. t.* ibi: *non ta-*
*men, ſi colonus. J. l. 15. C. Locati* & *eleg. tx. l. 20. d. A. vel A.*
1745 *poſſ.* Idemque * ad *L. 18. eod.* obſervandum eſt: quâ & *Me-*
*vius* ad neganda colono interdicta utitur. *VII. Dec. 159. n. 10.*
1746 Imò * colonus ne quidem *adverſus tertium* interdictô
*Unde vi* experiri poteſt; niſi priùs poſſeſſionem interver-
terit. v. *Gl. ad d. l. 15.* & Wameſ. *2. Conſ. Can. 323. n. 3.*
1747 ALII DD.] Quinam * verò *Dd.* tam improvidi ſunt?
ut *condictionem ex Lege* ad quemlibet *textum* accommo-
1748 dent: quamvis * in eô nullum ſit novum remedium, & *
1749 1750 ne quidem eô opus ſit. Imò * diſertè in *tx.* habetur, id
*Locati Conducti* bonæ fidei judiciô *contineri*, quod *pactô*
1751 *adjectô* conventum eſt. An * ergò nunc *ex pacto* con-
1752 tractui *adjecto* datur *condictio ex Lege?* Cæterùm * quod
*Auctor*

*Auctor* ſuppeditat in antecedentibus remedium, quô poſ-
ſit venditor *ire* in fundum, & *tradere* emtori poſſeſſionem,
(quaſi verò * non poſſit tradi poſſeſſio, quamvis nec indu- 1753
cam ſucceſſorem in fundum, nec claves ei tradam, quæ
quidem ad ſuperflua εὑρήματα *Auctoris* pertinent,) & quæ
* deinceps de *reſiſtentiâ* Conductoris, & expulſione loca- 1754
toris adfert: illa ſanè ad ea, quæ juri conſona ſunt, non
pertinent; indeque in *remedium* malè ſuggeruntur: Nam
licèt conductor non poſſit excludere emtorem tertium
ab emtione, vel jure in re quæſito; tamen indignum eſt
docere, quòd * locatori venditori liceat *ejicere de facto* 1755
colonum ſuum. Etenim * ſicut non poſſet illum ejicere 1756
*emtor*, ne quidem de jure, ſi *hypothecam* pro Locatione
haberet Colonus: ita nec poteſt illum ejicere, etiam non
munitum hypothecâ, de factô *Locator*; ob * *perſonalem* 1757
*obligationem*, quâ tenetur pati, ut conductor re fruatur.
Adeò * ut *Raph. Cumanus* ad *l. 25. §. 4. ſol. matrim. n. 7.* 1758
eumque ſecuti *alii*, diſputent, non teneri *conductorem*, ſi
cum ſolo locatore ei ſit negotium, invitum, loco præſtan-
dæ iſtius patientiæ, *id quod intereſt*, recipere; quò & *arg.*
*l. 3. C. d. Locato Cond.* & *c. 3. §. verùm. x. eod.* adducitur.
*add.* A. Fabr. *Dec. 24. err. pragm. 7.* & *8.* Sanè * nullibi 1759
jura ſuppeditant, ut locatori licere debeat, conductorem
*de factô* ex detentione *ejicere*. Et * tamen hæc eſt ele- 1760
gans *Auctoris cautela:* per quam nil vetat, locatorem eri-
pere conductori detentionem; quia * ſcilicet hic *iſtius no-* 1761
*mine* in poſſeſſione eſt? quaſi * *eripere* poſſim alii, quod 1762
*à me* habet? nam * utique *detentio ad conductorem perti-* 1763
*net*, eâque ſuô jure, licèt in re alienâ, fruitur. Et num * 1764
*de facto* poteſt dici *reſiſtere?* qui reſiſtit ei, qui ipſum *in-*
*juriâ* & *viâ facti* ejicit. Neque * etiam *Papinianus* facta 1765

 iniqua,

1766 iniqua, de poſſeſſione certantium, probat. Imò * nil quic-
quam habet *Papinianus* de *Locatore*, ſuum *conductorem*
1767 dejiciente; ſed de *emptore*, qui *colonum dejicit.* Quin * imò
ipſi *colono* dat *Papinianus interdictum Unde vi* adverſus em-
1768 ptorem, (quippe * *à quo cauſam* non habet,) & * *illicitum*
1769 ait, cultisſimus *Papinianus*, ſi emptor *vi* colonum expellat;
1770 quamvis * *ex voluntate* venditoris: cui * quidem *ingredi*
1771 & ipſi licet fundum à ſe locatum; ſed *non inde vi ejicere*
1772 conductorem. *Emptori* * verò non ideò denegat *inter-
dictum Unde vi*, quòd iſte necdum poſſesſionem à vendi-
1773 tore traditam habuiſſet, (ùt * *Auctor* planè extrà ſpeciem
1774 *d. l. 18.* hìc opinatur,) ſed, quæ * *verba Papiniani* ſunt,
quia ejecerat colonum ex voluntate venditoris, & *man-
datum illicitum ſuſceperat:* hinc *poſteà*, ubi rurſus illum
expellebat colonus, non poterat adverſus hunc interdi-
1775 ctô juvari. Imò * emptori jam poterat ceſſa eſſe poſſeſ-
1776 ſio. Et * ſi ipſe venditor non potuiſſet vi ejicere colo-
1777 num: utique non poterat hoc emptor. Undenam v. * *Pa-
pinianus* diceret? *rem illicitam* mandâſſe venditorem,
ſi id quod mandaverat venditor, eidem *licuiſſet?* Eſtnè
1778 * igitur illa, quam *Auctor* exprimit, perſpicua ſententia
1779 *Papiniani?* & an * *Papiniani* ſententia concordat cum
perſpicacitate perſpicui *Auctoris?* Sed deſinamus de *poſ-
ſeſſione* commentari, qui articulus nimis obſcurus eſt, nec
illius doctrina accurata ad forum, neque etiam ad Juve-
nes, pertinet: cùm ne quidem eam JCti, qualis eſt *Stry-
kius*, quamvis *Sereniſſimus* dedicatione quâdam fuerit, ca-
piant.

§. LIV.

1780 DUBITATUR.] Nemo dubitat, * quòd ea non na-
ſcatur; nec enim Dominus eſt locator ſecundi conducto-

ris

ris. *l. 11. § 5. d. P. A.* ibi: *tuo locatori.* junge *l. 7. l. 8. l. 53.*
*l. 58. pr. Loc. Cond.*

ACTIONI PIGNORATITIÆ.] Hìc * turbæ variæ? 1781
nec * res eſt ſalva, ùt *Auctor* putat, nec * ille veram doctri- 1782
nam ſalvam reddit. Sunt enim, qui tacitum pignus pri- 1783
mo Locatori in rebus ſecundi Conductoris non conce-
dunt. Sunt contrà *alii*, qui id ipſum ei largiuntur.

ET HINC] Scilicet, * quia *in genere* hypotheca ta- 1784
cita in rebus conductoris *illatis*, locatori prodita eſt: Ideò
etiam pertinet illa ad res *conductoris ſecundi?* Ideò * etiam 1785
pertinet eàdem facilitate ad *res illatas alienas?* Et * ubi- 1786
nam eſt *in genere* prodita hypotheca in *omnibus*, ſinè di-
ſcrimine, *rebus illatis?*

ET HINC.] Nempe * diſquirit de actione *hypothe-* 1787
*cariâ*, quæ *creditori* competit, & *reſpondet* de *pignoratitiâ*
*directâ*, quæ competit *debitori.*

CONDUCTOR.] Quiſnam * *Conductor?* & 1788
* quiſnam (*ab illò*) is qui res invectas detinet. Adeò per- 1789
ſpicuus eſt *Auctor!* Sunt * verò hæc clariſſima *Ulpiani* ver- 1790
ba, in cit. *l. 11. §. 5. d. pignorat. act. Si domum conduxeris,*
*& ejus partem mihi locaveris, egoque locatori tuo penſio-*
*nem ſolvero, pignoratitiâ adverſus te potero experiri.* An
hinc * *ſalva* res eſt, ùt videtur *Auctori? Ulpianus* ait, ſe- 1791
cundo conductori adverſus locatorem ſuum dari *pignora-*
*titiam perſonalem directam* actionem, (quia ſcilicet *ſolvit*
pro eô,) an * exhinc ſequitur? Ergò datur actio *hypotheca-* 1792
*ria realis* primo locatori *in res ſecundi* conductoris? an
quòd *realis hypothecaria* detur tertio, in res illas, quas *per-* 1793
*ſonali* ſcilicet *contractu* pignoris debitor ſuo creditori *op-*
*pignoraverat?*

RES INVECTÆ.] Debebat * *Auctor*, ut *ſalva* res fo- 1794
ret,

ret, *diſtinxiſſe* inter locata *prædia ruſtica* & *urbana*. Equi-
dem quod pignori tacito ſint *fructûs fundi*, etiam *ſublo-*
1795 *cati*, certum eſt, *ex l. 24. §. 1. l. 53. ff. loc. conduct.* Idque *
*rationem* evidentem habet: nec tamen idem obtinet in il-
1796 latis in *prædium urbanum*. Quòd * enim *ſubconductoris*
illata in urbanum prædium non niſi ſecundo locatori te-
neantur hypothecæ, illud *ex d. l. 11. §. 5 d. P. A.* ſatis conſtat.
1797 *arg.* verborum in *pr. §. cui obligata res eſt.* Item * quòd
non niſi de actione ibi JC. *inter locatorem ſecundum &*
*conductorem ejus* proſpiciat. Et tamen etiam illata dicat
1798 *non pro univerſâ ſummâ teneri;* quòd * verò pro parte te-
1799 neantur domino ædium, non dicit *Ulpianus*. Imò * ne
quidem *pactio* cænacularii domino proficere dicitur Uti-
1800 que * *principale negotium* non erat inter dominum & ſub-
conductorem: quâ ergò ratione poterant res hujus in do-
mum illatæ domino pignori haberi?

1801 CONVENIRI POSSE.] Sed * falſa eſt hæc ſenten-
1802 tia. Nec * enim ullibi *actio* datur *adverſus debitorem*
*ſui debitoris, l. 13. C. d. O. & A. l. 7. C. d. Nov & del. l. 13. l. 15. C.*
*ſi cert. pet. l. 8. C. d. hær. vel act. vend. l. fin. C. quand.*
*Fiſc. vel privat.*

1803 EX EO PRINCIPIO.] Nempe * quia poteſt in ſub-
ſidium *executio* fieri, v. c. in nomen debitoris mei debi-
toris: *l. 2. C. quand. Fiſc. vel priv. l. 15. §. 2. d. re jud. N. 135.*
hinc ſequitur, ergò poſſum ego iſtum debitorem *actione*
1804 convenire? contrà * *principia juris* & *expreſſos textus* an-
1805 teà adductos. Neque * enim ne quidem *judicati actio*
in hoc datur; quippe quòd hæc ipſa non competat in ali-
um, niſi contrà quem *judicatum* eſt. *l. 4. pr. d. re jud.* Quin
1806 * imò ſi executio locum habere debeat, requiritur, ut priùs
mihi *condemnatus* ſit *meus debitor*, ſitque jam *excuſſus* &
non

non ſolvendò, *l. 4. C. quando Fiſc. vel privatus.* & debitor *tertius*, quòd meo debitori debeat, *fateatur. l. 15. §. 9. d. re jud.* Coler. *P. 2. d. P. E. c. 3. n. 464.* Quòd verò* *Fiſcus* 1807
debitorem ſui debitoris convenire poſſit: illud v. nititur *ſpeciali privilegiò: l. 3. §. 8. d. Jur. Fiſci. l. 3. 4. C. d. t. quando Fiſc. vel priv.* unde nec quoad ipſum requiritur *condemnatio* debitoris ipſius; ſed ſufficit, quòd debitum ſit liquidum, & debitor non ſit ſolvendo. *dd. ll.*

UTILITER.] Jam*ergò *Auctor* ſibi tantum tribuit *poteſta-* 1808
*tis* in Jurisprudentiâ, ut *actionem utilem conſtituat?* Hoc*fuit
*veterum JCtorum*; nec ſinè ſuffragiò populi. Quidni*tandem 1809
eò labi *Auctorem* exiſtimemus? ut in omnibus caſibus, quibus 1810
*adverſus tertium* non poteſt dari actio perſonalis, *det ille utilem?* Egregiò Jurisprudentiæ *ſupplementò* ad materiam *de inveſtigandis actionibus?* Quàm vereor, ut nil valeat *Auctoritas Strykii*, & ut *à Foro* abigatur *Tractatus* tot tantisque vitiis inquinatus.

§. LV.

APPELLARE.] Non quæritur* de *appellatione* actio- 1811
nis, ſed de *ſubſtantiâ* ejus: nam* & *condictio* poſſet *emphy-* 1812
*teuticaria* appellari. Interim* falſa eſt penitùs ſententia, 1813
quòd *condictionem ex L.* toties dari oporteat, quoties *nomen actionis* ſpecificum in Legibus *expreſſum* non reperitur. Præcipuum* enim requiſitum eſt condictionis ex Le- 1814
ge, quòd per hanc *nova* conſtituatur *obligatio; non expreſſò nomine actionis ſpecificò.*

SE REM ALTERI IN EMPHYTEUSIN CONCESSURUM.] Fœda* rurſus confuſio! Ille disquirit de 1815
*actione*, quæ *ex contractu emphyteuticario* detur; & confundit cum hoc contractu, *promiſſionem* de contractu *illò ineundò*. Ex* hac promiſſione, quænam actio com- 1816

 petat,

1817 petat? aliunde petendum: & * omninò intereſt, num pro-
miſſio illa *gratuita*, num *pretiô præſtitô* facta ſit?

1818 VENDITIO CONTRACTA.] At verò * ſi *pecu-
nia* detur, ut alicui *res in emphyteuſin* detur, anne hæc eſt
*venditio?*

1819 CONTRACTUM A VENDITIONE.] Nec * ta-
men hoc *Zenonem* detinuit, quòd venditioni accederet
emphyteuſis, quoniam *penſio* ſ. *pecunia* interveniret: nam
1820 * & in *locatione conductione* id fit; inque eô non tam cum
venditione, quàm cum *locatione conductione* (eò quòd *ca-
non* non exæquet rei emphyteuticariæ pretium,) ei conve-
nit. Sed * quoniam in emphyteuſi de *transferendô do-
miniô utili*, & ſic de *alienatione*, agitur. (*l. 1. C. d. Jur.
Emphyt.* ibi: *neque alienationis titulis.*)

1821 ACTIONI EMPTI.] Quòd * ſi igitur *gratis* promi-
ſiſſet emphyteuſin Dominus: contractu deinceps initô;
non oportuit *Zenonem* dubitâſſe, an ſit *emtio venditio?*
1822 Et * tamen *de omni* Emphyteuſi dubium videri poterat.
1823 Neque * verò *Zenonem* quid detinere potuit, quod *ante-
1824 cederet emphyteuſin*, ſed * *natura ipſius emphyteuſeos* con-
ſtitutæ.

1825 JAM CONSTITUTÆ.] Nunc à *contractu* emphy-
teuticariô delabitur ad *jus dominii utilis*, ex contractu
1826 quæſitum. Quis * verò adeò abſurdus erit? ut putaverit,
*actionem emphyteuticariam* naſci poſſe inter *emphyteutam*
& *tertium*, cui ille jus ſuum vendiderit, vel emphyteuſin
locaverit.

1827 NEC CANONEM.] An igitur * non poteſt exigere
*canonem*, & *penſiones præteritas*, *à novo rei* emphyteuti-
cæ *poſſeſſore* Dominus? Perſpicuè rem tradere debebat
*Auctor*, ne quid contrà *praxin* quotidianam, ipſamque
*juris*

*juris rationem* aſſeruiſſe videri poſſet. Quòd * enim *ca-* 1828
*nones*, *decimas* & *ſimilia*, in concurſibus creditorum, exiga-
mus, licèt ab anteriori reſiduos, à rei *poſſeſſoribus*, nullum
eſt dubium. v. Dd. *ad l. 15. qui pot. in pign.* Quamvis * 1829
autem *actione perſonali* id non fiat; *l. f. §. f. d. contr. emt.*
neque etiam *hypothecariâ*, Merlin. *1. Controv. c. 37. n. 16.*
Tamen * illud fit *jure reali* longè *pinguiori*, eò quòd ne 1830
quidem eâ ratione *excuſſione* debitoris principalis, ùt in
*hypothecâ*, opus ſit: (unde * etiam *amittitur emphyteuſis*, ſi 1831
emphyteuta *canonem non præſtet*; adeò *rem* afficit illa
præſtandi neceſſitas:) quare * canon in *primâ* quoq; *claſſe* 1832
creditorum petitur ante hypothecas, etiam privilegiatas.
Proinde * *Auctor* immaturâ ſuâ & egenâ *inveſtigatione* 1833
malè Domino directo proſpicit, quando illi non modò
*perſonalem* ſed & *realem* actionem, pro canone conſe-
quendô, adverſus tertium *denegat*.

§. LVII.

CUJUS QVANTITAS TAMEN.] Idem eſt * ac ſi 1834
diceret, *quinquageſima* pars pretii pro diverſitate locorum
*variat*.

TRANSLATIONE.] Quin & * *in diviſione* inter 1835
*fratres*; quæ * ſimpliciter *tranſlatio* non eſt. 1836

PRIMA EMPHYTEUS. CONSTITUTIO.] Sed
* annon eum ſtringit *novus contractus*, quem ipſe init cum 1837
Domino; quid ſi enim quis diceret exhinc deberi. Nam
& *Franzkius* vult *inveſtituram* illam reſpici; quanquam
iſte hanc conſideret, tanquam cauſam, ob quam laudemi-
um præſtandum ſit: & hinc non tam ex *contractu* em-
phyteuticô ipſô, (quod tamen faciliùs videbatur admitti
poſſe,) quàm *per condictionem cauſa data* cauſâ non ſe-

 cutâ

1838 cutâ agi poſſe, putat, Sanè * *Auctoris* ratio frigida eſt;
quæque actionem emphyteuticariam haudquaquam ex-
cluderet.

1839 QUOAD POSTERIUS.] Ergonè * nulla actio da-
tur *realis* alia, quàm *rei vindicatio* & *hypothecaria*? Quæ-
1840 nam * ergò actio competit *pro oneribus realibus*, *cenſibus*,
ipſôque *canone* emphyteuticô, & ſimilibus? Utique nulla
1841 alia commodior eſt actio, niſi *utilis confeſſoria*. Hinc *
etiam à ſecundo emtore adhuc exigi poteſt laudemium
prioris: Theſ. *Qu. 52.* Vinc. *de Francb. Dec. 430.* & Ant.
Fab. *in Cod. Sab. ad Tit. de J. Emphyt. def. 1. n. 25.* eſtque
1842 * omninò onus reale, Fontanell. *d. Pact. Nupt. Clauſ. 4.*
*Gloſſ. 9. part. 5. n. 132. ſeq.* quod *per legem* eſt *de naturâ*
1843 emphyteuſeos, reique * adeo *intrinſecum*, (ſecùs
1844 * ad iſtud *Uſufructuarius* non teneretur,) ut * ſi non
1845 præſtet illud emphyteuta, poſſit rem emphyteuticam avo-
1846 care Dominus. v. A. Fabr. *d. l. def. 57. 59.* idque * *arg.*
*l. fin. inf. C. d. Jur. emphyt.*

1847 NULLUM NEGOTIUM.] Iſtud * verò non ſolùm
*Franzkius*, qui cauſam hîc conſtituit; ſed *omnes* negabunt,
qui expenderint, quòd *laudemium* non ab anteriori, ſed à
*novo* emtore, *pro receptione* in emphyteutam, detur. Et
1848 * quæ conſequentia? nullum eſt *factum* (& * *regulariter*
1849 quidem, quæ elegans eſt *Auctoris* reſtrictio,) inter novum
1850 emphyteutam & Dominum: quia * *prior* emphyteuta
*conſenſum* Domini in alienationem *impetrat*. Ergò.

1851 NON VI PACTI.] Quid ſi * vi *contractûs* emphy-
teutici? cujus *naturæ* hoc juris diſpoſitio indidit.

1852 CONDICTIONEM EX LEGE.] Quid * faceret
*Auctor*, *in inveſtigandis actionibus*, ſi non in medio foret

*con-*

*condictio ex Lege?* ô aſylum ſalutare in difficultate cauſas actionum dijudicandi!

DISPLICEAT FRANZKIO.] Et meritò diſplicet: eſtque * ratio *Franzkii* irrefragabilis. Cui quando *Auctor* reponit: Non quidem *Juſtinianum* laudemium illâ 1853
lege induxiſſe, nec novam eſſe obligationem, vel neceſſitatem illud præſtandi. Interim tamen *Juſtinianum objecti* actionis *quantitatem*, ad 50. partem pretii, determinâſſe: lepidus valdè eſt. Ergonè * quandò *vetus* eſt *obligatio* & *vetus* eſt *actio*, tantùm quòd actionis *quantitas* 1854
definita eſt, *condictio ex Lege* datur? Advertite Juvenes!
Condictio * ex Lege *eſt vetus actio*, quæ * *ante Legem* il- 1855 1856
lam, quâ introduci debet, extitit: filia * ante matrem; & 1857
* *ex obligatione*, quæ per legem illam *non introducitur*, in- 1858
ſtitui poteſt! Quid * ſi deinceps *aliâ Lege* quantitas mutabi- 1859
tur? Erit *nova condictio ex Lege!* Num * laudemium 50. 1860
partis, non æquè eſt laudemium, ac partis *vicesimæ?*

SUBSTITUIT.] Debebat * verò *Franzkio* reſpon- 1861
diſſe, cur *condictio* illa, quæ ſanè probabilior eſſe videbatur, habere locum non poſſit? Nim. * actio illa ad con- 1862
dicendum, *causâ non ſecutâ*, eſt *perſonalis;* quæ non poterat
dari *ob præterita*, adverſus *tertium*. Quin * & *ad* 1863
*implendum P. V.* ſi agendum fuerit: non apparet, cur *innominatum* contractum arripiamus; cùm inſtructi ſimus *nominatô:* ſi non alia efficerent, cur non perſonaliter, neque ex contractu ipsô, ſed *ex Jure reali*, negotio huic emphyteuticario toti adhærente & *innexô*, experiri oporte-
ret. Quò * non minùs etiam pertinet, quod de *commiſſo* Juris emphyteutici, ob laudemium detrectatum, diximus: quicquid ſit, quòd iſtud non agnoſcat *Franzkius*. 1864

§. LVII.

1865 IN ALIENO FUNDO CONSTITUTI.] Et hic *
eſt *conſtitutivus*, de quo deinceps agit. Sed annon hic
etiam emphyteuſi *affinis* eſt? Adeò omnia miſcet & con-
turbat *Auctor*. Debebat ſcilicet, ſi ad affinitatem cum
Emphyteuſi ſpectâſſet, non abjeciſſe in locum inferiorem
1866 *cenſum conſtitutivum realem*. Aut * verò cùm de actio-
nibus acturus eſſet, quæ propter cenſum competunt, ratio-
nem habere debebat *cenſûs cujuslibet*, & *diſtinctè* ejusdem
*ſpecies* propoſuiſſe; quod perſpicui & ſolidi Doctoris eſt.
Dicamus breviter: *Cenſum* omnem vel *reſervativum* eſſe
vel *conſtitutivum*. *Hunc* eſſe vel *perſonalem*, qui propiùs
ad hunc *Auctoris* Tractatum pertinet, vel *realem*. *Perſona-
lem* non deſinere eſſe talem, quamvis pro eô *hypotheca*
quædam conſtituatur. Jam videamus de actionibus! nec
1867 enim dicam, quòd * *Auctor* contractum *cenſiticum* cum
1868 *jure emphyteuſeos* malè confundat. Quòd * *contractum*,
quô *prædium tranſit*, in quo cenſus reſervandus eſt, con-
1869 fundat *cum ipſo contractu cenſuali*. Quòd * rurſus cum
1870 hoc contractu cenſuali confundat *jus ipſum cenſûs*. Quòd *
1871 ſemper *contractu* inducendum putet cenſum, cùm * tamen
1872 etiam *donatione* poſſit, imò * *præſcriptione*.

1873 NULLA ALIA.] Optimè * proſpicit *Auctor* Con-
1874 ſulentibus: quænam ob cenſum detur actio? Quid enim *
ſi prædium v. c. venditum *ad tertium* poſſeſſorem veniat,
an etiam adverſus hunc agetur *ex vendito?* dicet *Auctor*,
*pactum* oportere eſſe *in rem* conceptum; & ſic tranſire in
tertium. Ita verò nil ampliùs ſupererit, quàm ut *ubi-*
1875 *que ad pactum in rem* recurramus. Quid verò * quòd ni-
hilominùs hîc *Auctor* locô præſtationis realis, & cujus no-
mine

mine prærogativam habet maximam Dominus censûs,
ſubſtituat *nudam perſonalem præſtationem?* an hoc eſt con-
ſulentibus de actionibus proſpicere? Utique * nullius erit 1876
usûs negotium illud, quô cenſus iſte *reſervatur;* niſi ut ali-
quando, ſi ſuper eo controverſia oriatur, ad iſtud nego-
tium ſ. contractum recurri, & probari, poſſit, cenſum eſſe
conſtitutum; maximè * quando *poſſeſſoriis* remediis uti 1877
non licet: de * quibus remediis, valdè proficuis in hoc 1878
ipsô censûs articulô, (v. Gail. *2. O. 75.*) altum apud *Aucto-
rem* eſt ſilentium. De cœtero poſtquam cenſus ſemel
reſervatus, & annuente poſſeſſore in re eâ conſtitutus eſt,
*Domino censûs*, non perſonalis, ſed * *realis* adverſus quem- 1879
cunque rei poſſeſſorem, pro onere illo reali exigendo,
(etiam aliquando ad id *quod intereſt*, v. Carpz. *2. Conſt. 38. def. 25.* & Richter. *2. Deciſ. 48.*) datur actio; quæ *utilis
confeſſoria* eſt: quippe quòd porrigatur utiliter *hæc* actio,
*legibus præeuntibus*, & ſequente *Fori uſu*, ad jura *realia* in
fundô *alienô* extrà ſervitutes; & licèt *prædio* alicui non de-
beantur. v. *Dd.* ad *l. 32. d. uſufr. l. f. §. f. d. contr. emt. l. 14. §. 3. d. alim. vel cibar. leg. l. 16. d. S. P. R.* Habet verò Cen-
ſus ille ad inſtar *tributi*, de quo *l. 2. C. d. alluv. l. 2. ſeq. C. ſinè cenſu vel reliquis.* & jus longè *fortius* eſt, quàm *hypo-
theca.* Junge Buſium *Lib. 1. d. ann. redit. c. 2.* & *ad l. 2. ff. ſi ſervit. vind.*

FACTI OBLIGATORII.] Termino * *Auctori* ge- 1880
nuinô! Confundit * autem denuò *modum*, quô cenſus pro- 1881
mittitur, ſeu ejus conſtituendi vel *conſignandi*, ùt loquun-
tur, cum cenſu *conſtitutô*. Neque * etiam hunc, ùt debe- 1882
bat, in *ſpecies ſuas* diſtinguit; parum de accuratione in re
tanti negotii, & quam tractandam ſibi ſumſerat, ſollicitus.
Nempe & hæc eſt magna Juris facilitas!

INDE

INDE ORIATUR.] Imò * ad cenſum *conſtitutum*
1883 hic quoque reſpici debet, atque negotii perfecti ratio ha-
1884 beri. Ita verò ſi cenſus ille *perſonalis* fuerit, quoniam *
in eô ſolus hic cenſus à reliquis differt, quòd extra nexum
perſonæ in cenſitâ per ſe non ſubſiſtat. Hinc eò reſpi-
ciendum eſt, quisnam ille *nexus* ſit: nam & donari poteſt,
& teſtamentô relinqui, & ſtipulatione promitti, cenſus an-
nuus, quem & communi nomine *annuam præſtationem*
appellant; eaque ſpecies naturam ſuam modumque ex
1885 negotiô vel *causâ* ſortitur, quâ conſtituta eſt. Quòd * ſi
verò ad rationem *Juris Pontificii* & *Imperii Conſtitutio-
nem*, mediante venditione ſeu *retro venditione*, conſtituan-
tur. Ita verò peculiarem naturam, ſecundùm illa recen-
tia jura, ſortiuntur; & nomine *redituum annuorum redi-
1886 mibilium* veniunt: eosque * *actione emti* exigimus; quæ
tamen & hîc rationem *peculiarem* ex *re emtâ* habet. Quan-
doque etiam *hypotheca* (ubi non Lege, ùt in *legatô cenſu*,
obtinet,) quoad reditûs conſtituitur, in utrâque ſpecie;
quapropter tamē *perſonales* eſſe non deſinunt: & tunc com-
1887 munis actio *hypothecaria* ſimul competit. Cæterùm * ſi
conſtitutivus ille reditus in prædio vel re aliâ immobili,
eique ſimili, conſtituatur. Ita verò cùm *realis* ſit, actio-
nem quoque *realem*, & in ſpecie *confeſſoriam utilem*, pro-
ducit, quæ in omnem rei illius poſſeſſorem dirigi poteſt:
*v. l. 5. §. f. d. Cenſib. l. 39. §. 5. d. Leg. 1.* isque non minùs, etſi
*tertius* & *ſucceſſor ſingularis* ſit, liberare fundum, ratione
præteritorum quoque, ab anteceſſore ſuô non præſtitorum,
adſtringitur. Conf. *l. 12. C. d. diſtract. pign. l. 7. d. Publican.*
1888 Sed * *Auctor* ne verbô quidem hujus *censûs realis* memi-
1889 nit, & * ſimpliciter pro cenſu conſtitutivo *actionem perſo-
nalem* porrigit. Quàm ingens verò diſcrimen ſit, inter
hunc

hunc cenſum *realem* & *perſonalem*, *alibi* ſtudiosè exponi-
tur.

§. LIIX.

DIVERSITAS NOMINIS.] Aſt* hinc non procedit, 1890
quòd *una* actio eademque ſingulis invicem *ſociis* compe-
tat; ſed quia eadem omnium eſt obligatio: cùm quidem
in *Emtione venditione*, alia ſit emtoris obligatio, alia ven-
ditoris; & ſic non minùs in Locatione Conductione. Ne-
que * etiam diverſitas nominis rat. *mandati* obtinet, cùm 1891
vox illa utrumque contrahentem reſpiciat: & tamen ibi
duplex & *diverſa actio* locum habet.

§. LXI.

INDOLE SOCIETATIS.] Nempe, ut dilucidè ma-
gis diſcrimen harum actionum exponatur: actio *commu-
ni dividundo* datur ad rerum communium *diviſionem*; ſi-
ve hæ communes fuerint *citrà ſocietatem*, ſive *ex ſocieta-
te. l. 2. pr. comm. divid. l. 43. pro ſoc.* tum etiam *ad praſta-
tiones perſonales*: & ad has tamen non niſi eas, quæ *ex na-
tura communionis* illius profluunt; ùt eſt *quaſi contractus*,
putà quoad impenſas in rem & fructûs exinde perceptos;
*l. 38. §. fin. pro ſoc.* idque etiam quatenus de his talibus
quæſtio *inter ſocios* oriri poteſt. *d. l.* Sed *actio pro ſocio* non
minùs datur ad rerum per ſocietatem communium *divi-
ſionem*; *d. l. 43. pro ſoc. l. 65. pr. arg. l. 38. pr. eod* (quod
*plures* malè negant:) præcipuè verò ad *perſonales* invi-
cem *praſtationes* eas, quæ non ex communione ſimplici;
ſed ex ea *quæ ſocietatis* eſt, quoad lucra & damna, quæ-
que eò pertinent, debentur. *l. 1. ff. comm. divid.* Ex his
facilè colligitur, fruſtrà * disquiri, *utrânam* harum actio 1892

num agere *conſultum* ſit? quoad *præſtationes perſonales*
ſocietatis: nam de his *judiciò C. D.* agi non poteſt. Non
1893 * etiam dici poſſe, eſſe *ampliores* præſtationes perſonales
in judicio ſocietatis: nam quæ ſocietatis ſunt, *quà talis
eſt*, illæ penitus ad *judicium C. D.* non pertinent.

1894 UNDE ET POST.] Atqui hoc, * quod rerum *di-
viſionem* concernit, non poteſt inferri *ex præſtationibus
perſonalibus:* de quibus modò dixerat.

1895 DOLO INFAMAT.] At verò * nec in hoc utriusque
judicii comparatio inſtitui poteſt: nam *infamiæ* non pot-
eſt eſſe locus *in præſtationibus*, quæ *ad C. D. judicium* per-
tinent; verùm unicè in his, quæ *ex ſocietate* procedunt;
de quibus ne quidem *C. D. actione* experiri licet.

§. LXII.

1896 NON DENEGANDUM EST.] Sed * hoc neuti-
quam eſt penes *Strykium* aliquem, ut ille pro Auctoritate
1897 ſcilicet ſuâ *beneficia Legum*, maximè * quæ *ſtrictiſſimæ* ſunt
indolis, ad cauſas & actiones *diverſas*, aliosque *reſpectûs*,
pertrahat. Sic ergò habendum eſt: *Beneficium compe-
tentiæ* obtinet in *ſociis omnium bonorum;* ſive conveni-
antur *actione pro ſocio formaliter* ſic dictâ, ſive qualibet
*aliâ. l. 16. d. re. jud.* Sed in actione pro ſocio *formaliter
dictâ* obtinet, ſive ſocii *omnium* bonorum, ſive *unius* rei
ſint: *l. 63. pro ſoc.* cùm quidem ſi *unius rei* ſint, non ha-
beat locum, *aliâ actione* ſi conveniantur. Indeque non
poteſt admitti in his, quæ *communi divid.* judicii ſunt. Ne-
1898 que enim in his talibus *jus fraternitatis* obtinet; nec *
illæ *præſtationes* in id veniunt, quæ *ſociorum* ſunt: quic-
quid ſit de eô, quòd inter ſocios detur. Unde cùm ſo-
lius actionis pro ſocio ſit, nec actionis C. Dividundo; ideò
ob

*ob hanc ſolam cauſam *ſocio* reo competere non poteſt 1899
illud beneficium, quia *actione Communi dividundo* con-
ventus eſt.

§. LXIV.

SECURITATEM VIARUM PUBLICARUM.] Quid
*verò ſecuritas viarum publicarum, ob quam actio de his, 1900
qui effuderint introducta eſt, ad *modum* actionis, quâ is, 1901
qui *quaſi delinquit*, convenitur? & *quid hæc *actio*, ob in- 1902
certitudinem delinquentis, ne iſta moraretur actorem, *in
ſolidum* concepta, ad *contributionem* cohabitantium inter
ſe, ſi quando unum oportuit ſolidum ſolvere? Itaque * 1903
per hoc malè refutat *Felicium*, & quem hîc citat *de Ubaldis*,
*Auctor*: nec vim argumenti capit.

AD OBLIGATIONEM CONTUBERNALIUM
INTER SE.] Quidni * verò ei, qui in ſolidum præſtitit 1904
damnum, dum reus ipſe non fuerat, daretur actio *pro ſociô*
adverſus cæteros, qui cum ipſo ejusdem cœnaculi ſocieta-
tem habent? vel * ſi *citrà eam* cohabitent, *actio utilis*: 1905
nam hoc diſertè vult *textus* in *l. 4. d. t. de his qui effud. vel
dejec.* Quid * ergo *textui* clariſſimo *Auctor* obloquitur; 1906
non tantùm *Felicio* & *aliis*? *Illi* non adeò incongruè argu-
mentantur, ùt *Strykius*: quia * quilibet tenetur actione de 1907
deject. vel effuſ. in ſolidum. Hinc inter ſe invicem te-
nentur ſibi contubernales. Et * imò pejus adhuc reſpon- 1908
det *Auctor*: quòd quisque in ſolidum teneatur: illud eſſe
*ob ſecuritatem viarum publicarum.* Imò non eſt ille mo-
dus actionis ob ſecuritatem itineris; ſed *ipſa actio*: quic-
quid ſit, quòd in quemlibet plurium, idem cœnaculum
inhabitantium, detur in ſolidum. Et * quid impedit? da- 1909
tur in ſolidum, Ergò non tenentur invicem contribuere!
imo contrà: ideo * tenentur eum indemnem ſervare, qui 1910

1911 pro omnibus ſolvit. Nil * quicquam ad hujus vel æquitatem vel iniquitatem *ſecuritas viarum publicarum.*

1912 MOX EST VERA SOCIETAS.] Et * tamen quòd aliquando ſit *cœnaculi ſocietas*, diſertè ait *Paulus*, in *d. l. 4.*

1913 COMMVNI DIVIDVNDO.] Negat * ergò *Auctor*, contrà *d. l. 4.*, quòd locus ſit actioni pro ſocio, vel utili.
1914 Nil * eſt *in l. 33. locati.* Eſto * quòd non protinus ſint ſocii,
1915 qui unà rem emunt vel conducunt.

§. LXVI.

1916 CONTRA ILLVM QVI CONTRAXIT.] Niſi * in rem communem *verſum* ſit. Sic enim ſtante ſocietate, quisque tenetur in ſolidum; finitâ verò, pro ratâ verſi: ſed tamen actione *de in rem versô.*

§. LXVIII.

CONTRA SINGVLOS.] Volunt tamen *arg. l. ult. C. d. divid. tut.* conveniendum eſſe prius eum, qui *geſſit.* Bach. *ad Tr. tit. Mand. th. 2. d. C. J. A. eod. th. 29. in fin.* Sed *textu* deſtituimur. Nec par eſt *tutelæ adminiſtrandæ* ratio.

§. LXIX.

1917 EXTRA DUBIUM EST.] Quod * tamen non ſatis *per cit. l. 32. §. 2. d. uſur.* probatur. v. A. Fabr. *C. Sab. def. 12. C. d. Uſur.*

§. LXX.

1918 AD OMNE INTERESSE.] Niſi * verò ut *intrà fines* impleret, mandatario *impoſſibile* fuerit.

§. LXXI.

1919 CERTE NON CONTRARIA ACTIONE.] Et * quânam
1920 aliâ? Nil * ſanè hac de re nec *in l. 26. §. 2.* nec *in §. 9.*
1921 *d. l.* quæ loca vitiosè citantur. Itaque * nec reſiſtit *d. §. 2.*

imò

imò * nec §.*6. d. l. 26.* quem citare debuit *Auctor*: quin 1922
potiùs ille ſuppeditat & largitur *contrariam mandati* actio-
nem, *arg.* verborum: *nam hæc magis caſibus, quàm manda-
to, imputari oportet*. add. *l. 61. §. 5. d. furt.* ibi: *juſtisſimè
enim procuratorem allegare, non fuiſſe ſe id damnum paſ-
ſurum, ſi id mandatum non ſuſcepiſſet;* & porrò ibidem:
*nemini officium ſuum damnoſum eſſe oportere.* Quocircà,
cùm *expresſis textibus* actio contraria his caſibus mandata-
rio detur, gratis * confugit *Strykius* ad ſolita ſua ſupplemen- 1923
ta, *actionem in factum*, ſ. *implorationem* officii Judicis.

ETSI JURE DEFICIAMUR ] Ubi * duo pluresvè 1924
*textûs expresſi* præſtò ſunt! Adeò ſupini ſumus in excu-
tiendis *Legibus!*

§. LXXII.

NON EXPRESSIT MARCELLUS. PUTO. &c. ]
Quidni * ſatis indicaverint *Marcellus d. l. 38. §. 1. Mandati.* 1925
& * *Impp. in l. 10. C. eod.* imò * expresſit actionem *Mandati* 1926 1927
Paulus in *l. 45. §. 3. & 5. ff. d. t.* nam * & *faciendi* causâ hæc 1928
actio competit, non ſolùm *dandi: d. § 5.* junct. *§. 3. l. 38.
§. 1. eod.* adeòque * ad liberandum vel cavendum, & defen- 1929
dendum, *l. 45. d. fidejuſſ.* vid. Hering *c. 25. d. fidej. n. 37. ſeq.*
Neque * igitur indigemus auctoritate *promiſcui inveſtiga-* 1930
*toris*, dum in re adeò dubiâ ſcilicet putat eſſe actionem
illam *mandati contrariam.*

SOLO FIDEJUSSIONIS ACTU. ] Elegans * ob- 1931
ſervatio practica! Fidejuſſor ſtatim poteſt experiri man-
dati actione contrariâ, ad hoc ut liberetur: quoniam * *ſo-* 1932
*lò fidejusſionis actu* mandatum debitoris implevit; eſtque
in *periculo* obligationis! Imò * ne quidem ſufficit, ſi diu 1933
in hoc periculo ſteterit. v. accuratum JCtum *Jo. Sandium
Lib. III. Tit. X. Dec. 7.*

 §. LXXIII.

§. LXXIII.

1934 OBSCVRVS LEGIS SENSVS EST.] Cur verò * non pro *coronide Legem* ſuâ perſpicuitate declaravit *Au-*
1935 *ctor?* quin potiùs ad alios *remittit*, quorum * tamen nemo
1936 rem tetigit, & ſinguli diſcrepant. Rejecta * eſt quoque *Argentoratenſis Collegii* explicatio, in Commentatione
1937 *Lynckerianâ* ad *d. l. 69.* & * *omnes reliquæ*, quotquot hactenus allatæ fuerant.

1938 EPULÆ NUNDINARIÆ.] Sed * per hoc non expediuntur difficilia Legis illius; ùt *Auctor* exiſtimat.

1939 AN SCIL. LOCATI.] Quis verò * unquam niſi ab omni Jure averſus, putavit inter *cauponem* & *hoſpites* ob convictum *locationem conductionem* initam eſſe?

1940 NULLA RES CERTA.] Sic ergò * dubitat *Auctor*, quòd prandium *res certa* ſit, quæ *emi* poſſit? non enim ille de ſervitiis & operâ loquitur: quanquam ad hoc, *cujus gratiâ* ſervit caupo, ut cibum ſcilicet miniſtret hoſpitibus, reſpiciendum ſit; de cætero enim, quoad *uſum* cœnaculi lectique, *locationem* eſſe, nullum eſt dubium.

1941 SED HOSPITI CEDAT.] Eſt * verò jucunda hæc coronis! & ſubtilis ratio, cur *locatio* eſſe non poſſit *ciborum*, (quis verò de hoc unquam per ſomnium cogitavit?)
1942 quia illi conſumantur. Quid * autem de his, qui *non conſumuntur?* ſed hoſpiti cedunt Dices, horum aſpectum locatum eſſe? Et in tantis fluctibus tandem invenit actionem *Inveſtigator:* Placet, ait, *arg. d. l. 69.* eſſe contra-
1943 ctum *venditi:* & *certitudinem* * rei emtæ metitur *ex menſura ſtomachi.* Miſerum cauponem! ſi voraces & helluones ipſum occupaverint; & ô incertam incertisſimæ rei venditionem, dum tot menſuræ diverſæ lateant in convi-

vis,

vis, quot illi ſtomachos ſecum gerunt. Denique * manet 1944
in dominio hoſpitis, quod tamen expoſitum eſt pro pretio!

AD

# MEMBRUM VII.

*De*

## *Actionibus ex contractu innominato reſultantibus.*

§. I.

UNUM IDEMQUE NEGOTIUM.] Et * tamen impoſſibile eſt, ut unum idemque negotium poſſit ad contractum *nominatum* & *ad innominatum* referri; neque 1945
* hoc *M. IV.* §. *11. ſeqq.* demonſtratum fuit. 1946

§. II.

NISI REI DATIO INTERCESSIT.] Ergò * ſi *rei* 1947
*datio* interceſſerit, ex *ſolo conſenſu* obligatio naſcitur? Hæc eſt pellucidi *Auctoris* perſpicuitas?

ILLE DEMUM.] Sed * anne ſic etiam ille non ob- 1948
ligatus eſt, qui *dedit?* imò * inſuper is *implevit ſimul* hoc, 1949
quod ad obligationem illius pertinet.

§. III.

HUIC POENITENDI.] Imò * exhinc, quia pœniten- 1950
tia illi integra eſt, infertur potiùs ipſum validè, quòusque
pœnitentiâ non utitur, obſtrictum eſſe; nec * poteſt uti 1951
pœnitentiâ, ſi tunc alter *non* dare aut facere *ceſſet?* Utique

1952 que * pœnitentiam habet ex perſonâ non ſuâ, ſive ex de-
1953 fectu ſuæ obligationis; ſed * *ex perſonâ alterius* ceſſantis.
1954 v. *l. 5. pr. d. condict. c. dat.* (ubi * de *indemnitate acci-*
1955 *pientis.*) Et * quâ ratione poterit *ad implendum* agere is
qui dedit, ſi velit, actione P. Verbis? niſi ex ſuâ parte *im-*
1956 *plevisset;* at * verò oportet ſanè eum *obligatum* eſſe, qui
obligationem implevit?

1957 CONVENTIONIS.] *Pacti* * dicere debebat: nam
& contractus innominatus eſt *conventio;* ſed pactum non
eſt.

1958 UNUSQVISQVE.] A contractu ſanè * unusquisque
1959 *recedere* non poteſt. Nam * qui *dedit*, poteſt *pœnitere:*
qui *accepit*, non poteſt; ſi qui dedit, illum adigere ad im-
plendum velit. Non ergò poteſt diſcedere unusquiſque
à contractu. Qui verò placitum nudum non implet:
1960 is non poteſt dici diſcedere à contractu; nam * *contractus*
non eſt *nudum placitum.* Et hîc de pœnitentiâ ſermo eſt.
1961 At * verò non poteſt dici de *pœnitentiâ*, ubi contractus
perfectus non eſt.

PACTIS GENERATIM OBLIGANDI EFFICACIA.]
1962 Hoc * falſum & hypobolimæum eſſe, toties diximus Ne-
1963 que * generatim id aſſerit *Carpzovius.* Sed ſi quando pro-
miſſio *deliberata* fuerit, produci, ait, hodiè actionem, *tan-*
*quam ex ſtipulatu:* quoniam ad ſtipulationem *moribus*
*noſtris ſolennia* Juris Civ. & *præſentia* nunc non requiran-
tur; indeque moribus non interſit, an ſtipulatione h. e.
ſolenni, an pactô, hoc eſt *minùs ſolenni*, attamen deliberatâ, conventione, promiſſum quid fuerit. v. *ll. Conſt. 19. def. 17. n. 3.* & alibi.

AFFIR-

AFFIRMATIVAM TUETUR CARPZOVIUS.] Imò * 1964
*Carpzovius* eô caſu, quô ſtipulatio mutua, de permutandô
v. c., interceſſit, diſertè *negat pœnitentiæ* locum eſſe; etiam
* in *cit. def.* 23. Quid * igitur *diſſonum Carpzovium* fin- 1965 1966
git *Auctor?* Et * ubinam *Carpzovius* docet? licere ei qui 1967
*dedit pœnitere*, ſi alter quoque implere *paratus* ſit.
ID FACILE LARGIOR.] Maximam * verò diffi- 1968
cultatem! ex quâ nos extricabit confuſis & disjectis ſuis
principiis *Auctor*. Noverit modò ille & ſervaverit, ſi pot-
eſt, *principia Juris Romani*, & *verum* Uſum *modernum*, ùt
appellat: & facilè rei proſpicietur! Ita verò habendum
eſt: *Contractus innominatus* nunquam *promisſione tan-*
*tùm* perficitur: itaque * fruſtrà hîc immiſcet ſive ſtipula- 1969
tionem ſive *pactum* ſuum *Auctor*. Sequitur * igitur, in 1970
contractibus innominatis hodiè nil quicquam inde *immu-*
*tatum* eſſe: quicquid ſit, quòd ex pactô naſcatur actio:
nam tunc illud pactum *de dando, de permutando*, (quod
* ſanè non eſt contractus *innominatus*,) producet actio- 1971
nem validam: inque * tali negotio adeò non habet lo- 1972
cum *pœnitentia*, ùt nec in ſtipulatione quadam aliâ mu-
tuâ; quippe quòd contractus nominatus, ùt eſt ſtipulatio,
ſive vera, ſive ex pacto interpretativa, pœnitentiam non
admittat: quin * potiùs actio ex ſtipulatu ſive condictio 1973
certi exinde competet. Neque * verò unquam alicui in 1974
mentem venit, ſi non arietina fuerit, quod *ex ſtipulatione*
*de permutando* poſſit *P. V. actione* agi.
PARATVS SIT.] Ubinam * verò hoc aſſerit *Carp-* 1975
*zovius?* Nam * ſanè ſi alter ceſſat dare, non poteſt dici, 1976
quòd initio, cùm acciperet, paratus fuerit; neque tunc ad
indemnitatem ei, is qui dedit, tenebitur. Ergò * non ju- 1977
vat ipſum, ſi deinde *poſtquam ceſſavit*, dicat ſe *paratum*

1978 eſſe ad implendum; ſed * ita potiùs *pœnitere* poteſt & repe-
1979 tere rem ſimpliciter, qui dedit: tam * ex capite *cauſæ non*
*ſecutæ*, quàm ex capite *pœnitentiæ. l.3.§.2.d.Cond.c.dat.*
1980 Aliàs * ſi ex capite *pœnitentiæ* fiat, ita ut non ceſſaverit is,
qui accepit: ita verò *indemnem* illum præſtabit, ſi fortè
præparatoria feciſſet, v. *l.5.pr.eod.* ibi: *niſi fortè tuâ in-*
1981 *terſit.* quâ * ratione pœnitentia non erit abſoluta. *add.*
*§.2.eod. &* §.*3.* ibi: *non oportet ei condici.* it. §. *4. quòd ſi*
*moram non fecit.* Quid enim ſi pendeat negotium? ut
is qui accepit, id implere non potuerit: ita quidem non
1982 minùs integrum eſt pœnitere ei, qui dedit: atque ſic *
etiam pœnitere poteſt qui dedit; quamvis ei, qui acce-
pit, nil imputari poſſit. *l.3.§.3.d.t.* Sed tamen ita inde-
mnem ſervabit eum, qui accepit. Nam hactenus ei per
dationem, & ab inſtanti dationis, is qui dedit, obligatus
eſt. *add.* H. Piſtor. *O.167.* Igitur cùm æquisſimum ſit, ut
pœnitentia non admittatur, niſi quà indemnis, nec dum
impletâ cauſâ, ſervetur is, qui accepit; modò ipſe ſibi
in cauſa damni non exſtiterit: & quòd intempeſtivam
quoque pœnitentiam luere oporteat eum, qui dedit:
1983 hinc * etiamnum hodiè ad diſpoſitionem illam Legum at-
tendendum eſt. Nempe licet ei, qui dedit, condicere
ex capite cauſæ non ſecutæ: quâ ratione ſe difficultati
implicat probandi, quomodo cauſa non ſecuta fuerit; ut
condici res poſſit. Nec minùs ei licet condicere ex ca-
pite *pœnitentiæ*; ſed non protinùs dum dat, & eôdem
inſtanti, quô alter paratus jam eſt dare: hoc enim foret lu-
dere contractibus; ſed ſi alter *ceſſet quadantenus*, nec ta-
men nunc impleri velit, is qui dedit; quamvis is, qui ac-
cepit, in hoc paratus ſit. Nam ita nihilominus inte-
grum eſt ei, qui dedit, ut cauſam velit nunc non ſequi;
ſed

ſed ita tamen, ut *indemnem* præſtet eum, qui accepit.
Eaque eſt ratio contractûs *innominati*, per quam à nominatis diſtinguitur: quippe in quibus repeti non poteſt v. c. pretium quod datum eſt, ſi venditor rem tradere velit, & moram quoque emendare, ſi quam admiſerit; vel etiam ipſi reſarcire velit emptor, ſi quid prætendere quoad indemnitatem poſſet venditor. Atque hæc omnia non in ſcholis modò, ſed in *actu rerum*, & in omnibus tribunalibus, ſervantur; ut qui *Strykium* ſequi, nec *pœnitentiam* in contractu innominato admittere velit, meritò explodatur. Neque * enim, etiam ne hodiè quidem, ad paria rediguntur, *ſtipulatione* agere *de permutando*, & ipsâ *datione permutare*.

1984 (beside "Eaque eſt ratio…"); 1985 (beside "ritò explodatur. Neque * enim…")

### §. IV.

USITATO ACTIONIS NOMINE.] *Specificô* * & *eleganti* dicere debebat, cum *JCtis:* nam * actio P. V. etiam illa, quæ *æſtimatoria* eſt, v. c. habet *nomen* ſuum *uſitatum*. 1986 1987

CIVILIS.] Confundit * *Auctor* acceptiones nominis *civilis*, quod ex textibus ab eô citatis apparet. Nam 1988
* civilis dicitur *actio P. Verbis*, quatenus introducta eſt 1989
*à Prudentibus*, & ſic *ſpecificâ* ratione: deinde * civilis 1990
*communi ſenſu* dicitur, ùt Civile Jus adæquatè opponitur *Prætorio*. Denique * dicitur civilis, quoniam non ex 1991
*incivili facto* ſive delictô naſcitur. Et * tamen Prætor 1992
quoque illam in quibusdam ſpeciebus, rei *ſuæ jurisdictionis*, obtinere voluit. *l. 14. j. l. 19.* §. *2. l. 2.* §. *2. de Precar. &c.*

### §. V.

COINCIDIT.] Jam * *ſuprà* monitum eſt, perperam 1993

dici, *ſpeciem* aliquam, (ùt hîc ſpecies actionis in factum, in
genere acceptæ, eſt *P. Verbis* actio,) *cum genere* ſuo *coinci-
dere.*

SECUNDUM FACTUM SIMPLICITER PROPO-
1994 SITUM.] Sed * non videtur *Auctor* intelligere : undenam
*præſcriptis verbis* actio dicatur? Videlicet *JCti* præſcribe-
bant verbis pluribus negotium, dum ſtrictim actionem
deſignare non liceret; tum verò Prætor formulam dabat:
*Præſcriptis* (*Hotomannus, perſcriptis, add.* Cicer. *Orat. pro
Murena,*) *verbis* (nim. à JCto,) *ſi negotium geſtum eſſe
apparuerit, condemna.*

1995 IISDEM JURIS REGULIS.] Quòd * ſi actionem *in
factum* ſynonymicè capit cum actione *P. Verbis*, incon-
gruè dicit, eam cum illâ *coincidere*, eamvè *iisdem regulis*
1996 contineri. Si * *diverſam* intelligit, falſum hoc eſt: cùm
non modò *P. Verbis* actiones illæ, quæ ex aliis negotiis
competunt, *non coincidant* cum *actione P. V. ex contra-*
1997 *ctibus innominatis;* ſed * nec multò minùs cum *aliis in*
1998 *factum* actionibus. Neque * *iisdem regulis* contineri poſ-
ſunt actiones, quæ ex *diverſis* planè *negotiis* oriuntur; utut
1999 * ſub uno ſtent *genere* actionum in factum.

2000 VERBIS DEEST.] Imò * etiam, quod menti & ſenten-
2001 tiæ. v. *l. 9. §. 2. ff. & §. f. Inſt. d. L. Aquil.* Nam * ubi verba ſi-
mul deficiunt, ibi datur *actio utilis Aquilia*, quæ *civilis*
eſt.

2002 IN FACTUM DICI.] Sed * non omnes *in factum*
2003 ſunt *utiles*. Itaque * utilem *ex L. Aquil.* non debebat
cum actione *in factum* confundere.

2004 SUFFICIAT.] Imò * ſufficit *Auctori* actiones *quaſ-
dam* in factum *confusè* adduxiſſe. Et debebat eâdem
operâ accuratiùs actiones in factum *diſtinxiſſe;* niſi verò
idem

idem ſit *Strykio* ceſpitare & diſtinguere: & hoc ipſum ad
*Tabulas* pertineat, quas ipſe tantoperè averſatur.

QVAM PRÆSCRIPTIS VERBIS ] Imò hæc ipſa eſt 2005
*actio in factum*, ſeu *ſpecies* actionis in factum, *in genere*
*ſumtæ*.

§. VI.

GENERALITER.] Ac ſi * non eôdem modò dice- 2006
re liceat *Actio P. Verb. Do ut facias, Do ut Des.* Nam * 2007
in cæteris *ſpeciebus*, quæ ad nullum horum contractuum,
neque ad aliud quoddam *nomen* determinatum, referri
poſſunt, ùt eſt actio *P. V. de precario*, oportet ſanè in *ge-*
*nerali* appellatione acquieſcere.

§. VII.

TEMPERANDUM.] Sed * caſus, qui in *l. 1.* §. *1. d.* 2008
*æſtimatoriâ*, habetur, ad *l. 17.* §. *1. P. V.* non pertinet. Nam
in *l. 1.* res datur *tanquam vendita*, ut ſic accipiens habea-
tur loco *emtoris*. conf. *l. 51. ſol. matrim. l. 10.* §. *5. d. J. Dot.*
Sed *in l. 17.* æſtimatio eſt adjecta *taxationis* gratiâ. v. *l. 11*
*pr. d. reb. cred.* ex quâ * conſtat, ſermocinatione eâ, quæ 2009
nnnc ſequitur, *Auctorem* non indiguiſſe.

OPTIMVM CONSILIVM.] Ad * *Cautelas Strykia-* 2010
*nas* referendum eſt. Eſt ſanè Cautela ſuper omnes Cau-
telas, & cautela cautelarum cautisſima, ſi tibi diſertè ca-
veas! Cæterùm * quæ initio §. *1.* de *debitô alternativô* di- 2011
xerat, abhinc penitus aliena ſunt. Quis * enim unquam 2012
argumentari auſus? eſt à promisſione alternativâ debitoris,
ex rebus ſuis, ad præſtationem circà rem creditoris; cui
ipſe, dum eam alteri credit, legem dicit.

§. VIII.

SI ACCIPIENS ROGAVERIT.] Quidni * idem hîc 2013

obtineat? non obſtante, quòd *periculum rei* incumbat ac-
cipienti: quippe quòd * de *pœnitentiâ* quæri non poſſit,
nec quærere etiam voluerit, is qui dedit, quando res per-
emta eſt, nec exſtat ampliùs. Nam re jam peremtâ potiùs
2014 ad *pretium* acturus eſt. Quin * & quando *venditionis*
*gratiâ* rem æſtimatò dedit, pœnitere poteſt is qui dedit;
2015 re ſcil. necdum peremtâ. Nec * enim eſt *venditio rei*,
(niſi ratione *periculi*,) traditio ejus æſtimatæ *venditionis*
*gratiâ*.
2016 IN PERMVTATIONE.] Omninò * malè reſpon-
det: cùm in *permutatione* indiſtinctè *dominium* in acci-
pientem transferatur; idque ſimpliciter. Nil tale fiat in
2017 *æſtimatorio* contractu: & prætereà * ibi de *re* & *æſtima-*
2018 *tione*, iterumque * *variè*, agitur.
2019 IN REGVLA.] Quia * in *permutatione* ſic obtinet:
ideò eſt ſubſiſtendum in *regulâ!* elegans argumenta-
tio!
2020 DICENDVM PVTO.] Hæc * verò opinio maximè
ſingularis & inaudita eſt; quòd *pœnitentia* ampliùs in con-
tractibus *innominatis* hodiè *Uſu fori* non obtineat. Ubi-
nam hunc *Uſum fori* didicit *Strykius?* Utique non in *Se-*
*natu Appellationum Dreſdenſi*, ubi plura didicit.

§. IX.

2021 SINE VLLO JVRIS TEXTV.] Modò * *Auctor* ſuas
quandoque actiones fingeret per *textûs juris;* ùt hîc
2022 *Schwendendörfferus*, providus JCtus. Numquid * enim
actione non petet *mercedem*, ſi quæ ipſi promiſſa eſt? ùt
2023 *in l. 2. ff. b.* & * quænam erit *actio*, quâ illam eſt petitu-
rus? ſanè non alia, quàm *ex contractu hoc æſtimatoriô:* ùt
rectè

rectè *Coll. J. Arg. th. 3. d. æſtimat. act.* in quâ * nil pro 2024
*Auctore.* Et * quid ſi *impenſas* in rem feciſſet accipiens, 2025
aut alia ſuboriantur? Quin * & in eô non eſt neganda 2026
ſtatim *actio contraria*, quando protinùs *ab initio utrinque* conſtituitur obligatio: quid enim foret cum *negotiorum geſtione*, *pignoratitiô* aliisque contractibus; in quibus actio
contraria *naſcitur*. Quid * etiam quòd *honorarium*, in 2027
*mandato* promiſſum, actione mandati *contrariâ* peti poſ-
ſit? *l. 6. pr. Mandati.* Et * tamen contractus *æſtimatorius* 2028
ſui naturâ *non* eſt *gratuitus:* cumprimis verò non gratis vendendam quis rem ſuſcipit, qui eam à rei Domino *ro-*
*gatus eſt* vendere; quâ * ratione non *pactô ſeparatô* mer- 2029
ces ſtatuitur: quippe quòd pacta adjiciantur *contractibus*
*jam perfectis;* unde & *adjecta* dicuntur: ſed * ipſum pro- 2030
tinùs contractum ea promiſſio *ingreditur*. Imò * nihil in- 2031
tereſt ad contractum *bonæ fidei*, an pactô *adjectô* quid debeatur; an *in ipsô contractu* de eâ præſtatione actum ſit, aut iſta contractûs naturâ veniat. Quare cùm ex ipsô contractu, ei qui rem vendendam ſuſceperit, actio com-
petat: quænam * illa erit alia? quàm *diverſa ſpecie* ab eâ, 2032
quam is, qui rem dedit, inſtituit: utique enim *præſtationes alias* ea continet. Unde oportet, ut *Auctor* largiatur,
*actionem* aliquam *diverſam* ei dari: quippe * quòd *ſocio-* 2033
*rum* quidem eædem ſint præſtationes; ſed non etiam *emtoris*, *venditoris*, *locatoris conductoris*, quorum ob hoc diverſæ ſunt actiones, *licèt non directæ & contrariæ.* Sic igitur *diverſam* habemus actionem. Num verò non erit illa *contraria?* Sanè non poteſt mercedem petere, niſi vendiderit: non poteſt impenſas repetere, niſi eas fece-
rit. Itaque * præſtationes ei debentur non ab initio, ſed 2034
*ex poſtfacto;* nec * debentur ei *principaliter:* neque enim 2035

eſt

eſt principalis in contractu; ùt eſt emtor, locator, item venditor conductor. Ulteriùs*, is qui rem vendendam
2036 accepit, obligatur ei qui dedit directò, principaliter & per ſe; ſed dans accipienti, *è contrariò, ſecundariò & per accidens*.
2037 Numquid * ergò non hæc actio rectè dicta eſt à
2038 *Schwendendörffero contraria?* Eſt* igitur lepidus *Auctor* & valde ſubtilis, quando ſtatuit, non niſi *unam* dari ex con-
2039 tractu *æſtimatorio* actionem. Deinde * quando ſtatuit, non dari contrariam; ſed *accipienti directam* dari. Sic
2040 * ergò ſtatuit *dari directam*, & tamen *negat* dari *contrariam!* Igitur datur aliquô caſu directa actio, ubi nulla
2041 datur contraria! Porrò * datur actio *directa* ei, cui *ne quidem* per *ipſum* datur *contraria!* & datur ei, cui princi-
2042 palis eſt obligatus *ſecundariò & per accidens!* Is * itaque ei eſt obligatus principaliter, directò & per ſe. Mira Jurisprudentia, quin & mira Philoſophia! quæ meritò *Schwendendörfferum* terreat.

2043 UTILEM.] Quinam * ſunt illi? nam quilibet, qui non cerebrum in calcaneô habet, advertere poteſt nullô negotiô, quòd *utilis actio* non dicatur in ſenſu *juridicô*; *d. l. 2.* ſed *vulgari*, h. e. *locum habet: uſurpari poteſt*; quamvis in æſtimatione *merces* intervenerit: quippe quòd
2044 mercedem ſuâ naturâ non reſpuat; modò * ex hoc textu actionem *contrariam* exſculpſiſſet *Strykius*.

§. X.

2045 GENVS CVM GENERE.] At * verò *genus* nunquam *dari* poteſt; ut ab eo *inchoetur contractus* ex parte
2046 *dantis*. Poteſt * verò dari *ſpecies unius generis*, ut alter *ſpeciem diverſi generis*, quam non deſignavit, ex arbitrio daret;

daret; atque ſic genus ex parte accipientis deduci in con-
tractum innominatum poteſt; ùt do tibi *hunc canem*, ut
des mihi *bovem* (*aliquem*.) Deinde * perperam deſcribit 2047
ille *diſcrimen*, quod inter *permutationem* & contractum
*do ut des* conſtituendum eſt: quippe quòd permutatio,
cùm initio fuerit inſtar *E. Venditionis*: inde fuerit certa-
rum diverſi generis ſpecierum, vel quantitatum, v. *l. 4. C.*
*d. rer. permut.* In contractum verò *do ut des*, & genus
à parte accipientis, deduceretur, & unius generis diverſæ
ſpecies: quin & pecunia dari poſſit, ùt corpus. *l. fin. d.*
*condict. c. data.* Unde * nec ſufficit *Auctoris* deſignatio. 2048

OMNEM CONTRACTUM PERMUTATIONIS.]
Imò * *nunquam* ulla *permutatio* eſt *contractus do ut des*; 2049
& nullus * unquam contractus *do ut des* eſt *permutatio*: 2050
multiſque modis differunt; ùt *alibi* oſtenſum, & * ſimul 2051
ad *l. 5. §. 1. P. Verb.* expoſitio commodiſſima ſuppeditata
eſt: ut fruſtrà *textus ille Diſſentientes* detinuerit.

CUM ET DE EADEM RE.] Igitur in hoc reſidet
diſcrimen juxta *Auctorem*, quòd detur ſaltim *hæc ſpecies*
contractûs *do ut des*: quæ non poſſit haberi pro *permu-*
*tatione*. Eſto * verò, dari hanc *vel unam* ſpeciem, an ita 2052
*in univerſum* aſſeri poteſt, *non differre* hoſce duos con-
tractûs? & * ex utroque, ſaltim in illâ ſpecie, *unam &* 2053
*eandem actionis ſpeciem* dari? Nam * utique *alia* eſt *ſpe-* 2054
*cies actionis P. Verbis*, quæ ex contractu *do ut des*, quàm
quæ ex contractu *facio ut facias*, itemque *ex permuta-*
*tione, &c.* competit. Eſt verò * falſum penitùs, quòd ſit 2055
contractus innominatus *do ut des*, ſi quando datur *ſpe-*
*cies*, ut *eadem ſpecies reddatur*. (Quod quidem ſuô mo-
dò fit in contractu *æſtimatorio*.) Neque * enim id pro- 2056

batur ex *l. 17. §. 5. P. Verbis.* Nam ibi à duobus annuli
deponuntur apud tertium, ob ſponſionem, ut eos red-
deret ei, qui inter ipſos viciſſet. (Conf. *l. 11. §. 2. d. re-*
*cept. qui arbitr. recep.*) Quis verò inde contractum *do ut*
2057 *des* conficere poterit? An * exhinc, quòd ibi detur ad re-
poſcendum annulos *Actio Pr. Verbis?* ùt *Strykius* putat.
2058 Et * tamen non ſequitur, omnem illam ſpeciem, ob quam
*actio P. V.* datur, eſſe *contractum innominatum.* Hinc
2059 * etiam textus in *l. 8. & l. 18. eod. tit. d. P. Verb.* fruſtrà
2060 ad *contractus innominatos* trahuntur. Quòd * verò con-
tractus do ut des, in *d. tx. l. 17.* ſupponatur, vel hinc lo-
cum habere non poteſt: quia qui annulos tradunt ter-
tio, non *dant* ei illos, adeòque non dominium in eum,
2061 & * ne quidem *poſſeſſionem,* transferunt; ùt *diſertè* ibid.
2062 *Ulpianus.* Et * quâ ratione putaveris tu, *Sabinum* ab *Ul-*
*piano* reprehenſum fuiſſe; dum iſte *condictione* agi po-
2063 tuiſſe voluit: cùm * tamen, ubicunque *actione P. V.* ex
contractu *innominatô* agere licet; ibi etiam *condictio* de-
2064 tur. Quomodo * verò *condiceret* victor annulum alte-
2065 rius, quem tertio *non dedit?* Imò * ſi *inboneſta cauſa* ſpon-
ſionis fuerit, neuter poteſt uti *condictione* ad repetendum,
quod ſcilicet non dedit, ſeu cujus *dominium* in tertium
2066 non transtulit; quin * potiùs actione illâ *vagâ P. Verbis*
aget, ut ſecundùm *legem conventionis* ſ. *negotii* cuilibet
ſatisfiat.

2067 FATEANTUR OMNES.] Sed * nemo ait, *actio-*
2068 *nem P. Verbis* non in *varias* abire *ſpecies:* nemo * non
agnoſcit, *aliam* eſſe *actionem P. Verbis*, quæ datur ex con-
2069 tractibus *innominatis*, & * tamen etiam *variè*; aliam verò
ex *incertis* negotiis & *cauſis aliis.*

## §. XI.

JAM UTRINQVE IMPLETUS.] Sed * ubinam 2070
*casûs reliqui?* En facilitatem *Auctoris!* quando *unum*
tantùm vel *alterum* membrum producit; & quidem quod
*nullâ difficultate* laborat: aut, cùm de reliquis rem defi-
nire non audet, illa omnia *in turbam* conjicit. Ea qui-
dem facillima intellectu ſunt; ſed non juvant diſcentes:
imò hi turbidis & falſis planè doctrinis dimittuntur. Sic
* ergò rem expediamus: aut *alteruter* permutantium, 2071
ſive *permutationem ſuſcipientium*, rem *alienam* dat, aut
*uterque*. *Ibi* vel *dans*; qui initium dat permutationi: &
ſic *accipiens* vel *nondum* rem ſuam *dedit*, vel *dedit*. Si
*nondum dederit*, non poteſt dans agere *P. Verbis*: quo-
niam is nullam permutationem contraxit; ùt rectè *Pe-
dius* apud *Paulum* in *l. 1. §. 3. d. rer. permut.* neque etiam
*actione in factum* experiri poteſt ad id, quod ſuâ *inter-
eſt*, accipientem non dare; *l. 1. §. 4. eod.* ſed ſolùm *condi-
ctione*, qs. re non ſecutâ, rem datam poteſt repetere.
*eâd. l. §. 4.* & *l. f. d. condict. c. dat. c. non ſec.* Si verò *ac-
cipiens* etiam dederit: tunc quidem ipſe accipiens ob rem
alienam non poteſt agere *P. Verbis*: neque enim is, qui
dedit, permutavit; *d. l. 1. §. 5.* Sed tamen *actione in factum*
agere poteſt ad hoc, quod ſuâ intereſt; *l. 1. §. 2. eod.* (ibi: ſi
*poſtea* evincatur, quod *dederim*:) vel etiam id quod de-
dit, quaſi *ſinè causâ* apud dantem rem alienam fuerit,
*condicere*. *l. 1. in f. C. d. rer. permut.* Quòd ſi *accipiens*
dederit rem *alienam*, cùm *dans propriam* dediſſet: *dans*
poteſt agere *in factum*. *d. l. 1. §. 2. ff. eod.* ibi: *poſteà*. vel
*acceperim*. vel etiam rem à ſe datam *condicere*, qs. *causâ*

*non ſecutâ. l. 4. l. 5. C. d. t.* Quod ſi denique *res alienæ utrinque* datæ fuerint: utrinque non minus agetur, vel actione *in factum* ad hoc quod *intereſt*, *d l. 1. §. 2. ff. eod. tit.* vel *condictione cauſa data*, causâ non ſecuta.

2072 ALTERI.] Sed * & ſi *utrique.*

2073 PROMISCUE CAPIUNTUR.] ô * ſi omnia *promiſcua* forent, longè faciliorem haberemus Jurisprudentiam! Ad quid igitur tot vigiliæ, & cui bono ſunt *JCtorum* tanta ſtudia? cùm *nil interſit*, *jurené* an *injuriâ* lites decidantur, & ſive peritos habeamus & exactos Judices & advocatos; ſive minùs: modò *Tractatum* de *actionibus inveſtigandis* allegare nôrint. Jam verò *ſuprà* monitum eſt, quâ ratione diſcernantur *actio in factum* & actio *P.*
2074 *Verbis*. Quid * enim hoc eſt, *non ſemper:* item *ſæpiùs.* Hoc quando fiat, & quòusque fiat, nullibi exponit *Auctor;* dum vagô cœcum tramite verſat iter. Interim & ſemet ſubducit difficultati, & Lectores imperitos meliori parte doctrinæ fruſtratur.

2075 PRÆSCRIPTIS VERBIS AGI POSSE.] Hoc * verò quàm falſum ſit multis modis, & quàm principiis adverſum penitùs: ex jam dictis abundè conſtat. Unde addiſcet etiam
2076 *Strykius*, * non perinde eſſe, ſi dicas, *actione in factum* & *actione P. Verbis* experiri: cùm non ipsô tantùm *nomine*, ſed & *cauſis omnibus*, *efficiente* cumprimis, *objectô*, *fine*, ipsâque *formâ*, differant. Nec aſylum in hoc ei ſupererit ampliùs, ſi prætendere, aliosque in eô detinere, velit, non opus eſſe, ut *actionis nomen* in *libellô* exprimas.

2077 QVOD NON DURAT DATUM.] Pulchra * omni-
2078 nò ratio! ſi modò ad rem quadraret. An * enim *ad implendum* poteſt agi *dictis caſibus?* ad quod unicè datur illa

*actio*

*actio P. Verbis.* Quàm bene itaque callet ille naturam negotiorum: & quàm rectè *actiones eruere* novit?

§. XII.

ADDICTIONIS IN DIEM.] Ut tamen * ſi ſub *pacto* 2079
*ſuſpenſivo* fiat, non ſit rerum *permutatio*; uti nec eſt emtio: *l. 7. pr. d. contrab. emt. l. 8 pr. d. peric. & comm. rei vend.* niſi quòd retrò validari poſſit. Quin * & in hoc eſt in- 2080
gens diſcrimen, quòd à contractu *permutationis* recedere & *pœnitere* liceat, quòuſque non omne ſuum *implementum* acceperit: quod in *Emt. Vend.* non licet. Ad quid * 2081
igitur *pacta* Emtioni venditioni adjici ſolita, *contractibus innominatis* admiſcentur? cùm utrumque genus contractuum *diverſæ* penitùs ſit *naturæ* & differentium *præſtationum*: quaſi * non plures multò, & vel infinitæ *ſpecies*, in 2082
contractibus innominatis quotidiè dentur & effingi poſſint, quibus illi *modificantur*; ut hìc nominibus, in E. V. uſitatis, turbare ſeriem & doctrinam ſanæ Jurisprudentiæ non oporteat.

EAPROPTER.] At verò * hoc falſum eſt. Num 2083
enim non ago adverſus eum, qui rem certam mecum *permutaturus* fuit, ſed *ceſſat* eam dare, *actione P. Verbis?* quid hìc eſt *incerti?* & ſic in millenis aliis. Norunt * 2084
verò rectiùs *JCti*, & qui Jurisprudentiæ veræ ac Legibus innutriti ſunt, quid ſit *incerti actio?* Nimirum * actio *P.* 2085
*Verbis* haud unquam dicitur *incerti* actio, intuitu *objecti*, quòd per eam incerti agamus, ſive *ad incertum*; aliàs * in 2086
*quâlibet ſpecie* incertum per eam peti oporteret: quod aſſerere omninò abſurdum eſt. Quicquid ſit quòd *aliquando* actione illâ P. V. id perſequamur, quod *noſtrâ intereſt*; ſicut in contractu do ut facias: ſi dederim ego & tu ceſſes

 face-

2087 facere; (quod * quidem *nec permutatio* eſt, de quâ tamen
hîc *Auctor* loquitur: & ſic multò magis doctrina ipſius eſt
erronea:) nam ita *civilis* actio, ſeu *civilis in factum* actio,
i. e. *P. Verbis*, ad id quod meâ intereſt, vel etiam *condi-*
*ctio* ad repetendum rem, mihi dabitur. *l. 5. §. 2. P. Verb.*
2088 Quin * potiùs dicitur *civilis incerti* actio, quòd notis cer-
tis & *propriis*, ſeu *elegantibus*, ùt in negotiis nominatis,
2089 actio nec potuerit exprimi nec expediri. Unde * & *in-*
*certi* dicitur, quæ vel *certiſſimum objectum* habet, quod
2090 perſequatur: & * *omnis* actio *P. V.* hôc ipsô *incerti* eſt,
2091 vel *incerta actio.* Proinde * in *l. 7. §. 2. de Pact.* (ubi
2092 * quidem iterum non permutatio, ſed *contractus do ut fa-*
*cias*, occurrit,) dum dedi ego rem, & fecit ille, ſed poſteà
res data evincitur: non quidem *in factum*, actione magis
vagâ, agere cogor; ſed ſufficit mihi *civilis incerti actio* (nec
2093 * tamen *Stichus* ille evictus *incerti* quid eſt,) *P. Verbis*; eò
quòd in hoc negotio *contractus aliquis* continetur; ad
2094 quem * longiùs deducere actionem iſtam *in factum*, (quæ
tamen *Auctori* noſtro adeò *cum P. Verb. actione coincidit*,)
2095 neceſſe non ſit. Porrò * in *l. 9. P. V.* ubi *incerti* civilis
actio dicitur illa *actio P. Verbis*, nil incerti ratione *objecti*
2096 reperitur; ſed *nomen* delegandum. Sic & * quando ex-
trà contractûs innominatos *actio Pr. Verbis*, aliàs quoque,
adhibetur; velut in *Precario*: non minùs dicitur *incerti*
2097 condictio: (ita * verò eſt *communis* illa, ad alias ſpecies,
*diſertis Legibus* & *JCtorum ſcitis*, deducta *Præſcr. Verbis*
actio:) & ad repetendum rem precariò datam inſtituitur.
2098 *l. 19. § ult. d. Precar.* Quid * hîc *incerti* eſt in hoc Preca-
rio? Diſcat ergò nunc *Auctor* impolitus, quid ſit *incerti*
actio? & loquelam *Legum* diſcat intelligere. Hinc alibi
2099 dicitur actio *Præſcriptis* verbis, (non ſolùm *incerti* * actio,
ſed

ſed eôdem ſenſu, & multò magis ſignificanter, Præſcriptis
verbis *incerta civilis actio. l. 6. C. d. Rer. permut.* & *l. 22.
C. d. donat.* item *incertum* Judicium, i. e. P. Verbis, in *l. 9.
C. eod.*

SI ILLUD POSTEA NON FIAT.] Et * hoc fal- 2100
ſum eſſe, nec ſemper in id *actionem P. V.* dari in permu-
tatione, *ſuperiùs* luculenter oſtenſum eſt.

EAPROPTER.] Cùm * *Auctor* cognoſcere potuerit 2101
ex *l. 6. C. d. rer. permut.* quando ibi *incerta* dicitur actio:
non reſpici per illud epitheton ad *objectum* actionis: ipſe
infelicisſimus Interpres, pervertit, & abjicit doctrinam
*Imperatoriam*, & eapropter, * ait, eſſe incertam actionem, 2102
quia * *ad incertum* agatur; quod poſterius tamen & ipſum 2103
falſum eſt.

AD INTERESSE AGATVR.] Itaque * *omnis* actio 2104
P. V. *ad intereſſe* dabitur? ſi vel maximè daretur, illam
incertam appellari *ab objecto;* quod tamen imperitum
eſt.

§. XIII.

L. FIN. D. RER. PERMVT.] Domeſticum * & 2105
multò propiorem ac pleniorem *textum* omiſiſſe non de-
bebat, in *l. 19. §. 5. d. ædilit. ed.*

ALTER PERMVTANTIVM.] Quid * tamen in 2106
*permutatione beneficiorum Eccleſiaſticorum?* Nolim ingre-
di cum *Auctore* Jus *Canonicum.* v. Fachin. *Lib. 2. Con-
trov. 22.* ubi ampliter hâc de re diſputat.

§. XIV.

REM PRÆSTARE NOLIT.] Modò * *ſpecies* aut 2107
*cor-*

2108 *corpus* fuerit. In * *d. l. 22. incerti* quid promiſſum fue-
rat, in quo hæc quidem ablatio non procedit.
REDVNDAVERIT UTILITAS.] Imò & ſic rema-
net difficultas. Equidem *Auctor* refert caſum in *l. 5. §. 3.
P. V.* ad ſpeciem, in quâ nulla redundat utilitas ex factô,
ſeu eo, quod fecit aliquis, cui dare alter volebat: & con-
2109 trà caſum in *l. 15. P. V.* ad ſpeciem diverſam. Quid * ve-
rò ſi in caſu aliquo, ubi *nulla utilitas* in alterum redun-
dat, *dolus* argui non poſſit? Ita nec daretur, per *Aucto-
rem*, actio *P. V.* nec actio *doli?* contrà *l. 5. §. 3. P. V.* Quid
2110 * quòd in caſu *l. 15. P. V.* ubi *Auctor* ſupponit, *utilitatem*
pervenire ad alterum, poſſit etiam *de dolo* non agi, puta
ſi dolus argui nequeat; quâ ratione utique reſpectus uti-
litatis inter duas illas ſpecies fundamentum *differentiæ*
2111 conſtituere non poteſt. Quid * porrò, quòd *utrobique*
poſſit agi *de dolo*, ſi in *l. 15. P. V.* dolus argui queat; quic-
quid ſit de utilitate: & poſſit ergò agi de dolo, quando
nulla eſt utilitas in *l. 5. §. 3.* & rurſus agi de dolo, quando
2112 eſt utilitas. Sic ergò * in *l. 15. P. V.* actio de dolo non e-
rit *ſubſidiaria:* quippe quòd ibi concurrat cum actione
2113 P. Verbis; quæ * nec inſtar aliarum ordinariarum habet,
cum quibus aliàs actio doli concurrere non poteſt. Quòd
2114 ſi * verò largiatur *Auctor*, *utrobique de dolo* agi poſſe; ſed
*non utrobique* actionem *P. V.* competere: quippe in quâ
attendendum ſit, num *utilitas* in negotio verſetur; ſive
quòd pecuniariè *intereſſe* oporteat ſ. quòd ſi ceſſet utilitas,
ſimul etiam *æquitas* ceſſet, quæ *actioni P. V.* fundamen-
tum præbeat: adeòque non videri extrà hoc cauſam ſub-
eſſe. Tum quidem omnia hæc fruſtrà dici exiſtimem.
2115 Nunquid * enim non *intereſt* meâ in *l. 5. §. 3.* pecuniariè?
2116 & * omninò, ſi non intereſt ullô in negotio, ne quidem
actio

actio de dolo dabitur. Nec ceſſat * *æquitas*, ſi tu ceſſes da- 2117
re quod promiſeras, poſtquam ego feci : & * nonne ſatis 2118
in eo ſubeſt *cauſæ*, quòd ego fecerim? Quòd * ſi etiam 2119
perquiras ſpecies, quibus *actio P. V.* datur, vel centum
reperies, in quibus non major, & ne quidem tanta, *utilitas*
unius vel alterius, innominatum contractum ineuntium,
ſubeſt, ac in *d. l. 5. §. 3. d. P. V.* v. *l. 3. §. 4. d. condict. c. dat.*
*l. 7. l. 5. pr. & §. f. l. 18. l. 25. P. V. &c.* Equidem * ſatiùs 2120
fuerat *diſtinguere:* an *dolus* in negotio *manifeſtè* argui
poſſit, aut velit: ut tunc detur *doli* actio; non Pr. Ver-
bis: an verò *de dolo* quis acturus non ſit, & ſic agi poſſit
*P. Verbis* actione: ùt quidem *communiter* reſpondent;
& ipſe *Tabor*, in *partit. Element.*, qui tunc quidem *maxi-*
*mè* actionem de dolo obtinere putat, quando *nulla utili-*
*tas* ad *daturum proveniat*; indeque *cauſa* non ſubeſſe vi-
deatur. Nec tamen iſta reſponſio omnem *difficultatem*
tollit; ſicut ex *jam dictis* facilè colligitur: neque etiam
*menti JCtorum* exactè congruit. Et ne quidem feliciùs
rem expedit idem *Tabor*, quando in *not. ad C. Jur. Arg.*
*th. 7.* ait, *nullam* dari *in eâ ſpecie* contractûs *innominati*,
quæ in *l. 5. §. 3. P. V.* habetur, *civilem actionem*, h. e. ta-
lem non dari, quæ introducta aut confirmata ſit *à Jure*
*Civili*; ſed dari actionem *de dolô*, h. e. non illam, quæ
*ex Ed. de dolô malô* procedit; ſed *Præſcriptis verbis de*
*dolo*, quæ P.V. actio non civilis, ſed *prætoria* ſit. Enim-
verò *actio civilis* ita in hoc articulo non ſumitur; ſed
*ſpecificum & ſingularem* ſignificatum hâc appellatione
*d. §. 3.* innuit *JCtus*. Deinde *actionem P. V.* non ſolemus
appellare *de dolo* actionem; Et cur datur in *l. 15. P. V.*
actio Præſcriptis Verbis (quam in *d. l. 5.* nomine *actionis*
*de dolo* venire cupit,) & tamen *unà* datur *actio de dolo?*

Quin nec *actio P V.* quæ *ex contractu* competit, Prætoria, ſed *civilis* eſt. Rurſus *alii* arbitrantur, non dari *d. l. 5* §. 3. civilem actionem P. Verbis, quoniam ſpecies ibi adducta *facio ut des*, non ſit *ſimilis* alicui ex *nominatis* contractibus; ne quidem *locationi*: quippe quòd locatio à conductore initium capiat. Quapropter *de dolo* agendum eſſe; ut tamen ſi dolus argui nequeat, v.c. res danda interierit levi culpâ, nihilominùs *actio P.V.* per *l. 15. P.V.* inſtitui poſſit. Sed an eô caſu, quô *P. V.* agi poteſt, negotium *ſimile* eſt alicui ex contractibus *nominatis?* Quod tamen ne quidem *ad contractum innominatum*, ejusvè ſubſtantiam, requiritur. *Dicam* igitur, cùm *ad implendum* agere vult qui fecit; ſive ad hoc quod *intereſt*, impletum non eſſe: ita eum experiri poſſe & debere actione *P. Verbis. d. l. 15.* ut tamen nil impediat, ſi *dolus argui* poſſit, *non minùs* de dolo, eum qui fecit, experiri. *d. l. 15.* ceu quidem etiam *in aliis ſpeciebus* ſi dolus poſſit argui, de dolo experiri licet. *l. 5. §. 2. P.V.* Quâ in re contractûs *innominati* negotiis *ſtricti juris* aſſimilantur. Quòd ſi verò *non ad implendum* agere vellet is, qui fecit, & quæratur? an ipſe *condictionem*, ſive ex capite *pœnitentiæ*, ſive ex capite *cauſæ non ſecutæ*, habeat; de quô caſu unicè *l. 5. §. 3. P.V.* loquitur. *Reſpondet* ibi *JCtus*, *nullam eſſe* (ordinariam & eò directam,) *civilem actionem*, quâ ſcilicet *factum condicatur*, quippe quòd *infectum* id fieri nequeat. Et ideò *de dolo* dandam eſſe actionem. Sic enim & eò ipſa doli actio alibi porrigitur, quando *condici* id quod factum eſt, ùt libertatis datio ſ. manumiſſio, *non poteſt. l. 4. C. d. dolo malo. l. 25. in fin. P. V.* Facit ad muniendam hanc expoſitionem, quòd in *l. 7. eod.* ubi ſpecies habetur, *do ut manumittas*, ſi meâ *interſit*, h. e. ſi im-

impleri velim contractum, *P. Verbis* agam; ſi *nihil meâ interſit*, impleri ſcilicet contractum, & decedere à contractu, *condictionem* inſtituam ejus quod dedi: *d. l.* ad *quaſi revocandum* verò *factum*, ùt *l. 5. §. 3.* cùm retractari iſtud nequeat, *actione doli* experiri neceſſe habeam. Quod verò ſignificatum *actionis civilis* in *d. l. 5. §. 3.* concernit, notari oportet: non dici ibidem, nullam dari *actionem in factum civilem:* (nam eô nomine ſæpiùs *actio P. V.* venit; quæ tamen in illô caſu *d. l. 5. § 3. P. V.* datur, per *l. 15. eod.* Unde & proximè *in l. 5. §. 2. in fin. d. t.* in contractu *do ut facias*, ſi *ſciens* dederim ſervum alienum, dicitur, in me dandam *de dolô* actionem; ſi *ignorans*, in *factum civilem:* quæ non alia eſt, quàm *P. Verbis:* Indeque *non obſtat* illi loco *textus in l. 7. §. 2. d. pact.* nam ibi actioni *P. Verbis*, quæ & ibidem in eâ ſpecie datur, opponitur actio *in factum* à Prætore in ſubſidium danda, quæ eſt latior illa & *communis* actionum in factum *ſpecies;* quanquam de cætero *Julianum*, prout *eum* in *l. 5. §. 2.* refert *Paulus*, oporteat ſententiam ſuam, ùt *Paulus* in *l. 7. §. 2. d. pact.* commemorat, à *Mauricianô* reprehenſam, in melius mutâſſe.) Itaque hoc ſolùm dicitur in *cit. l. 5. §. 3. P. V. nullam* ibi dari *actionem civilem;* (quô nomine quidem *actio P. V.* in *l. 15. P. V.* & ipſa inſignitur; ſed additur tamen *diſertè*, quòd ipſa ibi indicetur: *civilis actio, i. e. Pr. Verbis.*) Denique alia eſt appellatio *actionis juris civilis* in *l. 16. §. 1.* P. *V.* hoc eſt, ejus, quæ *ex nominatis* contractibus competit, cui ibidem opponitur *actio in factum;* quô nomine videtur *actio* P. *V.* intelligi: (ſic enim *alibi* ſæpiùs, ùt in *l. 22. d. t.* ibi: *in factum, i. e. Præſcriptis Verbis.*) Et quidem in *ſpecie* dictæ *l. 16.* nulla *Juris Civilis* datur actio, & de *actione P. V.* itidem dubitatur,

 quo-

quoniam ibi *negotium mutuum* non eſt; indeque commodiſſimam autumat JC. actionem *de dolo*.

§. XV.

2121 DISTINCTIONEM.] Sed * illa *diſtinctio* plauſum non meretur.

2122 CONDICENDUM ESSE.] Apertè * *contrà textum!*
2123 qui *condictionem negat*, nec * ullibi ea proditur, aut * dari
2124 *poteſt;* quippe quòd hoc ſolùm condicamus, quod à no-
2125 bis *præſtitum* eſt: *utilitatem*, * quam alter adeptus eſt, non
2126 condicamus. Hinc * meritò ſimpliciter *actio doli* cum *Legibus* ſuſcipienda eſt.

2127 IDEM IN EFFECTU CONSEQVOR.] Quàm * leviter verò & irreverenter ille Jura tractat! Non conſequi poteris *condictione*, ad quod illa comparata non eſt. Egregium actionum *inveſtigatorem!*

2128 AMPLIUS COMMODI.] Quaſi verò * non actione *doli* id, quod meâ intereſt, conſequar; aut invitus, poſtquam alter dare ceſſavit, rem acceptare cogar? quanquam
2129 * ſi meâ non ulteriùs interſit, quidni dando adhuc rem ipſam alter per hoc ab actione doli ſe liberaret? Affaniæ meræ!

§. XVI.

2130 CAUSA NON SECUTA.] Videlicet, * qui *ob pœnitentiam* condicit, ille condicit *ob cauſam non ſecutam?* Vigilans dormit *Strykius!* Sic & *inferiùs* in verbis: *antequam alter impleat.* Hæc omnia *Auctori* coincidunt.
2131 Modò * *effectum* obtineamus, & res condicenti reſtituatur; de *cauſis* condictionis, per omnia capita *diſtinctis*, parùm ſimus ſolliciti!

CAU-

CAUTUS SIT ACTOR.] Advertite * *Cautelam* 2132
Juvenes! ut contrà principia impingere in hoc etiam diſca-
tis!

EGO SUM DEBITOR SPECIEI.] At verò,* quòd 2133
*hæc exceptio* in *contractu innominatò*, do ut des, *locum*
*non habeat*, evidenter oſtendit *Celſus* in *l. fin. ff. d. Cond. c.*
*data cauſ. non ſec.* Neque * enim obligationi ſuæ in hoc 2134
contractu ſatisfecit, niſi qui *re ipsâ dedit:* proinde * non 2135
poteſt dici *liberatus* eſſe ab obligatione, qui non dedit;
eò quòd non modò ad implendum illa datio requiratur,
verùm etiam ad *conſtituendum* * ſeu *perficiendum* contra- 2136
ctum. Quà * ratione ſi is, qui bovem dedit, ignorans 2137
equum periiſſe, ad dandum quoque eum experiatur: ini-
quiſſimum foret, eum idcircò periclitari & rem quam de-
dit, ſeu bovem, *amittere;* quod fieret ex ſententia *Strykii*,
ſi interitus ſpeciei, ùt hîc equi, illum liberaret, ut ſuæ ob-
ligationi *ſatisfeciſſe* videretur. Quòd * enim in *l. 5* §. *1.* 2138
*P. V.* Stichus, quem dare mihi debebas, *periculo meo* ſit, &
tu duntaxat *culpam* mihi *præſtare* debeas: illud perti-
net *ad præſtationem ejus* quod *intereſt*, ad quam ſi Stichus
*caſu* perierit, mihi non teneris Sed * propterea non potes 2139
mihi *rem meam*, quam dedi, retinere; quò minùs eam
mihi reſtituere tenearis: (ita quoque *Brunnemannus cit. l.*
qui cætera nil pro *Auctore:*) cùm ſatis * *periculi* ſuſtineam, 2140
dum Stichum illum non conſequor, nec te ad præſtatio-
nem illius, ſeu ad dandum illum & complendum contra-
ctum, adigere poſſum; quippe * quòd abinde eximat te 2141
dandi illa *impoſſibilitas.* Nec apparet, * quænam foret 2142
*differentia* inter *emtionem* & *venditionem*, atque contra-
ctum illum *innominatum*, per doctrinam *Auctoris:* quod
tamen diſcrimen * graviter inculcat *Celſus*, in *l. ult. d. cond.* 2143

 *cauſ.*

*cauſ. dat. c. non ſec.* Ubi ſimul, *repetere me poſſe*, ait, *pecu-
niam*, (quam ùt corpus *dedi*,) ſi Stichum accipientis *non*
2144 *feceris:* & * quòd poſſim repetere pariter pecuniam, ſi
priusquam eum dares, mortuus apud te Stichus fuiſſet.
2145 Quod * verò in *l. 10. C. eod.* dicitur, pecuniam *me repe-
tere non poſſe*, ſi cauſa ob quam data eſt, fortuitò caſu ſe-
cuta non ſit: illud non pertinet *ad cauſam*, quâ *dari* rur-
2146 ſus aliquid, ſeu, quâ *fieri* quid, debuit. Cæterùm * valdè
indignum, & ab omni ratione & æquitate alienum eſt, ſi
bovem ego relinquere cogor & perdere, quando *actione*
2147 *P. V.* adverſus te ago; nec non * ſi *condico* bovem meum,
quaſi causâ non ſecutâ: nimirum quòd tu non tenearis ex
contractu innominatô ampliùs, ſed interitu equi liberatus
ſis; itemque non poſſit tibi imputari, quare non dederis
equum, indeque bovem non poſſim repetere ſ. condice-
2148 re, tanquam causâ non ſecutâ: & * *poſſim* tamen, ſi me
dationis meæ & contractûs *pœniteat*, à te bovem repete-
2149 re? Quis * enim adeò fatuus erit, ut non ſepoſitâ *actione
P. V.* & *condictione* ex capite non ſecutæ cauſæ, ſemper *in*
2150 *pœnitentiâ* ſe fundet? Num * verò tota tua liberatio, quæ
ſemel tibi ex neceſſitate juris quæſita eſt, quòdque tu im-
plere cauſam non tenearis, eripietur tibi exinde, quòd ego
2151 *ad pœnitentiam* me conferam? Sanè * *d. l. fin.* apertè ſe
in eô fundat, quòd repetere poſſim, eò quòd *cauſa ſecu-
ta non ſit.* Imò * *pœnitentia* per rerum naturam *nulla*
eſt, niſi quando ego poſſum detrectare, quod mihi dare
2153 poſſis: & * verò *dare* mihi non potes, quod *peremtum*
2154 eſt. Ad quid * igitur *pœnitentia?* quæ non oppoſitam
habet *perſeverantiam:* quæ ubi locum habere non poſſet,
ùt non poteſt re peremtâ, non poteſt etiam dari & inte-
gra

gra eſſe ſeu libera ei qui dedit pœnitentia. v. *l. 5. §. 2. d. condict. c. data.*

§. XVII.

LOCUS ESSET.] Et locus * eſt ex hoc negotiô, 2155
quod eſt *ſpecies* contractûs *innominati do ut des;* quippe quod inter *remittentem* & *traſſantem* perficitur, dum hic alibi dat per *acceptantem*. v. §. 19. *b* Unde meritò rejiciuntur, qui exinde contractum *conſenſualem*, (uti *Huberus*, *Mandatum*,) vel *realem*, (ùt *Mutuum*,) conficiunt.

§. XVIII.

CENSEO.] Nemo * dubitat, *ſtipulatione* firmari poſ- 2156
ſe omnia negotia, & ſic *ex ſtipulatu* agi. Quod ſi etiam nulla re ipsâ pecunia interveniat; tamen interveniſſe *per commutationem rationum* cenſetur. Abſque hoc autem ne quidem *cambium* eſt propriè, ſed vel *mandatum* haberi poteſt; quoniam mandatum etiam *mandatarii gratiâ* initur.

§. XXIII.

ÆQVIOR SIT SENTENTIA.] Et tamen * *Mar-* 2157
*quardi* quoque ſententia procedit. Videlicet non liberat *traſſantem* ab obligatione ergà remittentem, quòd is cui fit traſſa, quamvis ergà remittentem, literas cambii *acceptaverit*. Sed oportet ut *ſolverit* remiſſam; idque ex natura contractûs *innominati*, ùt rectè *Mevius*. Quòd ſi vero poſſit videri fidem ejus, cui traſſa facta eſt, ſecutus eſſe remittens, quod evidenter colligitur exinde, non ſi in acceptatione acquieſcat, ſed ſi dum non ſolvit deſtinatâ die, ille (remittens) *non proteſtetur:* ita vero regreſ-

ſum ampliùs ad traſſantem, per *condictionem* causâ non ſecutâ, non habet. Jam enim obligationi ſuæ *ſatisfeciſſe* cenſetur traſſans, & novum cum acceptante contractum iniiſſe remittens.

2158 NON TAM AD JUS COMMUNE.] Quidni * ad *jus commune?* ubi applicari poſſit. Itaque ubi in factô *novatio* fuerit, quidni jus novationis applicemus? Sanè hoc eſt in poteſtate remittentis, ut ſimpliciter recipiat acceptantem in locum traſſantis; nec de voluntate traſſantis, quòd ipſum, ſi remittenti placeat, delegatum habere
2159 velit. Itaque * hæc eſt *delegatio* vera; ſaltim quòd à voluntate remittentis unicè pendeat, poſtquam cui fit traſſa, cambium acceptaverit. Ex *ſolâ* vero *acceptatione* fruſtrà induceretur *delegatio:* non quòd præſumtione novatio non inducatur; ſed quòd deficiat conſenſus ejus, cui delegatio fieri velit: ſiquidem delegatio inter ſolum de-
2160 legantem & delegatum non perficitur. Itaque * fruſtrà
2161 *Auctor* luctatur cum *ſententiâ æquiori*, cum * *novatione*
2162 *præſumtâ*, cum * *repudio Juris communis*, cum * *ſtylo mer-*
2163 *cantili* & talibus. Modò * *naturam Cambii* rectè pene-
2164 tráſſet, eique jus *commune*, quod *JCti* eſt, applicâſſet.
2165 Nil enim hîc *ſtylo*, ſaltim * in *hôc*, & quoad *regularem*
2166 *naturam Cambii*, adverſum eſt. Quòd * ſi vero *alicubi* inductum fuerit, ut per nudam *acceptationem*, vel potiùs præſentationem & ſecutam acceptationem, quis fidem acceptantis ſecutus fuerit: ita hoc ſingulare foret, ac fruſtranea, ex *regulis communibus Cambii*, diſceptatio.

NON NOVAM.] Notabilis obſervatio! quam abs-
2167 que *Strykio* ſi foret, ignoraremus. Quisnam * inde *novam* ſomniabit *actionem?* cùm obligationi necdum ſatisfe-

tisfecit traſſans: & ad quid daretur illa actio, nullô ulteriùs
inter ipſos ſuſceptô negotiô? *Omiſſio* * autem *proteſtatio-* 2168
*nis* arguit, quòd fidem acceptantis ſecutus fuerit is, qui
Cambium remiſit.

§. XXIV.

CUM RECEPTIOR.] Non* foret receptior, ſi non 2169
vera eſſet: vel potiùs non valet ùt *recepta*, ſed quòd *ve-
rior* ſit. Quòd enim remittens traſſanti teneatur, non
eſt ex Cambio; ſed *occaſione Cambii*, *ex mutuo*: neque
mutuum inter eos intercedit, quando remittens proti-
nùs numerat traſſanti pecuniam, quæ remittenti alibi
ſolvatur.

ACTIONES SUPRA DICTÆ.] Imò * *actiones* il- 2170
læ nihilominùs manerent, utcunque Cambium contra-
ctus *nominatus* foret; ſaltim nomen actionis, quam *P. V.*
dicimus, in nomen *ſpecificum cambialis actionis* mutare-
tur. Sed * quoniam *natura* negotii contractum *innomi-* 2171
*natum* ejusvè *ſpeciem* refert, & vel natura * innominato- 2172
rum maximè à nominatis diſcrepat. Hinc non ſolùm
actiones illas retinendas, ſed & *naturam* negotii talem
ſervandam eſſe, conſtat.

§. XXV.

NON EX CONTRACTU INNOMINATO.]
Quidni * ex contractu *innominatò?* Nam ille contractus 2173
nullò caſu eſt inter traſſantem & acceptantem; ſed inter
*remittentem* & *traſſantem:* quos inter nil quidem in
hac ſpecie mutatur, quippe * in quâ unicè mutatur fa- 2174
cies inter traſſantem & acceptantem, interque eos *nego-
tiorum geſtio* inducitur.

§. XXVII.

2175 NON EST DUBIUM.] Quid tamen * ſi non præ-
mium ſtatim detur? ſed *ſtipulationibus* firmetur nego-
tium: ita ſanè contractus fuerit *nominatus* ſtipulationis,
2176 & ex hoc ſolo actio dabitur. Cæterùm * ſi in formâ con-
tractûs *innominati* ſubſtiterint partes: tunc vel *datum*
eſt præmium; & eſt contractus *do ut facias:* ita verò
cùm actu *periculum* in ſe receperit aſſecurator, idque ex
ſuâ etiam parte protinùs *impleat*, non eſt locus *pœniten-
tiæ; ex neutrâ parte.* Vel aſſecurator *in ſe ſuſcipit pe-
riculum*; ut detur *præmium:* & ſic eſt *facio ut des:* quâ
ratione priusquam detur, *pœnitere* poteſt aſſecura-
tor, quin & *promisſionem condicere*, ob cauſam non ſecu-
tam; ſed non poſſunt *pœnitere*, qui promisſionem hanc
*acceptârunt*, verùm *P.V.* actione ad dandum compelluntur.

2177 ASSECURATORI.] Dextroverſum! Non * datur
huic actio ad *pretium* peremptarum *mercium*; ſed ille
potiùs *pretium* illarum aſſecuratis præſtare tenetur *pro*
2178 *præmiis*. Sic * & *aſſecurati* non agunt ad *præmium* adver-
ſus aſſecuratorem; ùt hîc perversè traditur.

2179 NOMINATOS.] Planè, * ùt *Auctor* deſcribit *actio-
nes* exinde competentes, vix poteſt aſſecuratio eſſe con-
2180 tractus *innominatus:* nam * ſi præmium non eſt ſolutum,
nec præſtatio periculi ſuſcepta, eô modô, quô nunc ne-
gotium explicavimus: nec *datio* nec *factum* intercesſiſſe
videri poteſt.

2181 RECEPTA.] Et tamen * nil poteſt eſſe receptum,
quod *naturæ* & *ſubſtantiæ* rerum adverſum foret: quo-
2182 modo * enim poſſum recipere contractum, ùt *innomina-
tum*,

*tum*, qui *nominatus* eſt? Et quid * fiet cum *effectibus* obli- 2183
gationum & actionum, planè *diverſis;* quippe quæ non
poſſunt, ùt innominatorum ſunt contractuum, nominato
contractui applicari. Itaque * reſpiciendum eſt ad *mo-* 2184
*dum:* an nempe, per modum *ſtipulationis*, ſuper aſſecu-
ratione contractum ſit; an per modum *contractûs inno-*
*minati?* Nam * nec *uſu Fori* aliud receptum eſt, quàm ut 2185
aſſecuratio, per *ſtipulationem* firmata, ſit contractus *nomi-*
*natus*. Sanè * *alicubi* receptum eſt, ut non ſit aſſecuratio, 2186
niſi *ſolutô præmiò:* ita verò non poteſt non eſſe contra-
ctus *innominatus*.

§. XXVIII.

NON AFFICIAT PERSONAM DEBITORIS.]
Admirabilis Jurisprudentia! *Bodmeria* * eſt contractus 2187
*mutui*, & tamen obligatio exinde competens *non afficit*
*perſonam debitoris?* Illius * *perſona tenetur* ad reſtituen- 2188
dum mutuum cum uſuris gravioribus; & tamen obliga-
tio perſonam non afficit? & * cùm obligatio aliàs perſo- 2189
nam obſtringat: per *l. 3. pr. d. O. & A.* hîc * reperitur obli- 2190
gatio, quæ non habet *naturam obligationis?* Videlicet * 2191
datur obligatio, quæ perſonam non ſtringat; quod faten-
dum eſt, non tantùm ſingulare, ſed imò ſingularisſimum
& ens mirabile eſſe, quod ne quidem objectivè in intelle-
ctu eſſe posſit. Priora * ſcilicet *hujus* §. *1. Auctor* deſum- 2192
ſit ex *aliis;* & hæc ſana ſunt. Verſum: *ſingulare ergò.*
(quæ ſunt illius ipſius ſingularia,) ex ſuis ſcriniis deprom-
ſit, quæ cùm malè compoſita & conturbata, quin & pau-
pertina ſint: toties, ubi ad ea recurrit, maximi quidem
auſûs, ſed tamen errorum cumulatisſima eſſe, deprehen-
duntur.

2193 ETIAM ACTIONI HYPOTHECARIÆ.] Ergò *
*obligatio* parit actionem *hypothecariam?* Etiam hoc ſin-
gulare eſt! & *non dubitat Auctor*, quin detur hypothe-
2194 caria *in tertium.* Quis * verò, niſi cui cerebrum exci-
dit, de eô *dubitet?* Imò valdè id ſingulare eſt; & tamen
fidei non meliùs creditur: ut niſi *Strykius* hoc definiiſſet,
nemo alius hoc auſus fuiſſet aſſerere. Nunc verò ſufficit
quòd ipſe non dubitet. Faxo exibit! Quid eſt *Bodmeria?*
*Eſt* pecunia Domino vel Magiſtro navis mutuò data; (vel
eſt mutuum, hôc pactô ſ. lege conſtitutum,) ut pecunia
(vel quælibet res alia fungibilis,) cum fœnore conventô
reddatur, & navis, quamdiu ejus fundus vel carina ſuper-
eſt, (inde *nomen* habet hocce *mutuum*,) pro eâ pignori
teneatur; naufragiô autem factô & ſors & fœnus credito-
2195 ri intereat. Itaque * hîc nec *ſubeſt* mutuum; ſed Bodme-
ria *eſt* ipſum mutuum & *marinum* quidem, trajectitiæ pe-
cuniæ, unde *condictio certi ex mutuo* naſcitur, ad repeten-
dam ſortem cum fœnore conventô, poſt tranſactum peri-
2196 culum. Datur * etiam ob *hypothecam* annexam, (*l. 5. qui
pot. in pign. arg. l. 18. §. 3. d. pign. act.* cùm & aliàs *tra-
2197 jectitia pecunia ſinè hypothecâ* aliquâ dari poſſit: & * imò
*ſinè periculô* creditoris *l. 4. ff. l. 2. C. d. Naut. fœn.*) actio *hy-
pothecaria*, quâ creditor navim, tanquam pignus ſuum,
quamdiu & ubicunque illa extat, perſequitur. Stypmann.
*d. J. Marit. P. 2. c. 5. n. 199.*

AD

## AD
# MEMBRUM IIX.
## De
# *Actionibus ex conventione à pluribus vel alienò nomine inita oriundis.*

§. I.

EXPRESSA.] *Vera* * dicere debebat, cùm & *tacitè* con- 2198
trahatur *in veris* contractibus. *l. 4. pr. ff. pro Soc. l. 2.*
*C. eod. l. 6. §. 2. l. 18. Mand. l. 13. d. Loc. cond. l. 3. d. Reb.*
*Cred.*
CUM ALIO.] Vaga diſtinctio: * nam & in *ſupe-* 2199
*rioribus* ſæpè *plures* obligari potuerunt. Cur * non accu- 2200
ratis, *ſpecificis*, *juridicis*, ( ubi poteſt,) terminis utitur? ùt
*correorum* eſt. Et * quisnam dicit, (niſi plumbeus,) *ſimul-* 2201
*tanea obligatio?* Cæterùm hìc rurſus *pactum* ſuum reco-
quit, adeò confuſis & latioribus amat veſtigiis incedere.

§. II.

EX NUDO PACTO.] Quaſi * non etiam *aliud* de- 2202
bitum, ſive *ſuum* ſive *alienum*, quis poſſit *conſtituere?* quod
ex *nudò pactò* non dependeat.
SIMPLICI PACTO.] Hoc falſum eſſe, nec * un- 2203
quam *pactò*, quà tali, *fidejuſſionem* hodiè conſtitui, dixi-
mus. Et * quidni etiam *hodiè conſtituti* actio ſit neces- 2204
ſaria; eſto * quòd ex pacto naſcatur hodiè obligatio? Sic 2205
*enim

2206 * enim oportet omnes actiones tollas vel confundas, quæ jam *Romano Jure* ex pactis competiêre. Eſtque falſum,
2207 quòd * *ex conſtituto* olim quoque actio comparata ideò fuerit, quoniam id *pactum* continuerit *geminatum*.

§. III.

2208 RECURRENDUM.] Proficua methodus! * ubi integras doctrinas aliunde accerſere, & toties repetere rem eandem cogaris. Longè accuratiùs in *actionibus diſponendis* incedunt JCti Philoſophi!

VEL PACTO.] Ad veterem errorem ſe recipit. Et oportet nimirum, ut nunquam *ſtipulationis* mentionem
2209 faciat, ſi non etiam *pactum* ei ſociet. Utique * nec in
2210 ſocietate, nec * in caſu *l. 2. C. d. duobus correis.* & *ſimil.* ſtipulatione opus eſt. add. §. *4. h. in pr.*

§. IV.

UTILEM NEGOT. GESTORUM.] At verò * eadem *ratio*, quæ *directam* repellit: etiam *utilem* removet. Quapropter *Carpzovius* ſimpliciter utilem ſ. in factum
2211 putat arceſſendam eſſe. Sed verior eſt ſententia, quòd * *correus*, qui ſolvit ſolidum, *non* poſſit quicquam à correo *repetere. l. 62. pr. ad L. Falc. l. 12. C. ſi cert. pet.* (niſi verò *ſocii* fuerint. *d. l. 62. pr.* aut *vice mutuâ fidejuſſerint:* quô caſu *poſteriori* invicem *mandati* tenentur:) Quòd ſi tamen ad correum *emolumentum* crediti pervenit, ſive pro parte ſive in ſolidum, ita vel *pro parte*, ùt in *l. 2. C.*
2212 *d. duob. reis.* (ubi * quidem *ſocietas* non eſt, ùt *Auctor* §. *præc.* putat,) vel etiam *in ſolidum*, (ùt *apud* A. Fabr. *in Tit. C. d. duob. reis. def. 1.*) id quod ſolutum eſt, actione *utili in factum* à correô repeti poteſt; v. etiam *Dd.* ad *l. 65. d. Evict.* idque *Carpzovius* videtur *d. l.* reſpicere,

&

& *communiter* illi, qui ſolventi denegant tantùm actionem, quando obligatio correalis in cauſâ *lucrativá*, ex quâ nil ad promittendi reos pervenit, conſiſtit, v. Perez. *ad d. Tit. in Cod. n. 12, ſeqq.* Procedit autem faciliùs repetitio, quando correus ſolvens ſibi à creditore *cedi* actionem curaverit. Itaque * *actio N. G.* hîc locum habere nequit. Non 2213
* etiam reſpici poteſt, quòd *per conſequens* correus libe- 2214
ratus fuerit: nam hoc nec *intendit*, nec intendiſſe potuit ſolvens, qui de ſe liberando cogitare neceſſe habebat. Eſtque * hæc conſequentia adverſa legibus; *l. 3. §. 1. b. l. 13.* 2215
*l. 10. eod.* ubi *duæ* ſunt *obligationes*.

IN FIDEJUSSORIBUS.] Utique * etiam in *his* idem 2216
dicendum eſt, quòd *fidejuſſori* ſolidum ſolventi non detur adverſus confidejuſſores actio; non tam * ex *Carp-* 2217
*zovii* traditis, quàm ob *naturam* obligationis. v. *l. 11. C. d. fidejuſſ.* Neque * etiam hîc quæritur, an quis ſibi *ceſsâ* actio- 2218
ne conſulere poſſit; quod * & poterat *correus principalis:* 2219
nam & hic *exceptione* ſe tueri poteſt *cedendarum actionum*, vel actione *utili ex emto* uti. *per l. 36. d. fidejuſſ.* C. J. A. *d. duob. reis. th. 26. in fin.* De * cætero ſolida *diverſitatis* 2220
ratio, quoad obligationem *correalem principalem* & *confidejuſſores*, in aprico eſt; v. Dd. *ad d. l. 11. C. d. Fidej.* maximè * ſi *æquitatem* ab invicem repetendi conſideres; de quâ 2221
hîc quæritur: (non * de ratione obligationis, quâ credi- 2222
tori vel teneantur correi vel fidejuſſores:) nam ita major foret ratio æquitatis, ut correus à correo, quàm ut fidejuſſor à confidejuſſore, repeteret.

VIX DABITUR ACTIO.] A menſâ ſurgit! Quidni
* reſpondet *Auctor!* nec enim eſt hæſitandum ei, qui actio- 2223
nes deprompturus eſt. Videlicet * datur actio non ſolùm, 2224
quando *ſocii* fuerint, *pro ſociô;* ſed & quando correi ex

eâ

eâ causâ facti fuerint, unde ſingulis quid *abeſt*, ſive ex cauſâ *oneroſâ: l. 62. pr. ad L. Falcid.* nam ita cùm *ex re communi* omnibus ſtipulati fuerint, obtentum in ejus locum ſuccedit, & *communi dividundo* judiciô communicandum eſt. Aliàs verò, & extrà hos casûs, ſolùm ad communicandum, is cui ſolvitur, adſtringi non poterit.

§. VI.

2225 SPECIALI MANDATO.] Quid * ſi *generali?*

§. VII.

2226 COMMUNITER DD. EXISTIMANT.] Quid * ad
*Dd.* eorumq; *communem ſententiam* recurrit? ubi *LL. apertè* hæc res *definita* eſt.

2227 COMPETERE.] Falſum * hoc eſt, quòd omni caſu
2228 competat actio *utilis ſinè ceſſione;* quod * nec *Auctor* ex
2229 *l. 27. §. 1. d. Procuratoribus.* probare poterit: (quanquam *
non debuerit ad hunc *textum* provocare, qui nitebatur
*Dd. ſententiâ.*) Nam *textus* ille *ad exceptiones* pertinet;
2230 *regulam* non habet. Nempe *directa* actio, (quæ * ſi *omnes*
2231 *actiones utiliter* Domino darentur, obliterata foret,) *ſine* *
2232 *ceſſione* in Dominum non tranſit. Nec * tamen hâc *ceſſione* opus eſt, ſed *utili* actione poteſt experiri Dominus (1.) in omnibus *ſtipulationibus Prætoriis:* verùm hoc non aliter, niſi causâ cognitâ. *l. 5. d. Prætor. ſtipul.* v. *l. 18. §. ult. d. Damn. infect.* (2.) in cæteris, quando procurator vel *ex re Domini* ſtipulatur; *l. 68. l. 27. §. ult. l. 28. d. procur. l. 13. §. 25. d. act. E. V.* vel ſaltim *Domino præſente*, quam-
2233 vis non ex re illius. *l. 79. d. V. O.* Ex quô * conſtat, ea,
quæ *Auctor* regulæ imputat, *ad exceptiones* pertinere:

quæ

quæ * *quibusdam* ſolùm caſibus ob ſpeciales rationes placuêre, ipſum *ad omnes* actionum acquiſitiones à Procuratore extendere: tum * casùs *Legum*, ſimulatque *rationes* earum, confundere; ſicut * confundit caſum, ubi *ex re Domini*, & ubi non ex re ejus, ſed ſolùm *præſente eô*, Procurator ſtipulatus eſt, ex *l. 28. d. Procur.* & *l. 79. d. V. O.* Denique * fruſtrà ad *receptam* ſententiam, (quod nullô indice probat,) & * ad *æquiorem* provocat: quam æquitatem non oſtendit. Cæterùm * ubicunque, ut Dominus alium ex obligatione, per Procuratorem acquiſitâ, convenire poſſit *utiliter*, Legibus definitum eſt; ſicubi *mutuum* fuerit negotium, ùt eſt emtio venditio: ibi omninò etiam alius Dominum ex illo negotio *utiliter* convenire poſſe debet: v. *d. l. 13. §. 25. d. A. E. Vend.* qui caſus, ùt jam antè monitum eſt, ad *exceptos*, in quibus *utilis actio* Domino acquiritur, pertinet. Idemque in caſibus, qui *exceptis ſimiles* ſunt, obtinet, quoad actiones *utiles*, quæ adverſus Dominum aliis acquiri poſſunt. Quòd * verò *indiſtinctè Procurator Dominum obligare* poſſit aliis, ſaltim *utiliter*: illud nec *Legibus* nec *æquitati* congruit, nec receptum eſt, aut recipi ſalvâ ratione poteſt.

2234 2235 2236 2237 2238 2239 2240

### §. VIII.

RE INITIS, QVI TRADITIONE.] Quaſi * alii ſint *contractûs reales*, quàm qui *traditione* expediuntur? Et * quid eſt? quod ait, in his contractum *principaliter ex re* deſcendere: ex quonam deſcendit *minùs principaliter?* Si * contractus realis *non aliter*, quàm ex re perficitur: non poteſt dici, quòd ex re perficiatur principaliter.

2241 2242 2243

PER PROCURATOREM.] Miſcet * ille hîc *Procura-* 2244

*curatorem:* cùm tamen non interſit, quoad *mutuum*, ùt
& *pignus*, ejus nomine conſtitutum, ſive id fiat *à Procu-*
2245 *ratore meo*, ſive *ab alio;* quin * potiùs quicunque *pecu-*
*niam* etiam ſuam vel alterius, & ſic licèt mea non ſit, alii
*nomine meo* in mutuum tradit: ille mihi condictionem
2246 acquirit, *l. 9. §. f. d. reb. cred.* Idemque * de re iſtius no-
mine *oppignoratâ*, in *l. 2. C. per quas perſonas cuique acquir.*
diſponitur. Nimirum iſtud non ex perſonâ *Procuratoris*
2247 pendet: ex cujus * transformatione in *nuncium Auctor* hîc
2248 inſipidam rationem quærit; ſed ex ratione * *numerationis*
ſingulari. vid. *d. l. 9. §. f. R. Cr.* ibi: *ignorante te & abſen-*
2249 *te.* Ubinam * hîc Procurator ille in *nuncium* transfor-
matus?

2250 NIHIL GERIT.] Igitur * nihil *gerit*, qui mutuum
2251 contrahit, & condictionem acquirit Domino? an * nihil
*gerit*, qui non habet à Domino mandatum? qui *ſuâ vo-*
*luntate* merâ negotium conficit?

2252 ACTUM NATURALEM.] Anne * *actus naturalis*
2253 eſt, acquiſitio *obligationis* ex mutuo? Ceſpitat * hîc *Auctor*,
& dum rationem ejus, quomodo *obligatio* ex mutuo posſit
*acquiri* alii? in quem conſtituitur, quærit; eò illabitur, ubi
de *acquiſitione poſſesſionis*, quæ fit Domino per Procurato-
rem, agitur: nam hæc quidem per *actum naturalem* fit.
2254 Exactè *Modeſtinus* in *l. 55. d. A. R. D.* ea quæ *civiliter* ac-
quiruntur, *ùt obligationes*, quippe quæ *perſonam* afficiunt,
eique inhærent: per eos, qui *in poteſtate* noſtrâ ſunt, ac-
quirimus; veluti *ſtipulationem:* quod *naturaliter* acqui-
ritur, ſicut eſt *poſſesſio, per quemlibet* volentibus nobis pos-
2255 ſidere acquirimus. v. *l. 1. C. d. A. R. P.* De * cætero fruſtrà
laborat *Auctor* in ratione *ad d. l. 9. & l. 2.* qui & aliàs to-
ties labitur in *rationibus* cerebrinis & illegalibus, imò in-
eptis

eptis penitùs. Eſt enim * quod *in mutuo* hîc conſtitutum 2256
eſt, omninò *ſingulare*, ùt vel ex ſolâ *l. 2.* * *C. per quas perſonas* 2257
*cuique acquir.* videre poterat; per quam Conſtitutionem
*Juſtinianus* iſtud ſingulare in mutuo, etiam * ad *pignus* 2258
& hypothecam, ejus nomine conſtitutam, *produxit;*
idque ob frequentiam illius contractûs, & in compen-
dium utilitatis commerciorum. Itaque * falſum eſt, quod 2259
*Strykius*, pro ſolitâ ſuâ auctoritate, tradit, etiam in *con-*
*tractibus omnibus*, qui *re* contrahuntur, tale quid obtine-
re. Sanè ex rationibus ſuis ille quidvis facilè educeret,
ſi modò non leges & rectæ rationes ei obſiſterent: Et quæ
* non ille, cum *nunciô ſuô*, effecturus eſſet mirabilia? ſi is 2260
admitteretur. Proinde * in contractibus realibus, & vel 2261
in ipsô mutuô, (extrà ſpeciem dicti casûs,) utique intereſt,
an * ipſe *Dominus*, an *Procurator*, contrahat? Tùm & 2262
* omninò *perſona* ejus afficitur per obligationem quæſi- 2263
tam, ipſeque actionem ſibi quærit; indeque * *ceſſione* 2264
utendum eſt regulariter. Nec * ullibi Procurator, *quà* 2265
*talis* eſt, pro *nuncio* haberi poteſt. Imò * *quaſi nuncius* 2266
non eſt *nuncius:* neque * *Legibus* cognitus eſt *quaſi nun-* 2267
*cius.*

EXEMPLUM.] Sed * non hoc *exemplum* eſt, 2268
quaſi plura dentur alia; ſed eſt *caſus* ille in mutuo *ſingu-*
*laris.*

ALIUS CASUS.] Imò * *idem* eſt, qui in *l. 2. C.* 2269
nam in *h. l.* Juſtinianus *ad l. 9. §. pen. ff. d. Reb. cred.* reſpicit:
neque * in *l. 2.* agitur tantùm de nummis meis, & in *l. 9.* 2270
ſolùm de nummis alienis. Sic * ergò *duo* ſibi exempla 2271
fingit; ubi in utrôque textu *una* eſt *ſpecies ſingularis*, in *pe-*
*cuniâ*, (ſive * *ſuâ*, ſive *alienâ*, ſive *meâ*,) *meô nomine* 2272
*creditâ.*

2273 DECIDENDI RATIONEM.] Non * equidem res illa
pendet ex *diſceptatione*; ſed ex *ratione utilitatis commercio-*
*rum*, quæ ſuaſit id compendium, modumque mutui, ad-
2274 mitti. Non * enim hic eſt *brevis manus*, ubi ignorante
me pecunia alii creditur; tantùm quia brevi manu id fie-
2275 ri poterat: ideò *juris * diſpoſitione* illa datio *ad ſimilem*
*effectum*, ob utilitatem promiſcui usûs, producta eſt.

NULLA INTERCEDIT ACTIO.] Si modò ei *ſcien-*
*ter* ſit credita, *Domini contemplatione: l. 13. C. ſi cert. pet.*
*l. 4. C. quod cum eo, qui.* Nam ita *directò* negotium Do-
mini geſſit creditor; *l. 6. §. 1. l 31. d. N. Geſt.* quamvis *pecu-*
2276 *nia* ad Procuratorem *venerit:* quippe * quòd huic *reverà*
credita ſit; non ut ab eo repeteretur, ſed *ut à Domino*, cu-
jus negotio impenſa eſt; poſtquam ſcit creditor, quòd Pro-
curator ad hoc, ut pecuniam mutuò ſumeret, (quâ tamen
indiget,) *mandatum non habeat.*

§. IX.

2277 IDEM OBTINERE PUTO.] Sed * non idem ob-
tinet, in *cæteris contractibus realibus*, quod de *mutuo* ob-
2278 tinuit. Ubinam * enim *Legibus* proditum eſt, quòd mihi
exhinc detur commodati actio? quando alius rem ſuam
meô nomine commodatò dederit; ùt in mutuô juris
2279 eſt. Imò * ne quidem ſi *rem meam* ita *commodatò* de-
derit.

2280 DE DEPOSITO IDEM.] Neque * hic idem, quod
in mutuo; ſed id quod de *commodatò* nunc diximus.

2281 QVORSUM PERTINET CASUS.] Ubi * ſcilicet
*ego* rem *meam* depoſui, *additâ* depoſitioni *hâc lege*, ut alii
redda-

reddatur. An * is eſt caſus, ubi *alius rem meam* deponit 2282
*meô nomine?* An * eadem ubique *ratio?* 2283

VI PACTI.] Non * eſt hoc *pactum;* ſed eſt *conditio*, ſeu *modus*, quem *rei ſuæ* dicit, dum eam alii tradit, deponens: eaque non modò in *contractu*, quô *res traditur;* ſed & * in *cæteris traditionibus*, ſervanda eſt. 2284 2285

IDEM IN CONTRACTU PIGNORATITIO.] Sed hoc * non inde procedit, quia ille contractus *realis* eſt; verùm *in ſecuritatem unius mutui*, (nec * *aliàs*, ſi conſtitui pignus *alterius* cujuſdam *negotii nomine* velit,) ex *ſingulari* Conſtitutione *Imperatoriâ*, *in d. l. 2.* 2286 2287

NON OPUS EST.] Et * tamen nil impedit, quò minùs etiam actione *hypothecariâ* poſſim hypothecam meam, *apud Procuratorem meum*, perſequi. 2288

§. XIV.

FILIO COMMISSUM.] Cùm * verò non ſolùm, qui *in poteſtate* noſtrâ ſunt, negotiationi præficiantur; ſed & *liberi* & *extranei* homines: (§. *18. b.*) inde rectiùs *diſtingui* poſſunt actiones illæ, quòd vel *poteſtatem* reſpiciant, vel *præpoſitionem*. 2289

§. XV.

NON NOVA, NEC PRINCIPALIS.] Sed nec * *vetus* eſt, nec *minùs principalis:* imò * *nulla* actio; ſed ſolùm *actionis*, quæ ex negotiô, quod fieri juſſit pater vel Dominus, oritur, *adjectitia qualitas.* 2290 2291

AD CERTUM CREDITOREM.] Imò * ſufficit *juſſus* ſolùm *ad filium* vel *ſervum* directus. *l. 20. d. dolo mal.* Sed debet Pater vel Dominus hortari vel jubere quoque *alium*, ut cum filio vel ſervo contrahat. *l. 1. §. 1. ſeqq. ff. quod* 2292

2293 *juſſu.* Neque * h. c. *mandati* actio datur; eò quòd *ad ſervum ſimul* ille juſſus directus ſit, neque *formam* adeò
2294 *mandati* habeat. In * caſu verò *Legis 8. C. Mand.* non eſt juſſus, ſed *mandatum*, ad *ſolum tertium* directum; indeque huic non poteſt alia, quàm *mandati* competere actio.

2295 JUSSUS PATRIS.] Is * verò ne quidem eſt *juſſus.*
2296 Nil * quoque eſt in *l. 6. §. 5. 6. d. N. G.* quod huc reſpi-
2297 ciat. Interim * dari *N. G. actio* poterit.

§. XVI.

2298 ACTIO PRINCIPALIS.] Imò * non eſt planè *actio.*

§. XVII.

2299 NON DIVERSA EST.] Quin * imò *diverſa* eſt *in aliquibus*, v. *l. 1. §. 5. d. exercit. act. l. 1. pr. eod. l. 11. §. 2. ſeqq. d. inſt. act.* item *l. 1. §. 20. d. exerc. act.*

2300 OPUS NON EST.] Vid. tamen * omninò Stypmannum *d. J. marit. c. 15. n. 142. ſeqq.*

§. XVIII.

2301 ACTIONE UTILI.] Imperitè * hìc *Auctor* appellat actionem, quâ *Magiſter* navis conveniri poteſt, *directam;*
2302 & eam, quâ * *Exercitor, utilem.* Eſt enim *una actio*, quæ datur *ſimpliciter* in Magiſtrum, & *cum qualitate adjectitiâ* in Exercitorem; v. *l. 5. §. 1. in f. d. Exercit. act.* ibi: ex
3303 hoc edicto *non transfertur* actio, ſed *adjicitur.* Nec * ullibi iſta, quæ in Magiſtrum datur, *directa*, multòque minùs, quando in Exercitorem datur, *utilis* nuncupatur.
2304 Quin potiùs * quando deinceps *JCtis* placuit, ut in præponentem poſſit agi, omiſsâ illâ qualitate: dicitur §. *f. Inſt.*

*Quod*

*Quod cum eo qui. quòd* hac ratione præponenti *directò* condicatur, tanquam *ſi principaliter* cum ipſo negotium geſtum eſſet. Neque * etiam indigemus termino *dire-* 2305
*ctæ* actionis, quæ in hominem *liberum*, *quocum contraxi-*
*mus*, datur; cùm * ineptè quis diceret: quoties actione quâ- 2306
dam agimus, nos directam actionem inſtituere: vicisſim* 2307
nemo appellat actionem, *ob qualitatem adjectitiam*, actionem *utilem*.

§. XIX.

SI PLANE DISCESSERIT.] Nec * tamen h. m. *ca-* 2308
*sús omnes* ſatis evoluti ſunt. Quòd * ſi enim publica 2309
utilitas exigat, præponentem juvari, ùt in *l. 1. §. 18. d. Exer-*
*citor. act.* vel * aliter ſalva ipſi res eſſe non poſſit: *extrà* 2310
*ordinem* Magiſtratus ei ſuccurrit. *d.* §. *18.* & *l. 1. cum ſeq.*
*d. Inſt. act.* Quid * ſi *ſervum* præpoſuerit Dominus? ſi 2311
*proprium*, non aliâ actione indiget, nec aliâ uti poteſt, quàm quæſitâ ſibi per ſervum. Si *alienum*, poteſt juvari præponens actione *de peculio*, in ſervi Dominum: *l. 12. d. Inſtit. act.* quin & *mandati* vel *N. G.* actione eundem, *ad cedendum* ſibi *actiones*, adigere. v. etiam caſum *ſpecialem*, in *l. 19. §. 3. d. Inſtit. act.* ubi præponenti actio *ratione pecuniæ creditæ* competit.

§. XX.

FILIUS IPSE CONVENITUR.] V. * tamen *l. ult.* 2312
*§. 3. C. d. bonis quæ liber.*

§. XXI.

MERCES PECVLIARES DISTRIBVISSE.] Non * 2313
intelligit *Strykius*, quænam ſit *actio tributoria?* Nam * hæc 2314
nil habet commune cum actione *de peculio*, *l. 1. pr. d. tribut.*

*but. act.* & §. 1. (ibi: *etiamſi nihil ſit in peculio.*) quippe
2315 quòd * in peculio, ſ. *de peculio actione*, ſi eâ Dominus
conventus fuiſſet, poſſet *deducere* priùs, quàm peculio
cedat, omne id *quod ſibi debetur. l. 5. §. f. d. pecul. l. 7.*
*§. 3. l. 8. l. 39. eod.* Sed in actione *tributoria* eſt *par* ejus
& omnium *creditorum* conditio *l. 5. §. f. l. 6. l. 7. pr.*
2316 *d. tributor. act.* non * ergò indiget Dominus *diſtributio-*
*ne peculii* in actione de peculio. Deinde non habet tri-
butoria actio pro objecto *merces omnes peculiares; l. 5.*
2317 *§. 11. 13. d. tribut.* ſed * *mercem* tantùm quandam *ſepara-*
*tam*, quâcum ſervus, *connivente Dominô*, negotiatus fue-
2318 rat; ùt corium, vinum, & ſim. Hanc * ſolùm ſi credito-
res ſibi peterent, & cùm Dominus unà cum ipſis, quan-
quam ſolùm ùt creditor alius, *tribuiſſet;* ſed *dolô* in eo
verſatus eſſet, dabatur Creditoribus actio, ut diſtributionem
ad æqualitatem redigeret. *l. 7. §. 2. l. f. d. tribut. act.*

EX CONTRACTV FILIIFAMILIAS ADVERSVS
2319 PATREM.] Remotiùs: * nam *proximè* convenitur ob
2320 *dolum* ſuum in diſtribuendo, quòd * vel *nihil* vel *minus*
tribuerit creditori, quàm ipſi tribui ex merce illâ pecu-
liari ſeu ſpeciali debebat. *d. l. 7. §. 2. eod.*

2321 IPSA ACTIO DOLI.] Quis * verò de hoc dubita-
verit? Hæc eſt quæſtio inter *JCtos:* an quoniam *de dolo*
2322 eſt actio, poſſit tranſire *in heredes?* Aliud * eſt *ex dolo*
eſſe, quod *cauſam efficientem* redolet: & talis non eſt hæc
actio; quanquam dolum, ceu *conditionem ſine quâ non*,
ſupponat, ut ex inæquali tributione procedat; ſed quæ
dolô facta ſit: aliud de dolo eſſe, quod objecti eſt: (quan-
quam *alicubi* etiam hæc formula ad efficientem referatur:)
& non minùs huc pertinet. v. *l. 8. h. t.* Alicubi etiam *ex*
*dolo*

*dolo* magis *ad objectum* refertur, ùt in *l. 7. §. 1. ff. depoſ.* ut
idem ſit, quod perſequi id, *quod dolò nobis abeſt.*

§. XXII.

OBLIGATIO PATERNA.] Ergonè * Dominus non 2323
tenebitur *de in rem verſo?* & tamen ipſe deinde de *ſervo*
loquitur; adeò ſupinè tractat *ſuas actiones.*

EX PRÆSVMTA EJVS VOLVNTATE.] Sed* 2324
hoc falſum eſt. Nam ita oriretur *ex quaſi contractu;* at
* verò hæc actio non ſubſiſtit per ſe, ſed eſt *adjectitia qua-* 2325
*litas:* & longè * diverſum eſt in *voluntate* Patris vel Do- 2326
mini, quâ filio vel ſervo *peculium* conceſſit; quæ * non 2327
ea eſt, quæ in quaſi contractibus reſpicitur, ad *conſtituen-*
*dum eos.* Deinde * non datur de *in rem verſo* actio, quan- 2328
do Pater v. g. filio eô nomine jam *ſatisfecit; l. 10. §. 6. d. in*
*rem verſ.* & * daretur tamen, ſi *ex voluntate Patris* actio 2329
illa conſtitueretur. Neque * etiam *fidejuſſori* datur. *l. 18. h.* 2330
*l. 3. §. 7. d. pecul.* & tamen is haud dubiè *annuentem* ha-
bet *Patrem*, ſi ejus bono fidejuſſiſſet. Non * etiam *ceſſio-* 2331
*ne* poſſet liberari Pater vel Dominus, in *l. 3. §. 5. h. l. 15.*
*d. pecul.* ſi *voluntate* ſuâ teneretur. Ulteriùs * ſi filius vel 2332
ſervus poſteà *tantundem debere* cœperint Patri vel Domi-
no, ceſſat *de in rem verſo* actio: *l. 1. §. f. l. 10. §. 6. 8. 9. l. 16.*
*h. t. l. 3. §. 7. d. pecul.* per * hoc verò non ceſſaret *voluntas* 2333
patris vel domini, præſumta ab initio. Hinc veriſſima eſt
ſententia, quòd * actio *de in rem verſo* nequaquam detur 2334
ex præſumtâ Patris vel Domini *voluntate;* ex quo * qui- 2335
dem principiò tota *de in rem verſo doctrina,* (quod * & 2336
periculum, noxiamque in rem publicam & fori diſcipli-
nam, alia falſa & erronea *Strykii* principia pariunt;) ſub-

verteretur; ſed quòd potiùs *non habitâ ratione conſensûs,*
2337 modò * in rem verſio probari poſſit, §.5. *Inſt. quod cum eo*
2338 *qui. l.3. §.9. h. t.* locum habeat; indeque * ex æquitate
Prætorii Edicti, verſione rei, tanquam *causâ ſine quâ non,*
ſuppoſitâ, *immediatè* & ſic *ex re ipsâ* & ob utilitatem
competat.
2339 PROPRIE.] Etiam * hæc vocula eſt *Auctori* commoda, ut lubricas & promiſcuas ſuas doctrinas extrudere
2340 poſſit. Quandonam * enim non obtinet *propriè* N. G.
2341 actio? An * etiam, & quando, datur *impropriè?*
2342 SI NULLUS ALIUS.] At verò * vel *millenæ* ſunt
*geſtiones*, ubi is quoque, qui cum negotiorum geſtore
ſuſcipit negotium, ipſius *Domini negotium*, æquè ùt in eo
fit, qui cum *filio*, in rem Patris vertente, contrahit, *reſpicit.*
*v. l. 4. d. N. G. l. 20. §. 1. Mand. l. 30. d. fidejuſſ. l. 31. pr. d. N.*
*G. l. 20. §. 1. l. 4. l. 46. pr. l. 21. pr. l. 30. l. 45. §. 2. l. fin. eod.*
*tit. l. 3. l. 12. l. 16. C. eod. l. 50. pr. Mand. l. 32. pr. l. 35. §. 1. ff.*
*d. N. G. l. 3. C. eod. l. 20. §. 1. l. 4. l. 10. §. 1. ff. d. t. l. 10. C. eod.*
*l. 31. §. 2. & fin. ff. d. Neg. Geſt.* & quis omnes, ſaltim in
2343 *textibus expreſſas*, ſpecies recenſeret? Sanè * qui non *naturam* callet actionis: quid ille *differentias*, ex quibus
tamen *Fori ratio* pendet, expoſuerit? Hinc confugere ſolemus ad elumbes *rationes*, & in cerebro malè excoctas;
quas ſi quis ſequatur, eum totâ januâ aberrare oportet.
2344 Quin * potiùs ex pluribus differentiis vel *unam* ſuppeditâſſe debebat *Auctor*; quam vel *ſolum nomen* ipſi poterat
2345 ſuggerere. Sic * enim *Negotiorum geſtorum* agi poteſt,
ſi vel maximè *nil verſum* ſit in rem Domini. *l. 31. pr. d. N. G.*
Sed in actione *de in rem* verſo oportet *probari* in rem verſionem. §. 5. *Inſt. Quod cum eô qui. l. 3. §. 9. d. in rem verſ.*
2346 *junct. l. 3. §. 7. 8. l. 17. pr. eod.* Quocircà * in Negotiorum
geſtio-

geſtione *caſum fortuitum* non præſtat geſtor: *l. 10. §. 1.*
*d. Neg. Geſt. l. 22. l. 37. §. 1. eod.* & *expenſas* tamen ſuas
recuperat. junge *l. 17. pr. d. in rem verſo. l. 13. l. 11. l. 31. §. 2.*
*d. N. Geſt.* Quid * quòd *actio N. G.* vera & *per ſe* ſubſi- 2347
ſtens *actio*, eaque *b. f.* ſit; quæ * exhinc etiam *uſuras* ex 2348
*morâ* perſequitur; ſed * de in rem verſo ſit ſolùm *qualitas* 2349
*adjectitia*, quæ *modum* ſuum *ex actione* capit, cui adjicitur.
*v. l. 10. §. 5. pr. & f. d. in rem. verſ.*

OB QVAM CAUSAM.] Scilicet * actio N Geſtor. 2350
*ideò* eſt *civilis*, quia in N. geſtione nullus alius cum geſto-
re contrahit, qui Domini utilitatem reſpiciat! Peregrina
ratio & imperſcrutabilis! & * tamen quod pro ratione 2351
ponitur, & ipſum falſum eſt.

ACTIONE DIRECTA.] Sed * annon etiam 2352
*filius*, qui poteſtati noſtræ ſubjectus eſt, actione, quam
*directam* vocat *Auctor*, tenetur? Cæterùm * *illa utilis* 2353
*actio* de in rem verſo hic rectè dicitur; de qua *in l. pen. pr.*
& pleniùs *in l. f.* ejusdem *Scævolæ h. t.* Sed * *non in oppoſi-* 2354
*tione* ad iſtam, quam directam *Auctor* dici voluit.

§. XXIII.

CAUTUS SIT.] Quantum * ad actionem de *in rem* 2355
*verſo* attinet; quippe quæ *ex re* naſcitur: unde vera pen-
det *decidendi ratio* ejus casûs, quem * hìc *Auctor* pro *ſin-* 2356
*gulari* habet. Nec tamen * propterea *aliis actionibus*, 2357
is qui ab hac excluditur, (quanquam * illæ *Domini* quâ- 2358
dam *voluntate* nitantur,) agere prohibetur.

§. XXIV.

CIRCA PECULIUM.] Hic * denuò repetit errorem, 2359

 quem

quem *ſuprà* §. *21.* prodiderat: non enim datur tributoria, ſi circà *peculium* doloſè fuerit verſatus Dominus.

2360 ILLA TANTUM PARS.] Rectiùs * *JCti, merx ali-
qua ſpecialis.* Nam & negotiari poteſt *cum toto peculio*
filius aut ſervus, cui id à Patre vel Domino permiſ-
2361 ſum eſt; nec * tamen *tributoria* actio eſt, niſi in *merce*
*ſpeciali* filius & ſervus, Patre vel Dominô ſciente, negotia-
tus fuerit. *l. 5. § 11. d. tribut. act.* ibi: *non totum peculium.*
2362 Eſtque * merx *peculiaris*, ùt *Ulpianus* dilucidè *l. 1. §. 2.*
2363 *d. Tribut. act.* etiamſi *nihil ſit in peculio:* & * poteſt *ne-*
*gotiari peculiô* filius vel ſervus, ut P. vel D. ex contracti-
bus eorum, non actione tributoriâ, ſed *ſolùm de peculiô*,
2364 teneantur. *d. l. 1. pr. eod. l. 5. §. 1. h.* Eleganter * idem *Ul-*
*pianus l. 5. §. 4.* ait: *Mercis nomine* meritò adjicitur, ne
*omnis negotiatio* cum eo facta *tributoriam* inducat. En
*cautam actionum inveſtigationem!*

AD

# MEMBRUM IX.

*De*

## *Specialibus actionibus quaſi ex contractu oriundis.*

§. 1.

2365 QVASI EX CONTRACTU.] Aliud * eſt, ſi accuratè rem expendas, *quaſi ex contractu* naſci, aliud *ex quaſi contractu* naſci actionem: cujus rei diſtinctio videtur fuge-

fugere *Auctorem*. Nam * & diverſa ſunt *ex quaſi delicto* 2366
naſci, & *quaſi ex delicto*; ùt eſt *condictio ob turpem cauſam*.

TACITA SIVE PRÆSUMTA.] Nequaquam * ob- 2367
ligationes *ex quaſi contractu* poſſunt dici ex *tacitâ* volun-
tate naſci; neque * eadem voluntas eſt tacita, quæ *præ-* 2368
*ſumta* eſt: quippe quòd * præſumtus conſenſus etiam *in* 2369
*ignorantibus*, & qui ne quidem *tacitè* conſentire *poſſunt*,
occurrat. Proinde * *tacita* quidem *obligatio* poteſt dici 2370
per quaſi contractum naſci; *l. 13. §. ult. commod.* ſed *non ex tacitâ voluntate.*

EX ALTERIUS PROMOTA UTILITATE.] Et
hoc * *cerebrinum* eſt, ac *Legibus adverſum*, *nec* * *adæqua-* 2371
*tum*: numquid * enim non *ſuam* quoque *utilitatem* quan- 2372
doque poteſt quis *unà* procurâſſe? qui alterum *ex quaſi* 2373
*contractu* obligat. Sanè * judicium *communi dividundo* 2374
ne quidem datur; *niſi* id geſſerit in re communi, ſinè quo
partem ſuam rectè adminiſtrare non potuit. *l. 6. §. 2. comm.*
*divid.* Quidni * itaque *Auctor* ſubſiſtit in traditis *JCto-* 2375
*rum*: eſſe quaſi contractum, qui *præſumtum* habet con-
ſenſum, ad inducendum obligationem, *ex facto* in id *à Lege*
*qualificatò*. Quin * & *hæres*, qui hæreditatem *adit*, utique 2376
non facit hoc in eum finem, ut *Legatariorum utilitatem*
procuret. Neque * *Legatarii* ex illo quaſi contractu *ob-* 2377
*ligantur hæredi*, quòd is eorum utilitatem *factô aditionis*
procuraverit; quod quidem abſurdum eſt maximum, &
tamen ex *Strykii* doctrinâ ſequitur.

CONTRARIA ACTIONE.] Ergò * ex *omni quaſi* 2378
*contractu* datur *actio contraria*? Sic unum abſurdum tru-
dit plura alia, in infinitum. Quid * enim cum *hæredita-* 2379
*tis*

*tis* non modò *aditione*, & *indebito*, item *Litis conteſta-*
2380 *tione;* ſed & *aliis*. Neque * etiam *contraria* datur actio
in *Familiæ erciſcundæ* aut *communi dividundo* judiciò.
2381 CESSABIT OBLIGATIO.] Et * ſi vel ſolam *nego-*
*tiorum geſtionem* inſpexeris, an *actio N. G.* propterea non
dabitur? ſi non geſtor *utilitatem* Domini negotiorum
2382 promoverit; contrà ea, * quæ ex apertis textibus *ſuprà*
monuimus.
2383 CUJUS FACTUM INTERVENIT.] Ergò * ſemper
is, qui ſolvit *indebitum*, tenebitur ei, cui ſolvit, *ad ratio-*
2384 *nes reddendas?* idque * *directâ* actione; & quænam illa
mirabilis actio?

§. II.

2385 TACITAM ESSE VERAM.] Eſt * verò omninò
*tacitus conſenſus* itidem *verus* conſenſus, eademque vis
2386 taciti, quæ expreſſi. Imò * ſæpe major efficacia conſen-
ſûs, qui *factô* exprimitur.
2387 DIVERSA RATIO SUBEST.] Nunc * elegans *Phi-*
*loſophia* ſequitur! Nam quæ *Ille* de veris contractibus
magnô molimine demonſtrat, *fruſtranea* ſunt; nec demon-
ſtratione aliquâ indiget, quòd in illis *tacitus utrinque con-*
*ſenſus*, in adductis *Legibus*, & ſpeciebus *ſimilibus*, occurrat:
isque pro verô habendus ſit, qui propterea *verum* con-
2388 tractum inducat. Hoc * verò *Auctorem* ipſum convin-
cit, quando *hunc verum conſenſum* in *quaſi contractum*
2389 itidem derivat. Nam * verus ſanè conſenſus oportet, ut
2390 verum contractum producat. Eſtque * ineptum dicere,
*contractum* poſſe conſtitui *ex conſenſu unius* contrahen-
tium; eſto quòd *negotiorum geſtor* tacitè id cenſeatur
2391 egiſſe, ut *Dominum ſibi* obſtringeret. Imò * ille potiùs
*ſe* obſtringit *Domino*; ſed tamen non tam conſenſu ſuô,
*neutru-*

*neutrubi*, (nec * enim eſt conſenſus, niſi *duorum* in idem 2392
placitum,) quàm *factô*, ex quo *lex* obligationem *mutuam*
inducit; ut * eôdem ſimul ſe Domino & Dominum ſibi 2393
obſtrinxiſſe credatur. Neque * enim aliâ causâ Domi- 2394
num ſibi obligat, nec Dominus ipſum aliunde quàm quòd
*factô* ſuô *negotia* ejus ſuſceperit, obſtrictum habet. Quâ
ratione *Lex* utrinque conſenſum ex * facto hoc *unius ge-* 2395
*ſtoris* inducit.

NON ADEST MUTUUM FACTUM.] Neque * 2396
eô opus eſt. Nec * enim *factô* illô conſenſus declaratur; 2397
ſed *à Lege*, *ex factô* illô, *æquitas conſensûs mutui* v. c. *in*
*Neg. Geſt.*, inducitur. Sanè * in *aditione hæreditatis*, re- 2398
ſpectu Legatariorum, ne quidem *factum* eſt ex parte ipſo-
rum, quô illi hæredi obligentur.

UTRIUSQVE PRÆSENTIA ET SCIENTIA.]
Ipſum toties ſe jugulat, & gladium ſuum incidit *Auctor*.
Quomodo * igitur aſſerere poteſt, *Dominum negotii, con-* 2399
*dominum, cohæredem*, obligari *conſenſu tacitô?*

QVAM QVOAD ILLUM QVI FECIT.] Hoc * 2400
verò principiis omnibus *mutuæ obligationis* adverſum eſt.
Nec * repetere eſt neceſſe, quæ de diſcrimine quaſi con- 2401
tractuum, & de illo falsô fundamento *promotionis alieni*
*commodi*, jam dicta ſunt. Quid * verò ſi factô ſuô *non* 2402
*promoviſſet commodum Domini* Negotiorum geſtor: An
ita non obligatur Domino?

A LEGE INDUCITUR.] Hoc * verò plusquam in- 2403
eptum eſt, *Lege* induci conſenſum *in verò contractu*; ubi
ipſe *Auctor* largitur, in eô partes *verè conſentire*. Jam
* verò ubi pars *ex ſe ipſa* conſentit: quâ ratione dici pot- 2404
eſt, quòd *lex* conſenſum illum *inducat?* Et * quisnam 2405
adeò eſt inſipidus, ut in verô contractu pro tacito con-
ſenſu,

ſenſu,ſicubi ibi reperitur,*fictum* ſubſtituat;niſi quòd *Strykio*
id placeat. Quiſque tam eſt jejunus? ut in *quaſi con-*
2406 *tractibus fictum* ſupponat? Nam * fictum ſanè eſt *contrà*
*veritatem*, ſed *præſumtum* eſt veritatis imitamentum. Et
2407 quidni * poſſit etiam in *ignorantibus præſumi* conſenſus
præſumtione Juris & de Jure? ùt ſæpè aliàs fieri in nego-
tiis civilibus ſolet.

2408 TACENTEM SE OBLIGARE.] Niſi * ſcilicet vo-
luerit conſenſu ſuo contractum initum haberi, ſibique al-
terum obſtrictum; ùt in dictis contractuum *verorum*,
exemplis. Et bene quòd *Auctor* addit, *in aliis cauſis:*
2409 nempe * diverſiſſimis; à quibus cùm ad *contrahendi vo-*
*luntatem* argumentum non niſi impertinenter duceretur:
quid huc ea in auxilium cauſæ improbabilis accerſit? at-
2410 que pluribus erroribus ſe involvit? Imò * denique lepi-
dum finem imponit. Ubi *Legis* authoritas ſe æqualiter
exerit: ibi *tacitus*, *fictus*, *præſumtus*, *expreſſus*, & ſi quis
*alius* eſt, in quocunque negotio, conſenſus, quod Legibus
2411 continetur, non differunt! eaque * negotia *omnia* ſunt *ea-*
2412 *dem*. Ergò * res eòdem recidit! ſive diſtinguas illa nego-
2413 tia, nec ne. Imò * diſtingui non oportet, quia in illis
res eòdem recidit! O afflictum omne, quicquid rationis
aut prudentiæ Legalis eſt!

§. III.

2414 ADMINISTRATIO.] Quaſi verò * *condominus*, item
*cohæres*, non haberent ſibi condominum aut cohæredem
obſtrictum; nec ipſi obſtringerentur condomino aut co-
2415 hæredi, niſi *ipſimet adminiſtraverint*. Quaſi * verò non
etiam *pupillus* obligaretur tutori, & ipſe obligatum ſibi ha-
beret tutorem? idque ex quaſi contractu; niſi *pupillus ad-*
*mini-*

*miniſtraverit?* Nimirum * *Auctor* reſpicere debuit ad con- 2416
ſenſum, quò *Lex* præſumit hoſce invicem obſtrictos ſibi
eſſe. Ita qui principiis labitur, nil ſani inferre poteſt!
Quique oculis captus eſt, quid viam monſtret aliis?

TUTELA.] Quis * verò unquam *Tutelam*, prout eſt 2417
*quaſi contractus*, ſumſit *pro poteſtate* in capite pupilli,
quò ſignificatu ad *Jus perſonarum* pertinet. Sic tutelæ *ju-
dicium, actio*. §. 2. *Inſt. d. Obl. quæ ex quaſi Contr. naſc.*

NULLA PERSONALIS OBLIGATIO.] Et tamen
* *communi dividundo* actio adeò eſt *perſonalis*; ſaltim ad 2418
dividendum, ut * nullà ex parte ſit *realis*. Ex * *Auctoris* 2419
verò ſententiâ ſequeretur, non poſſe condominos invi- 2420
cem conveniri *ad diſcedendum* à communione; ſed o-
portere * eos *Rei vind.* experiri: novò actionis incongruæ 2421
inventò!

ADMINISTRATIO QVASI CONTRACTUM
EFFICIT.] Imò hoc falſum eſt. Et quid etiam fiet cum
cæteris *quaſi contractibus*, ubi *nulla* eſt *adminiſtratio?* vel
*non utrinque* eſt.

§. IV.

JUDICATUM.] Imò * non *hoc* eſt quaſi contractus, 2422
ſed *effectus Judicii*, cui ſe litigantes obſtrinxerunt inviti,
*Litis conteſtatione*; ut * proinde *judicati actio* ex quaſi 2423
contractu *Litis conteſtationis*, cujus *objectum* illud judica-
tum ſeu judicandum eſt, educatur. *l.* 3. §. 11. *d. pecul.* &c.

DATIO OB CAUSAM.] Quæ quidem * *contractum* 2424
*innominatum* efficit, non *quaſi contractum*; & * *actionem* 2425
*P. V.* producit. Sed * *cauſa*, quæ condictionem parit, 2426
virtute *Legis* ſubeſt; ſi nimirum ob quod datum eſt, non
ſequatur; (quin * & *pœnitentiæ* locum *Lex* relinquit.) At 2427 2428
* verò illa *cauſa* non eſt *quaſi contractus*. Nam * ſi vel 2429

*expreſsè* inter partes *actum* eſſet, ut causâ non ſe-
cutâ liceret datum repetere; tamen adhuc condictio
*per Legem*, non ſecutâ causâ, porrigitur. *l. 9. pr. d. Cond.
c. dat. c. non ſec. l. 2. d. condict. indeb. l. 3. C. d. fidejuſſ.*
2430 *arg. l. 3. d. Leg. 1.* Quocircà * verius eſt, neque ex
tacitâ conventione, neque ex præſumtô conſenſu, in-
deque *nec ex quaſi contractu*, hanc *condictionem* naſci; ſed
2431 * ex *æquitate Legis immediatâ*, ſuppoſitô contractu illô *in-*
2432 *nominatô*, tanquam *conditione ſine quâ non:* de cætero*
autem *quaſi ex contractu* quodam. Neque enim, ùt *ſuprà*
monitum eſt, paria ſunt, dari *ex quaſi contractu*, & dari
*quaſi ex contractu.*

2433 ACCEPTATIO SINE CAUSA.] Quod * perperam
& minùs idoneè exprimit *cauſam condictionis ſinè causâ.*
Neque enim illa ubique *acceptationem* ſupponit. Cæte-
2434 rùm * & ipſa condictio ſinè causâ *ex quaſi contractu non*
oritur; verùm *ex figurâ quâdam æqui & boni, l. 1. pr.
d. O. & A.* quæ ſæpè locum invenit, ubi *nullum* nobis
cum alterô *negotium* eſt; ùt huic remedio toties accidit.
2435 Idemque * dicendum eſt, quando condictio illa *cum aliis*
condictionibus *concurrit.* Nam ſi competere poteſt *ſinè
causâ:* faciliùs dabitur & per ampliationem, ubi *cauſa ali-*
2436 *qua* ſubeſt: quam * tamen ut reſpiciat non indiget; ſed
tantò fortiùs inſtitui poteſt: modò *figuram* illam *æquita-
tis* habeat. v. *l. 2. ff. d. cond. cauſ. dat.*

2437 ACTIO FUNERARIA.] Verùm * huic ut *peculia-
rem quaſi contractum* fingamus, non expedit; cùm ea ſit
ſpecies quædam *anomala Negotiorum geſtorum actionis.
l. 14. §. 13. ff. d. Religioſ. & ſumt. funer.* ubi *Ulpianus:* ge-
neraliter puto, judicem juſtum *non meram negotiorum ge-
ſtorum actionem* imitari, ſed *ſolutiùs æquitatem* ſequi; cùm
hoc

hoc ei & *actionis natura* indulget. Quin * & *negotiorum* 2438
*geſtorum* dicere licet, adjectâ ei *qualitate funerariæ*, quæ
*modum* ei imponit. Nam id hactenùs perinde eſt, ſive *ano-*
*malam* dicas, ſive *adjectitiâ qualitate affectam.*

§. V.

IGNORANTIAM.] *Scientis* * verò negotium geri 2439
poteſt; modò *ignoret*, quòd *ſuum* ſit. Et *ſcientis* poteſt
geri, etiam *præſentis*, qui nec tacitè conſentire aut man-
dare poſſet; ùt infantis, furioſi. *arg. l. 3. §. 5. ſeqq. l. 21. §. 1.*
*d. N. G. l. 46. d. O. & A. l. 48. Mand.*

COMMODUM IPSIUS PROMOTUM.] Imò * vel 2440
hoc *ſingulare* eſt *in pupillo*, cujus negotium quis gerit, ut
non teneatur N. Geſtorum, niſi quà *utiliter* geſtum fuerit,
*l. 6. pr. d. N. Geſt.*

§. VI.

SI ALIUS DILIGENTIOR ADFUISSET.] Neque
* hoc ſimpliciter; ſed ſi hunc, cùm ille geſturus fuerat, 2441
*impediisſet* ſeu excluſiſſet geſtor. Aliàs * ſi quis alius potuiſ- 2442
ſet gerere diligentiùs, ad hoc non tenetur geſtor: quippe
quòd *in abſtracto* ſpectetur culpa, ad *leviſſimam* verò cul-
pam non teneatur.

EX NEGOTIO BILATERALI.] At verò * *bilate-* 2443
*ralitas*, ùt non eſt cauſa, cur contractus aliquis ſit *bonæ fidei*:
ita nec * *unilateralitas*, quòd ſtricti juris ſit. 2444

§. VII.

EX HOC QVOD IPSIUS UTILITAS.] Adeò * 2445
ſibi placet *Auctor* in *promotâ ſuâ utilitate.* Poſtquam
ſemel *Legibus* inductus eſt *præſumtus* ille conſenſus *in ge-*
*nere*, non ampliùs * *in ſingulis* reſpicitur illa *utilitas*; ne- 2446

2447 que etiam *Leges* ad ſingulos *caſûs* ſcribuntur. Sufficit,*
quòd utilitatem geſtor quilibet *intendiſſe* videri poſſit;
quamvis eam aſſecutus non ſit.

§. VIII.

2448 VEL PIETAS.] Quin imò * in *l. 14. §. 13. d. Relig. & ſumt. funer.* non modò actio illa *anomala funeraria*
continetur, quod innuit *JCtus ibid.* in *fine* §. *1.* eſſe ſcili-
cet illius rationem *peculiarem:* verùm & *religio* ibi re-
poſcentem impenſas tuetur; cujus intereſt, mortuos non
2449 jacere inſepultos. Nec * verò ſi *pietate* funerâſſet ille, qui
funus curavit, repetere quid poſſet; cùm & apertè dica-
tur in textu: poſſe quidem funeranti objici exceptionem:
*pietatis causâ funerâſti.* Sed replicari poſſe per actorem,
quòd vel *proteſtatus* ſit, vel teſtator ſibi *mandaverit*. imò
2450 *utrôque ceſſante, oportere in hac actione judicem ſe-
qui non negotiorum geſtorum actionem *per omnia*; ſed
*æquitatis* naturam, quam funeraria illa poſtulet. Non
2451 ergò licet * ex *pietate* tueri actorem, *ne quidem in fune-*
2452 *rariâ*; imò * *exceptio pietatis* illum repelleret: nec * multò
2453 minùs *in N. G. actione*; in quam * etiam *ex funerariâ ar-*
2454 2455 *gumentum* ducere non licet. per *d. tx.* Cæterùm * nec fa-
vor publicus, quò trahit impenſam in tignum *Auctor*,
actionem N. G. adverſus *invitum* & *prohibentem* dare
2456 poteſt; cùm * Remp. potiùs obſtringere ſibi debeat, qui
ejus intuitu quid impendit, quàm nolentem Dominum.
add. omninò ſolidisſimum JC. *Strauchium* ad *L. Deciſ. Ju-
ſtin. Exerc. 2. c. 3. n. 9.* Itaque * proſpiciat ſibi *ceſſâ actio-*
2457 *ne*, ubi poteſt; ùt ſi quando ſolvit pro invito & prohiben-
2458 te. *l. 1. C. d. Novat.* Nunquam * ei publicus favor ſuffra-
gabitur, ut impenſas pro invito factas actione N. Geſt re-
cipiat.

cipiat. Et * quidni recurrit *Auctor* ad principium ſuum 2459
erroneum *promotæ utilitatis?* Quòd ſi enim utilitas promota dat actionem N. Geſtorum, parùm curandum eſt, quòd Dominus geri *prohibuerit*. Utique * ſi verum eſſet 2460
hoc principium, *fruſtranea* eſſet Juſtiniani in *l. ult. C. d. N. G. conſtitutio*, & * ſubverteretur *tota actionis N. G.* 2461
*natura*. Jam quia hoc fieri non poteſt, nec ratio patitur: hinc apertum eſt, principium iſtud eſſe erroneum, & quod inde abſurda plurima inferri poſſent. Quare & laudatus modò *Straucbius* illud meritò retundit, *d. c. 2. n. 5.*

§. IX.

AD PRÆSTANDA DAMNA.] Verùm * hoc *latitudinem objecti* actionis non exhaurit. Cur itaque non 2462
utitur definitione actionis approbatâ *Auctor*, ſuasque imperfectas, mutilas, imò falſas, ubique ſubſtituit?

LEVI CULPA.] At verò * *hæredes tutoris* de *levi* 2463
*culpâ* non tenentur: nec propriâ nec defuncti. *l. 1. C. d. hæredibus tut.*

DIVISIONIS.] Quò * tamen non indigent, quando 2464
inter ipſos *à Magiſtratu* vel *Teſtatore tutela diviſa* fuit. *l. 2. C. d. divid. tut. l. 51. d. admin. & peric. tut.* Idemque de benef. *excuſſionis* habendum eſt.

HÆC ACTIO.] Improvidè * *infamiam*, quæ ex ſu- 2465
ſpecti *remotione* reſultat, confundit cum eâ, quæ ex *actione tutelæ* naſcitur. Nam *textûs* omnes, quos citat, ad ſuſpecti remotionem pertinent. Jam * verò *tutelæ actio*, 2466
de quâ hîc agitur, & quæ *ex ſe*, cùm exinde tutor *doli* condemnatur, *infamiam* ei attrahit, §. 2. *Inſt. d. pœn. tem. litig. l. 1. l. 6. §. 6. & f. ff. d. his, qui not. infam.* non datur niſi

niſi finitâ tutelâ; *l. 1. §. f. l. 4. §. fin. l. 9. §. 4. d. tut. & rat. diſtrab.* Auct. *h.* §. *11.* (quantum ad reddit. rat. *generalem*
2467 attinet:) Unde * nec ob *levem culpam* quis *removeri* poteſt,
2468 ùt *ſuſpectus*. Remotio * verò ex poſtulatione ſuſpecti *eâ durante* fit, non poſtquam finita eſt, *l. pen. ff. d. ſuſpect. tut.*

§. X.

2469 JUXTA L. I. §. PEN. ET ULT.] Eſt * *l. 1. §. 21. d. tutelæ & rat. diſtr.* ùt *inferiùs*.

2470 CONSULTIUS ERIT PUPILLO.] Hoc * jam in *d. l. 1. §. 22. JCtus* admonet.

2571 OB RES SURREPTAS.] Nec tamen * ad *reparandum* eas, ſed *ad pœnam;* modò furandi animô rationes conturbaſſet. *l. 2. §. 1. d. t. l. 55. d. admin. & peric. tut.*

§. XI.

2472 NON DUBITO.] Quaſi * auctoritatem *Strykii* quis revereri neceſſe habeat, in re, quæ *Legibus* Romanis jam *definita* eſt. Quòd enim actio tutelæ, ùt & de rat. diſtrah. obtineant, tutelâ etiam & maximè curâ adh.
2473 *durantibus*, quoad ſpeciales ſ. *particulares* * quoque rationes, illud ex *l. 3. §. 2. d. admin. & peric. tut. junct. l. 26. eod. l. 4. § 3. l. 16. §. f. d. tut. & rat. diſtrab.* evidens eſt:
2474 quamvis * quoad tutelæ & curationis causâ actionem dolus non appareat.

§. XII.

A TEMPORE SUSCEPTÆ ADMINISTRATIONIS.]
2475 Sed quoad * *executionem pignoris* hîc quoque ea ſunt obſervanda, quæ ratio poſtulat in his, quorum bona

*gene-*

*generaliter* tacito pignori obſtricta ſunt. Cæterùm * *de initio* pignoris nil habetur in *d. l. 20. C. d. admin. & per. tut.* nec in *N. 118. c. 5.* vid. potiùs *arg. l. 6.* §. *1. C. d. ſec. nupt.* 2476

L. XLII. D. ADMIN. TUT.] item *l. 19.* §. *1. d. R. A. J. P.* Videlicet jus perſonale ſ. *privilegium prælationis*, quod habet *pupillus*, in re, quæ pecuniâ ejus emta eſt, ad hæredes ejus non tranſit, *dd. ll.* Carpz. *cit. l. n. 20. add.* Richter, *C. IV. d. Conc. cred. ſect. 1. n. 77. ſeqq.*

§. XIII.

MODO FUERINT NECESSARIÆ.] Imò ſi * expediant pupillo. Non * enim rem definit *l. 3. C. d. admin. tut.* quam citat *Auctor*; ſed *l. 3. pr. d. contrar. tut. act.* quam citare debuit. *Add.* A. Fabr. *V. Tit. 23. def. 2.* 2477 2478

§. XIV.

ETIAM DURANTE ADMINISTRATIONE.] Sicuti verò *tutelæ actionem*, quà *generalis* habetur, non niſi *finitâ* tutelâ dari conſtat; ſive ætate pupilli, (v. *l. 4.* §. *f. d. tut. & rat. diſtrah.*) ſive aliter, etiam in perſonâ tutoris, id fiat. Ita nec *curat. c.* ante finitam curam agi poteſt, *generali* illâ *curat. c. actione*; *l. 14. C. d. admin. tut. & cur.* quanquam facilius ſit, ut de *curâ*, durante adminiſtratione, experiri liceat. Et tamen hìc *differentiam actionum* notari oportet: cùm falſum ſit, *tutelæ* * *actionem utilem*, ùt *Actor* putat, durante adminiſtratione intentari poſſe. Nam durante adhuc curatione, datur *actio* * *negotiorum geſtorum utilis*; *l. 17. C. d. N. G. d. l. 4.* §. *f. d. tut. & rat. diſtrah.* non tutelæ. *d. l. 14. C. d. admin. tut. l. 4.* §. *4. rem pupill. ſalv. fore.* Sed *tutelæ utilis* * non niſi totâ 2479 2480 2481

cura-

curatione *finitâ*, adverſus Curatorem, inſtituitur. *l. 3. C. arbitr. tut.* Igitur *utraque* actio illa, in *l. 7. C. eod. tit.* ſub *diſtinctione* iſtâ, competit.

§. XV.

INSTITUI POSSIT.] Nec mirum eſt, compertô
2482 quòd non ſit tutor. Nam * ſi ad finem usque pubertatis, vel quoad aliter tutela finiatur, pro tutore habetur: etiam ipſa actio illa generalis non datur, antequam finem adminiſtratio ejus ſortita fuerit. Iſtud potiùs ſingulare eſt,
2483 quòd * ſi *protutor* quædam negotia *non attigerit*: ipſe non aliter de iis teneatur, niſi cùm alius ea geſturus fuiſſet. *l. 1. §. f. de eo qui pro tut.*

§. XVI.

2484 EXTENDITUR.] Imò * non *extenditur* illa actio. Sed actio in *l. 9.* eſt ſeparata & *diverſa* actio, & ſimul *in exemplum iſtius* introducta. *d. l. pr. add.* §. *1.* ibi: *Has in factum actiones.*

§. XVII.

2485 NON ERIT HÆC ACTIO.] Quisnam * verò unquam opinari potuit, quòd *fidejuſſio* actionem *tutelæ*, & vel *utilem*, pariat?

2486 STIPULATIONE.] Quin & * *ſinè ſtipulatione* exſertâ obligantur, ſi præſentes nomina ſua, tanquam fidejuſſorum, in acta referri paſſi fuerint. *l. 4. §. fin. d. fidej. tut.*

2487 NOMINATORES.] ût & * *affirmatores* multò magis. *l. 4. §. ult. d. fidej. tut.* ubi à *nominatoribus* (v. *l. 2. eod. l. ult. C. d. filiisfam.*) diſcernuntur.

## §. XVIII.

VERUM.] Modò non corrigeret *Auctor Schwenden-*
*dörfferum*, exercitatiſſimum in Academiâ Foroque JCtum.
Et quid rectum magis illius ſententiâ: quid contrà ineptum
magis ſententiâ *Strykii?* Etenim * *Magiſtratum tutelâ* quâ- 2488
dam *eminente* & ſuperiore frui, & ſermone quotidianô, &
ratione ac neceſſitate muneris, conſtat. Quânam igitur
aliâ actione conveniretur, quàm *Tutelæ* illâ *ſubſidiariâ?* (vel
*ſucceſſivâ*,) *l. 46. § 6. d. admin. tut. & cur.* ſicut appella-
tur * in *l. 1. pr. & §. 4. ff. d. Magiſtr. conven.* quæ & 2489
* *utilis* dicitur in *d. l. 1. pr. l. 1. l. 5. C. eod.* Iſtam autem 2490
eſſe * *tutelæ* actionem, & hanc eò porrectam, non modò 2491
* ex *SC.*, *Trajani ætate* conditô, in *d. l. 5. C. d. Magiſtr.* 2492
*conv.* ſatis colligitur; ſed & *Divi Severus & Antoninus*
in *eòdem* ſe haud dubiè fundant, *l. fin. ff. eod.* ubi actionem
tutelæ utilem quaſi digitô monſtrant: *quoniam eadem*,
* ajunt, *in Magiſtratibus actio datur, quæ competit in Tuto-* 2493
*res:* quô quid apertum magis pro *Schwendendörffero*, vel
*communi* potiùs & *antiquâ* * doctrinâ, (ut *Schwenden-* 2494
*dörfferum* vellicare neceſſum non habuerit *Strykius*,) dici
poſſit, non apparet. Imò * quæſtionem in *d. l. fin.* de *uſu-* 2495
*ris*, inde deciſam videmus: quoniam *tutores* ad uſuras (&
* quânam aliâ niſi *tutelæ actione?*) tenentur; ideò non mi- 2496
nùs ad easdem teneri *Magiſtratûs.* Similiter inde pendet,
quòd * ſicuti *hæredes tutorum* non niſi de *dolô* & *culpâ la-* 2497
*tâ* actione tutelæ tenentur: ita nec teneantur hæredes Ma-
giſtratuum aliter. *l. 4. ff. & l. 2. C. d. Magiſtr. conven.* At-
que hinc, quia officii tutorii nomine Magiſtratus conve-
nitur, haud dubiè procedit, quòd cùm pupillum * tuitus 2498
eſſe non credi poſſit, cui *de ſecuritate* non proſpexit, in-

2499 deque præſumtio contrà eum nitatur: ipſum * propterea
Magiſtratum, quòd *culpâ vacuus* ſit, *probare* oporteat. *l. 1.*
§. *13. ff. d. Magiſt. conv.* Quid verò jam novi *Strykius* de
ſuo? Ille *generaliorem* hanc obligationem eſſe putat. Et
tamen quamvis *ſuccedanea* ſit, & Magiſtratûs obligatio ad
2500 plura ſe extendat; tamen * ſe extendit *genus* illud ad ſuas
2501 *ſpecies:* indeque tutelæ illa obligatio *æquè* * *ſpecialis* eſt,
atque eſt tutelæ illa, quæ *in tutorem* competit, actio. An-
non enim ſatis ſpecialis eſt in Magiſtratum actio? quòd ipſe
2502 in *totam cauſam tutoris* * *ſuccedat;* ejusque locum, *ſpecia-*
2503 *lem* ſcilicet, ſubeat. Secùs * nunquam Magiſtratus *in ullô*
*caſu ſpeciali,* quô officio ſuo, quod multa complectitur,
2504 non ſatisfacit, rationum poſtulari poſſet. Et * num illa
actio, quam *Auctor* ſomniat, magis ſpecialis eſt? Num
2505 quoque non * actio tutelæ adverſus *tutorem gerentem* ſuf-
2506 ficit in actionem *propriam* tutelæ, ut hæc * adverſus Ma-
giſtratûs *iſti ſuccedanea* eſſe queat: nam eò ſe omni-
nò refert *nomen*, quod ei circumpoſitum eſt, actionis
*utilis.*

EXISTIMO, HANC ACTIONEM.] Exiſtimat ergò
eſſe actionem *utilem* ex *ſtipulatu;* & hujus mentionem
2507 fieri ait in *l. 4. pr. rem pup. ſalvam fore.* Datur * verò
ibi actio ex ſtipulatione *à ſervô publicô* factâ *pro pupillô,*
per tutorem & fidejuſſores, promittentes *rem pupillo ſal-*
2508 *vam fore. d. l. 4.* §. *2.* Et maximè datur *in fidejuſſores* * hæc
2509 actio. In *tutorem* verò cumprimis * datur, quà talis eſt,
*actio tutelæ;* de quâ *JCtus* in *l. fin. d. Magiſtr. conv.* At ve-
2510 rò * hæc illa eſt, quæ in Magiſtratum competit. Neque
2511 etiam actio ex ſtipulatu competit * niſi *prævià ſtipulatio-*
*ne:* adeò ut ne quidem *pupillo* detur, niſi *ſervus publicus*
2512 * ſtipulatus fuerit ejus nomine. *d. l.* ibi: *neque enim ac-*
*quirit*

*quirit.* & *l. 2. in fine.* Ubinam verò *promittit* * *ſtipulanti Ma-* 2513
*giſtratus?* Sanè ſi *tutor* & *fidejuſſores* non *promiſerint* ſeu
ſpoponderint, ne quidem * ex ſtipulatu tenebuntur. Et 2514
quid * ſi *pupillus præſens* ſit & *fari* poſſit, quid ſi * *minor* 2515
quis ſit: (nam & *adoleſcenti* cavetur.) Anne dicet *Auctor*, 2516
ſic etiam dari * adverſus Magiſtratum, qui his talibus pro- 2517
mittit, actionem *utilem ex ſtipulatu?* Sic dicat neceſſe eſt,
dum actionem utilem hanc eſſe * ſemper, quæ in Magiſtra- 2518
tum datur, præcipit. At verò in *d. l. 4.* actio * ex ſtipu- 2519
latu, quæ datur adverſus tutorem & fidejuſſores, ideò dici-
tur *utilis*, quoniam *pupillus non ipſe*, ſed *ſervus publicus*,
ſtipulatus eſt. Ex quô omninò ſequitur, extra * hunc 2520
*ſpecialem caſum*, adverſus tutorem & fidejuſſores non com-
petere utilem, ſed *directam*, ex ſtipulatu actionem: & ſic 2521
etiam ex *Auctoris* ſententiâ actionem illam *directam* * ad- 2522
verſus *Magiſtratum*, quaſi is ſtipulanti promiſiſſet. Inde-
que *directa* illa actio, quam oporteret adverſus Magiſtra-
tum ex *illius* ſententiâ competere, *erit * utilis actio?* & 2523
quæ adverſus *fidejuſſores* competit, * *non erit directa?* 2524
& quæ actio ex ſtipulatu *utilis* eſt ex perſonâ ſtipulantis:
(quia hîc in *l. 4.* non ipſe pupillus ſtipulatur, ſed *ſervus*
*publicus*,) illa erit *ex perſona * promiſſoris*, ſcilicet Magi- 2525
ſtratûs, *utilis*. Ergò erit ex perſonâ pupilli, * quando ipſe 2526
ſtipulari poteſt & ſic ex perſonâ *ſtipulantis*, *directa*, & ex
perſonâ *promiſſoris * utilis?* Quâ igitur ratione poteſt dici, 2527
quòd actio ex ſtipulatu, quæ hîc dicitur, ex perſonâ ſubor-
nati ſtipulantis, eſſe *utilis*, & *aliàs directa* eſt: ſit *illa actio*
*utilis*, quæ * adverſus Magiſtratum, *nec per ſe * ſtipulan-* 2528
*tem nec per alium*, competit; & ſimpliciter ac ſemper *uti-* 2529
*lis*, atque *eadem*, quæ in tutores (*non quà ſponſores* ſed
*quà tutelâ fungentes*,) inſtituitur? Quid etiam fingeret * 2530

*Auctor*, niſi omnia fingeret, quòd Magiſtratus ſtipulanti
2531 promiſerit indemnitatem: cùm *nec pupillus** actionem,
adverſus tutorem & fidejuſſores ejus, ſortiri poſſit *ex ſti-*
2532 *pulatu* utilem, *niſi expreſſa ſtipulatio*,* & quidem adeò ut
2533 *ſervum* publicum * adhiberi oporteat, interpoſita fuerit.
2534 Et quid opus * eſt *ſtipulatione* ſ. ſponſione ad hoc ſe ob-
ſtringere? quod *officiò* ejus, & quidem *quà ad tuitionem*
*minorum* illud pertinet, continetur; ſaltim ut *Strykii* actio,
2535 2536 quæ nec * Legibus continetur, aut contineri * poteſt, ne-
2537 que neceſſaria, * imò Legibus * diſconveniens, & adverſa
2538 *textibus apertis* eſt, pro Auctoritate ejus, malè adhibitâ,
locum inveniat; quem tamen haud unquam ſortie-
tur.

§. XIX.

ADMINISTRATIONE.] Hoc perperam afferi, *ſupe-*
2539 *riùs* monitum eſt. Et * ſi vel *ſolus* quis curaverit rem
*communem;* tamen *mutua actio* dabitur.

RATIONE OBJECTI.] Sed & quandoque ratione
2540 **ſubjecti* datur *utile* C. D. judicium. *l. 6. pr. l. 7. l. 29.*
*pr. j. l. 14. §. 1. Comm. divid. &c.*

2541 MIXTA.] Quòd ſi verò **ex quaſi contractu* eſt, non
poteſt eſſe *mixta*. Oriri autem eam exinde dixit
*Auctor!*

2542 COMMUNIONE JURIS.] Equidem **jus* ſi vel ma-
ximè *reale* quoddam fuerit; tamen *communio* propterea
*jus* ſolùm *ad rem* inter hos, qui in eâ verſantur, conſti-
tuit. Neque enim ſequitur, ùt *l. 4. pr. h.* dicitur, *eſſe* hoc
2543 judicium *de dividendis rebus*, quarum * *dominium* habe-
mus; quòd propterea ipſum hoc judicium *ex dominio* na-
2544 ſcatur. Nempe in quibusdam actionibus habetur* *dominii*
ratio,

ratio, quoad *ſubjectum*, ùt eſt *actio L. Aquiliæ*, ùt & *con-*
*dictio furtiva*; nec tamen illæ propterea *reales* ſunt. Ita
in *communi dividundo, familiæ herciſcundæ*, item *finium*
*regundorum* actionibus, *de dominiò* ſ. *juribus in re* * *obje-* 2545
*ctivè* agitur; unde etiam *cauſæ proprietatis* * *cohærere* di- 2546
cuntur; *l. 3. C. Fam. erc.* quin & * *effectum* habent *vindica-* 2547
*tioni ſimilem*. Nec tamen *efficienter* ſunt *ex dominio*, aut pro
rebus *vindicandis*, ſed ſolùm * pro *dividendis* aut *dirimendis*, 2548
inſtituuntur: *l. 1. l. 2. Fam. erc.* quemadmodum etiam in
illis *de* dominio *controverſia* * nulla movetur. Ideòque 2548
* ſimpliciter & *merè perſonales* ſunt; (quanquam *mixtam* 2550
*cauſam* habere * *videantur*:) *t. t. d. Obl. quæ ex quaſi contr.* 2551
*naſc. l. 22. §. 4. l. 18. §. 3. l. 44. §. 3. l. 16. §. 4. F. E. l. 4.*
*§. 3. C. D. l. 1. l. 4. § 5. 9. l. 8. pr. l. 12. Fin. regund.*

§. XX.

JUS HÆREDITARIUM.] Sed nequaquam *efficien-*
*ter*: nam * ita cauſam *petitioni hæreditatis* præbet. 2552
UNIVERSALIS SIT.] Imò non ob hoc * ſimplici- 2553
ter: nam & *hæreditatis petitio* eſt *univerſalis*, & tamen
*ſæpiùs* * intentari poteſt. *l. 10. ff. de Pet. hæred. l. 9. d. exc.* 2554
*rei jud.* Sed quando *inter omnes cohæredes* ſimul * de *totâ* 2555
hæreditate actum fuerit. Unde ſi quando ſolùm *aliqui*
inter ſe egerint *fam. erc.* nil prohibet cum * aliis quoque 2556
judicium illud ſuſcipi, & ſic *inter diverſos ſæpiùs. l. 2.*
*§. 4. fam. erc.*

§. XXI.

CAVEAT.] Quid verò ageret cum *alio* de *divid.*
* *hæreditate*, quem *pro cohærede* non agnoſcit? 2557
SE COHÆREDEM ESSE.] Imò *ſe* * *hæredem* eſſe 2558

 *pro-*

*probabit* Actor: quod ſi non fecerit, in ſuo loco manet
2559 *poſſeſſio.* Numquid enim reo * probatio injungi poterit,
actorem ſolum hæredem non eſſe?
TEXTUS ILLE DUBIUS.] Mihi verò dubius non
2560 eſt. Quid enim eſt certum magis? quàm uti aliàs reus*
*excipiens* agentis *intentionem* in effectu *non fatetur:* ipſe-
que reus, ſi vel ille ſolus hæres foret, actorem verò *fam.*
2561 *erc.* agentem admitteret, nihilominùs deinde * totam ab
actore hæreditatem petere poteſt: *l. 9. d. except,* quò mi-
nùs etiam actor, *derelictâ Familiæ erciſcundæ actione, hære-*
2562 *ditatem* totam *petere* poſſit * à reo, quippe quem in effe-
ctu pro cohærede non agnovit *d. l. 37.* Perinde atque is,
2563 qui *rei vindicatione* egit, non protinùs reum * *pro poſſeſ-*
*ſore* agnoſcit; quamvis rei vindicatio non niſi adver-
ſus poſſeſſorem inſtitui queat: & tamen ille, omiſsâ rei
2564 vindicatione, adverſus eundem reum, pro * *retinendâ*
*poſſeſſione*, interdictô *Uti poſſidetis*, agere valet. *l. 12.*
§. *1. ff. d. acqu. & am. poſſ.* Niſi verò in unâ alteravè actio-
2565 ne judicis ſententia ſubſecuta, & in * *judicatum* res dedu-
cta fuerit; de quo caſu loquitur *l. 36. d. t. fam. erc.* junct.
*l. 1. C. d. Condict. indeb. & l. 65. §. 2. ad SC. Trebell* Unde non
2566 opus habuêre conditores * *Baſilicorum*, ut illi textui *l. 37.*
particulam *non* eximerent; quò ſcilicet eum cum textu
2567 *l. 36.* conciliare poſſent: ceu non minùs * in aliis *Baſilica,*
quoties à *Juſtinianeo corpore* diſcedunt, deferenda ſunt,
2568 nec Corpori illi, quod quidam volunt, * *præferri* de-
bent.
PRÆSUMPTIONEM.] Si verò ipſis *Legibus* ſatis
cautum eſt, quòd ea quæ reo proficua ſunt, actor agno-
2569 viſſe non cenſeatur: unde præſumtio adverſus ipſum * *pro*
*reo,* locum inveniet?

MUTA-

MUTATO LIBELLO.] Neque etiam hôc * *cir-* 2570
*cuitu* indiget actor; quin potiùs ſi metuat, quòd reus
ipſum ne quidem pro cohærede agniturus ſit, *ſimul con-*
*cludere* in libello poſſit, quòd in eum caſum * *hæreditatis* 2571
*petitionem* inſtitutam voluerit. Quòd ſi enim ego, dum
hæres ex aſſe ſum, nihilominùs fam. erciſc. ago: * impu- 2572
tare mihi debeo, cur non meliùs de jure meo edoctus ad
judicium proceſſerim, & deinceps re aliter compertâ
novô libello uti neceſſe habeam. Quanquam ſæpè quis
de jure ſuo potiori * eô tempore, quo agere inſtituit, cer- 2573
tus eſſe non posſit. Quid igitur tunc hæreditatis peti-
tione potiùs ageret, ad totam hæreditatem conſequendam,
cùm totam ſibi hæreditatem competere * ignorat. 2574

§. XXIII.

QVIA DESTITUTUM EST TESTAMENTUM.]
Tam facilè ſcilicet * hâc cum re tranſactum videtur! Ne- 2575
que verò protinùs cùm hæres repudiat teſtamentum, le-
gata concidunt. Equidem regulariter ita habet, ut ſi ne-
mo ſubeat ex teſtamentô, ritè conditô, hæreditatem: vis
illius teſtamenti adeò * ſolvatur, *l. 181. d. R. J. l. 1. d. inj.* 2576
*rupt. & irr. teſt. l. 1. §. f. ut in poſſ. leg. l. 9. pr. d. Teſt. Tut.*
*l. 9. §. 2. d. lib. & poſth. h. inſtit.* ut ne quidem inibi *liber-*
*tates* relictæ, *l. 17. ſi quis om. c. teſt. l. 2. C. eod. l. 1. C. d. fideic.*
*lib.* uti nec relicta *piæ cauſæ*, debeantur; Thulden. *in C. Si*
*omiſſ. cauſ. Teſtam.* niſi quòd ſecundum *Juris Canonici*
æquitatem, ùt *Vivius* exiſtimat; *2. Dec. 419. n. 3.* aut quòd
ſemper, quoad talem cauſam, *cl. codicillaris* ineſſe diſpo-
ſitioni videatur: Mev. *Lib. 2. ad J. Lüb. tit. 1. art. 13. n. 30.*
Fuſar. *d. ſubſtit. qu. 566. n. 23.* in *Foro piis cauſis* nihilominùs re-
licta addicantur, *teſte* Tiraquellô *Priv. 33. 76. Piæ cauſæ.*

Jo.

Jo. Dauth. *Tit. d. hæred. ad. & transmitt. n. 426.* Et quamvis aliàs fideicommiſſarius univerſalis *cogere* poſſit fiduciarium recuſantem, ut adeat, eique hæreditatem reſtituat: non tamen id poſſit *Legatarius*, aut par ei fideicommiſſarius ſingularis. *d. l. 17. ſi quis om. c. teſtam.* Peregrin. *d. Fideic. art. 2. n. 48. & 92.*
2577 Quin nec * *Fiſcus*, qui bona vacantia, deſtitutâ ſcilicet ab aliis hæreditate, occupat, ex teſtamentô, deſertâ hæreditate, quicquam præſtare tenetur. Fuſar. *d. ſubſtit. d. l. n. 48.* At verò casûs omnino ſunt, ubi, *deſtitutô* licèt *teſtamentô*, nihilominùs *Legata* & *fideicommiſſa* 
2578 in illis relicta debentur: quos annotare, * vel ſaltim ſtrictim attingere, *Auctorem* oportebat; niſi facilitate Juris deceptos Lectores ſuos, & perſpicuitate inanium ſcil. traditorum, fruſtrare eos ſolitus eſſet; quô fit, ut ipſi partem meliorem Jurisprudentiæ ignorent. Illi verò casûs referri poſſunt vel ad *factum* hominis, vel ad *jus* ipſum. *Ibi, Teſtatoris* vel *hæredis*. Et *Teſtator* quidem efficit, ut deſtitutô teſtamentô debeantur Legata, quando vel diſertè, relictorum nomine, *fideicommiſsô* onerat ab inteſtato venturos; *l. 14. C. d. Fideic.* ubi Giphan. *l. 29. C. eod. l. 88. §. 9. d. leg. 2.* Fuſar. *d. qu. 566.* & Peregr. *art. 2. d. fideic. n. 15. 27. 29.* modò ſic legitimi hæreditatem adeant: vel *clauſulam codicillarem* teſtamento adjicit. *arg. l. f. §. 1. C. d. Codicill. l. 11. C. d. teſtam. manum.* Nam licèt *Codicilli*, corruente Teſtamentô, & ipſi corruant. *l. 3. §. f. l. 16. ff. d. J. Codicill.* Tamen ſi Teſtamentum valere Jure codicillorum voluerit Teſtator, explenda eſt voluntas ejus *Codicillaris* illa, ab hæredibus ab inteſtato venturis: indeque relicta eô modò, deſtitutâ licèt à ſcriptô hærede hæreditate, à legitimô ſucceſſore debebuntur. Perez. *ad tit. C. ſi quis om. c. teſt.* Fuſar. *d. q. n. 16.* Turret. *d. Clauſ. Codic. qu. 41. effect. 26.*

Carpz.

Carpz. *3. 2. def. ult.* Gail. *2. O. 134. n. 3.* Deinde *factô hæredis* fit, ut, deſtitutô per ipſum Teſtamentô, nihilominùs legata debeantur; dum vel *repudiat hæreditatem*, pretiô acceptô, ut illa ad hæredem ab inteſtato veniat, *l. 2. §. f. d. Legit. hæred.* vel ad ipſi ſubſtitutum: *l. 1. C. ſi quis om. cauſ. teſt. add. l. 2. pr. ſi quis om. cauſ. teſt. l. 2. §. f. d. ſuis & legit.* vel *ab inteſtatô* ſibi callidè hæreditatem aſſerit, ut circumveniat eos, quibus quid ex teſtamento debebatur, dum illi hæreditas ab inteſtatô poteſt competere. *l. 1. pr. l. 12. §. f. ſi quis om. c. teſt. l. 1. 3. C. eod.* Neque enim ſi jure quis ſuô per *malitiam* uti velit, hoc ei permittendum eſt: *l. 38. d. rei vind.* niſi verò *aliunde* Teſtamenti cauſa ceſſaverit; ùt quando bona ſua Teſtator adhuc vivens hæredi donâſſet, aliâque causâ legitimâ hæc ad ipſum perveniſſent. *l. fin. ff. d. t.* Tandem *Jure* fit, ut Legata, deſtitutô Teſtamentô, deb antur; quando tale quid *ſtatutis* locorum introductum eſt. Nam *Tit. Juris communis* Prætorii *de Legatis præſtandis quibusdam perſonis, B. P. contrà Tabulas petitâ*, ad caſum *deſtituti Teſtamenti* non pertinet. Non etiam Juris *Civilis Novisſimi Nov. 1. c. 1.* quippe quæ non agit de hærede eô, qui vel non poteſt, vel non vult, adire hæreditatem; ſed qui eandem *adiit*, & relicta *præſtare ceſſat*; ut ea intrà annum præſtet, vel ſuccedaneis, ſi illi implere velint, locum relinquat: qui ſi id ipſum detrectant, ut tunc nihilominus ipſe hæreditatem *retinere cogatur.* v. Bach. *ad* Tr. Richter. *ad Auth.* Lauterb. *t. Diſſ.* ibique *citatos plures.*

§. XXIV.

LIMITANT HOC DOCTORES.] Quinam * illi *Doctores*, qui *verum contractum* ex *l. 2. pr. d. condict. in* 2579

*deb.* inferunt? Nam in quaſi contractibus uti non *taciti,*
2580 ita nec *expreſſi,** ratio habetur; ſed ſimpliciter * *poteſtas*
2581 *Juris* reſpicitur, quæ in *facto* ſolutionis indebiti acquieſcit.
2582 Quapropter adjectio illa naturam rei * & diſpoſitio-
nem Juris non mutat. v. in ſim. *l. 56. pr. in fin. Mandat.*
2583 *l. 3. C. d. Fidejuſſ. l. 3. d. Leg. 1.* cumprimis* autem *l. 2. pr.*
*h. t.* & Bachov. *I. ad Tr. 22. th. 4. b.* & *Diſp. 4. d. Actionib.*
*th. 15.*

SINE DUBIO PER STIPULATIONEM.] Et imò
2584 ſinè dubio hoc nil * mutat; ſed ſufficit, quòd *per ſe,* quod
2585 ſolvitur, *indebitum* ſit: atque hoc diſertè firmat* *l. 2. pr. h.*
ubi licèt *expreſsè* de repetendo, ſi apparuiſſet, *dictum* fue-
rit; tamen diſponitur, habere repetitionem, *ceu indebiti,*
2586 de quo ibi agitur, locum: adeoque *non inde, quòd lex
illa dicta & accepta fuerit in ſolutione; nec idcircò vi *ſti-*
*pulationis,* ſed, ùt in morem *JCtorum,* & *legali* ſenſu, lo-
2587 quitur *Ulpianus:* quia * *negotium eſt contractum,* i. e. qua-
ſi contractum eſt, *inter eos.* Quisquis ſanis inſiſtit & ac-
curatis principiis, & legali ſtylo innutritus eſt: ille ſolus
capere ſenſum *Legum* easque interpretari novit.

2588 REPETITUR.] Et tamen oportebat **probari,* quod
2589 ſit indebitum. Ad quid ergò * *ſtipulatio?*

PROMUTUUM.] Nec tamen *promutui* appellatio
2590 *tantùm* ad * *indebitum* pertinet; verùm ad *alias* quoque
*condictiones,* quibus datum repetimus, vel aliud in vicem
2591 ejus, referri ſolet. Neque ſimilitudinem cum * *mutuo*
majorem penè habet, ac id ipſum, quod *pro mutuo* dici-
tur *in l. 15. §. 6. Locati.* ſicut etiam appellatio *promutui* ex
2592 *l. 5.* * §. *3. d. O. & A.* quæ ſolùm ad *indebitum* pertinet,
deducta non eſt. Etenim in promutuum etiam *aliæ res*
2593 veniunt * præter *fungibiles:* imò* etiam *facta* præſtita inde
2594 dimo-

dimoveri non poſſunt. Deinde etiam * *diverſum* quan- 2595
doque in eo *reſtituitur*, aut * fieri oportet. Ne dicatur, 2596
*ex mutuo*, tanquam verò contractu, dari *condictionis* * *cer-* 2597
*ti* unam ſpeciem : *ex promutuo*, quod ne quidem ſemper
*ad quaſi* * *contractûs* pertinet, competere condictiones 2598
*certi* * alias quoque, ùt & * *incerti* condictionem. 2599 2600

SPECIES] At verò *promutui* appellatio * *ad has* 2601
quoque reſpicit. Cæterùm etiam *quantitas ſoluta*
ſi * *caſu* perierit, is qui eam accepit, nec inde factus eſt lo- 2602
cupletior, non tenebitur; imò ne quidem ſi * *levi culpâ* 2603
periiſſet. *arg. l. 31. §. 3. d. petit. hæred. l. 5. d. reb.*
*cred.*

MAGIS AD COMMODATUM.] An igitur ſpecies
illa *ad uſum* * datur? Imò datur *ſolutionis* * *causâ*! & non 2604
minus ad * *promutuum* pertinet, quàm ſoluta quædam 2605 2606
*quantitas.* Et cur non æquè * alii negotio, quàm *com-* 2607
*modato*, poterit æquiparari? ſi detur *ſpecies*; & detur
* *alienandi causâ.* Et quidni ſi data fuerit, ùt debita ex 2608
* *Legatô*, ex *donatione*, vel ex *cauſis aliis*, etiam ex *Loca-* 2609
*to* * & *ſim.* non potiùs *ad* * *illas ſpecies* referatur? Quic- 2610 2611
quid ſit, quòd deinceps in *uſum* abeat res tradita: qui ta-
men ne quidem * *certus* & *definitus* eſt, ùt in commoda- 2612
to; ſed *ùt* * *proprietarii.* 2613

DONASSE VIDEATUR.] Imò *non ſemper* * donas- 2614
ſe videtur. Hinc is, qui *ſcit*, ſe non debere *immodicas* * 2615
*uſuras*, & tamen ſolvit, repetere eas non prohibetur.
Sand. *3. Tit. 14. def. 7.*

§. XXV.

PRÆSTAT SIMPLICITER RESPICERE.] Ergò * 2616
non ampliùs in condictione indebiti eò reſpiciendum eſt,

an *ignorantiâ Juris* an *facti* ſolutum fuerit? Bene autem
2617 ſibi *Auctor* conſulit, quòd in hâc *difficultate* * ad *Com-
mentatores* remittit. Sed non proſpicit Lectoribus ſuis,
quibus ſupervacuum eſſe inculcat, quicquid hac de re aliis-
que, in eô articulô, æquè in *Forô* ac in *Commentariis*, dif-
2618 ficile reperitur. Equidem qui indebitum * *errore Juris*
ſolvit, ſolutum regulariter repetere non poteſt: *l. 10. C. d.
J. & F. ignor.* cumprimis ſi ipſe tantùm *lucrô cariturus*
eſt. *l. 9. C. ad L. Falc. l. 9. §. 5. eod.* Nam ſi in *lucrô* fuerit
is, *cui ſolvitur*, tunc nihilominùs datur ob errorem juris
repetitio. *l. 26. pr. & §. 1. d. condict. indeb.* ùt & ſi ſol-
vens ſit ex eorum numero, quibus *jus ignorare* permis-
2619 ſum eſt. Quid verò *ad* * *l. 7. d. J. & F. Ignor.*? Hujus
*textûs* expoſitio ad difficultates pertinet, quibus in *ſcholâ
Strykianâ* non utimur.

§. XXVI.

2620 TAM JUS REALE.] Sed hoc falſum * eſſe dixi-
mus *ſuperiùs*. Exactè *Paulus* in *l. 1. ff. Fin. regund.* quô
2621 *textu* Auctores Pandectarum, in fronte * judiciorum, quæ
2622 *mixta* * videntur, indicare voluerunt, cujus illa naturæ
ſint. *Finium regundorum actio*, ait JCtus, *in perſonam eſt,
2623 licèt pro vendicatione rei eſt.* Nec ergò * *eſt* vindica-
tio.

PARTIM VERO DE DELICTO.] At verò hæc
2624 * perſecutio non eſt in *finium regundorum* actione. Ne-
2625 que hoc vult * *l. 4. §. 4. ff. d. t.* Imò repugnat huic aſ-
ſerto, dum quæſtionem *delicti* hujus *ad Judicem* refert, qui
2626 *de * crimine (t. t. de termino moto,)* cognoſcit; qualis
2627 utique non eſt *Judex* actionis * *finium regundorum*. In
2628 textu verò * *l. 4. C. h. t. condictio* quædam *ſpecialis* eſt,
poſt

poſt * finium regundorum actionem, ſeu durante eâ, in- 2629
ſtituenda.

§. XXVII.

SPECIALIS ACTIO, QVÆ VIÆ RECEPTÆ
DICITUR.] At verò hæc * non eſt *actio ſpecialis.* Nec 2630
enim ſequitur, danda eſt in aliquem *viæ receptæ* nomine,
ſeu, *viæ receptæ actio;* ergò hæc actio quædam peculiaris
eſt: quin potiùs idem eſt, ſi diceret *Paulus*, *damni* hujus
*ex viâ receptâ nomine.* Videlicet quoniam refectio omnis
ſinè damno & injuriâ vicinorum fieri debet, *l. 31. pr. damni*
*inf.* Hinc ſi contrà fiat, *actio * L. Aquiliæ* locum habebit: 2631
nam hæc datur *ob injuriam*, uti hîc *l. 3. pr. d. via publ. &*
*itin. publ. refic. fundo irrogatam.* ùt in *l. un.* §. 5. *d. ripa*
*munienda.* ibi: *Etiamſi quid damni poſteà datum fuerit:*
*ſed L. Aquiliâ experiendum eſt.* Neque *JCti* * actiones 2632
ſpeciales inveniunt, ubi aliis *communibus* uti licet.

§. XXIIX.

JUDICATI OBLIGATIONEM.] Hæc verò *litis*
*conteſtatione* * nititur, quà *partes* attinet. Nec judicatô 2633
* quis obligabitur, niſi *litem conteſtatus* fuerit. Nec *ſen-* 2634
*tentia* * *valida* citrà eam haberi poteſt. Unde & *Arbitri* no- 2635
men * in quibusdam actionibus Judex ſortitus eſt. Quid 2636
quòd etiam nec *ſententia* nec *judicatum* valent, niſi quo-
ad hoc, *ſuper quô* * *litis conteſtatio ſuſcepta* fuit. Et quis 2637
* unquam *Judicatum* pro quaſi contractu habuit? niſi *Au-* 2638
*ctor ſuperiùs* §. *IV.* ſui * immemor. Nam & *Carlevalii* 2639
* ſeparationem ineptam quis meritò cenſeat. 2640

TACITE SE OBLIGASSE.] Et quid * mutat, ſi *ex-* 2641
*preſsè* ſe obliget, ſuper eo ſententiam ſe expectaturum;
nam ad hoc etiam ſe Judici ſubmittit. Interim, cùm *in-*

 *vitus*

2642 *vitus* * conteſtari cenſeatur, ſaltim *reus:* ad *quaſi contra-*
*ctûs*, ubi *Lex* ſupplet negotium, conteſtatio illa redigi-
tur.

2643 ADJUDICATUM.] Rectiùs, * *judicatum* fuerit:
Nam *adjudicatio* JCtis peculiarem ſignificatum habet.

2644 IN PLERISQUE CASIBUS.] Non poterat * diſcu-
tere nebulas *Carlevalii;* qui judicato adſcribit, imò ſenten-
tiæ, quod ad *conteſtationem* omne redigendum eſt. Ita-
2645 que in alterum abſurdum * illabitur. *Aliquando* conte-
2646 ſtationem litis eſſe *conjungendam* * cum judicato, & qui-
2647 dem *in plerisque* * *caſibus*, (ita ad *caſûs* provocat, dum
principiis ſ. *regulæ* inſiſtere, eamque formare, periculoſum
exiſtimat; nec tamen *caſûs illos* adducit,) adeoque *unum*
2648 eſſe *quaſi contractum;* aliquando * *duos* diſtinctos eſſe
2649 cupit. Modò *effectus* * ultimus idem ſit: omnes *cauſæ*,
quæ effectum illum antecedunt, eædem & ejusdem naturæ
2650 *Strykio* haberi debent; quicquid de aliis ſit *effectibus* * *pro-*
2651 *priis:* ùt ne de cauſis * ipſis *rerum actuumve* dicamus.
Quæ quidem ſtatuendi ratio fœdisſimam ubique confu-
ſionem, & cumprimis etiam in Forô, non poteſt non in-
ducere.

§. XXIX.

2652 NON CONVENIUNT.] Nec poſſunt * convenire
*abſolutè* id aſſerendo: quoniam hîc non unâ *diſtinctione*
uti oportet. Quid verò hîc ſentiendum ſit, oſtenſum eſt
plenè & diſtinctè, in *Analectis Lynckerianis*, ad *Syntagma*
*Civ. Struvii*, Tit. *de pœnis. p. 515. ſeqq.*

EFFECTUM TRANSMITTENDÆ POENÆ NON
HABET.] Utique non habet in eâ ſpecie, ubi JCtus
*d. l. 20. d. accuſ.* ſimul condemnationem requirit. Sed
quid-

quidni * haberet aliàs litis conteſtatio effectum *transmiſ-* 2653
*ſionis* pœnæ in hæredem, etiam * *in criminalibus?* Nam 2654
ita in criminali actione * ex delicto *privato* ſufficit con- 2655
teſtatio litis, ut in hæredem conteſtantis pœna tranſeat.
*l. un. C. ſi ex del def. l. un. ſi pend. app. mors interven.*
*l. 3. C. eod.* Sufficit etiam * *in publicis judiciis*, ubi *publica-* 2656
*tio bonorum* inferri poteſt, (non quidem *in conſequentiam*
pœnæ capitalis, ſed) *principaliter: d. l. 3. C.* Sufficit * quan- 2657
do agitur in publicis judiciis de pœnâ *pecuniariâ* vel amiſ-
ſione *partis bonorum*. Nam ita, ſi defunctus litem fuerit
conteſtatus, & ante condemnationem moriatur, hæres uti-
que in ſolidum tenetur. *d. l. 20. ff. d. Accuſ.* Et quid *Au-*
*ctor* diceret * de *crim. reſiduorum* & *repetundarum?* ſu- 2658
per quibus ſi defunctus litem conteſtatus, & pecuniariè
actum fuerit: tantò magis, eô ante condemnationem mor-
tuô, tenentur hæredes: quòd & ipſimet, * *defunctô reô* 2659
*ante litis conteſtationem*, in eam pecuniariam præſtatio-
nem, conveniri poſſint. Nunquid ergò *litis conteſtatio*
ſola * in *criminibus* & *judiciis publicis* non æquè *quaſi con-* 2660
*tractum*, idque non modò ratione * *delinquentis* ipſius, 2661
quod ſanè hactenus ſufficere poterat, verùm etiam quoad
ipſos * *hæredes* conſtituit? Et num eò minùs eſt *quaſi con-* 2662
*tractus*, quia ſuſcipitur ſuper eô, quod * *Reipublicæ* debe- 2663
tur? (quanquam Reip. * *pœnam* quis *debere* impropriè di- 2664
catur:) cùm ſufficiat ipſum delinquentem inde * obſtrin- 2665
gi, *cuicunque* etiam *præſtetur*, ad quod condemnatus eſt.
Neque verò litis conteſtatio ex *objecto*, ſed ex ipsâ * *for-* 2666
*mâ* debendi, pendet. Quid quòd * *vices Reipublicæ accu-* 2667
*ſator* ſubeat? dum is publicam perſecutionem inſtituit.
Quòdque litis conteſtatio * cum *Procuratore* inita ſtrin- 2668
gat partem, quamvis * nil *Procuratori debeatur*. Toties 2669
labitur

labitur *Strykius* rationibus ſuis cerebrinis & illegalibus.
2670 Nec verò rationes * ſolidæ aliunde, quàm ex *Juris* debi-
tâ & exactâ *notitiâ* deſumi poſſunt. Elumbes verò & in
abſurda ducentes, indoctis Juvenibus, ipſe perſuadet: qua-
rum quidem infirmitatem, & hinc noxiam in Rempubli-
cam, rectis principiis innutriti primò intuitu deprehen-
dunt.

2671 ETIAM CONDEMNATIO.] Quàm * irreveren-
ter & in folle tractat Jura! quaſi verò *textus* ille, qui de
ſpecie unâ alteravè loquitur, rem totam, tot diſtinctioni-
2672 bus * neceſſariis involutam, definire poſſit. Imò * ne qui-
2673 dem *d. l. 20. ſ. l. 26. d. pœnis* ad ademptionem bonorum
pertinet; quippe quæ principaliter reo *pœna capitalis* in-
ferri poteſt. Et tamen etiam *d. Lex* ſpeciem habet, ubi
2674 *condemnatio* non requiritur. Quòd verò * pœna *corpo-
ralis* in hæredem rei tranſire non poſſit, etiamſi reus jam
2675 condemnatus fuerit: itidem patet. Quid * ergò hìc li-
tis conteſtatio non ſola, ſed *cum condemnatione* juncta?
quam *Auctor* ad hoc ſufficere putat, ut effectum litis con-
2676 teſtationis habeat. An ſic plectetur * *hæres* in *corpore*,
ſi reus poſt condemnationem moriatur? Videlicet pœna
2677 mortis non ſolùm, ſed *ipſum crimen*, * morte delinquentis
*concidit: l. 6. d. publ. jud. l. 10. ad SC. Turpill. l. 26. d. pœn.
l. 3. 4. ſi reus vel accuſ. mort. f.* indeque hæredes quando-
2678 cunque reus moriatur, à *pœnâ*, * quæ vel *perſonam* delin-
quentis, ejusq; corpus, concernit, vel his, quæ *in conſequen-
tiam* illius veniunt, *l. 2. C. ſi pend. appell. mors. interven.*
2679 exempti manent. Nec in eo, * quoad *hæredes*, quicquam
perficit *Litis conteſtatio*: perficit autem quoad *ipſum de-
linquentem*, ſi *condemnatio* ſubſecuta fuerit; quippe quæ
2680 nec * ſequi poteſt, lite non conteſtatâ: & perficit etiam
quo-

ratione * *bonorum publicationis*, quæ *in conſequentiam* 2681
venit, quoad *hæredes*; ſi reus poſt condemnationem mor-
tuus fuerit. *d. l. 20. d. accuſ.* Planè * ſi *ipsô Jure* amiſſio 2682
bonorum vel partis ejus ex crimine infertur: non inter-
eſt, quandocunque delinquens moriatur, ut *declaratio* pœ-
næ ſ. commiſſi, etiam *adverſus hæredes*, fieri queat.

EUNDEM EFFECTUM.] Et meritò, ſub eâ *diſtin-
ctione*, * quam ipſa *l. 20. d. accuſ.* cæterique *textûs* ſug- 2683
gerunt

CONDEMNATIONEM EXPRESSE SUPPONIT.]
Imò * *in fin. d. l. 20.* diſertè habetur, quòd in aliquibus 2684
delictis *ab hærede* poſſit *incipere* pœna, ſi vivô reô accu-
ſatio mota fuerit; licèt necdum ſubſecutâ condemnatio-
ne. Num ita non *ſola* * *litis conteſtatio* effectum ſuum 2685
exſerit? Quòd verò non poſſit adverſus hæredes lis per-
duci *in corporalibus*: id non fit * ex inefficaciâ litis conte- 2686
ſtationis; ſed quia hæc talia *in hæredes non tranſeunt*. Et
an * in civilibus eò minùs litis conteſtatio eſt litis conte- 2687
ſtatio? quoties reus litem conteſtatus eſt, in cauſis, ubi
*judicatum præſtare non poteſt hæres*, v. c. in matrimonia-
libus & *ſimil.* In * ipsô ſcilicet principali non vergit ad 2688
effectum ultimum litis conteſtatio, (nam * *intermedios* 2689
nihilominùs ſortitur in Proceſſu, ſive civilium, ſive cri-
minalium cauſarum,) niſi ſecutâ *ſententiâ*. At verò *in
mortuum* ferri * *ſententia* capitalis non poteſt, quia de- 2690
lictum corporalis pœnæ per mortem penitùs exſtinguitur:
indeque * in hæredem quæſtio continuari nequit. Quòd 2691
ſi verò hæredem reſpiciamus, quando reus *condemnatus*
ſemel fuerit: jam finitâ quæſtione * ſ. accuſatione, ſi vel 2692
maximè reus ante executionem moriatur; tamen *bonorum
ratione* adverſus hæredes ſententia executioni dari poteſt.

Malim itaque non vellicaſſet *Auctor Mevium*, qui cerebrinis uti non indiget, ſolidâ doctrinâ munitus, veræque Jurisprudentiæ ſatis innutritus JCtus.

§. XXX.

EX QVASI CONTRACTU.] Sed undenam oria-
2693 tur * *condictio ob cauſam? ſuperiùs* expoſitum eſt. Nam
2694 trajicit *Auctor* variè actiones, ob * *methodum* ſuam malè
compactam, quâ nec omnes actiones, nec ordinatè, nec
aptè, nec ſinè luxatione, exhibere poteſt. Etenim hæc via,
quâ utitur, cùm cæteroquin methodus rei ipſi conformitatem debitam largiatur, faciem potiùs actionum plurium,
& dependentiam earum, protinùs corrumpit. Non etiam
2695 * *tacitâ promiſſione* niti cauſam hujus actionis, *ſuprà* vidi-
2696 mus; neque enim ex * *voluntate* ejus, qui rem accepit,
pendet obligatio: cùm perinde ſit, etiamſi *expreſsè* con-
2697 ventum eſſet, ut repetere liceret; & nihilominùs * con-
dictione hac experiendum ſit. *v. l. 9. pr. d. cond. cauſa data, l. 2. C. d. Cond. Ind.*

§. XXXI.

2698 EX QVASI CONTRACTU.] Sed nec hanc * *ex
quaſi contractu* dari, *ſuprà* oſtendimus.

2699 A NOBIS.] At verò hoc ipſum * neceſſum non eſt.
*l. 1. §. 3. ff. d. condict. ſinè cauſ. l. 30. pr. d. act. emt. vend.*
2700 Quodque * de *animadverſione* hîc dicit *Auctor*, & * de
2701 *tacitâ* obligatione: cerebrinum eſt.

2702 COINCIDIT.] Hoc etiam eſt falſum. Nam * li-
cèt *condictio hac concurrere* poſſit cum cæteris condictio-
nibus, quibus *cauſa ſubduci* poteſt: tamen *ſpeciales* illæ
2703 condictiones *efficaciores* * ſunt; nec poteſt dici v. c. ſolu-
tum

tum eſſe *ſine cauſâ*, quod *ex cauſâ erroneâ* ſolutum eſt,
* priusquam probetur, quòd indebitum fuerit: tunc verò 2704
nihil intereſt, dicere, jam ſine cauſâ iſtud apud alterum exi-
ſtere; cùm ſufficiat, ùt indebitè ſolutum id mihi reſtitui
oportere. Et ſic in cæteris. Quin & condictio hæc ſinè cau-
sâ * *ſubſidiaria* eſt, ubi cæteræ *deficiunt*; & * *ſpecialis* actio. 2705 2706
*l. 5. pr. h.* ibi: *quàm nullam fuiſſe.* & *l. 1. pr. h.* ibi: *ſinè cauſâ.*

§. XXXII.

CUM IPSO DEFUNCTO.] Sed & aliquando 2707
*futuri * hæredis quaſi negotium* gesſiſſe cenſebitur. *l. 14. §. 16. d. religioſ.* junct. *§. 7. & 11. d. l.*

§. XXXIII.

VERUS CONTRACTUS.] Exactè reſpondet *Ba-
chovio*, ùt ſolet, plenus conſiliò! Quamvis enim *Caupo* * 2708
diſertè promiſiſſet, res ſalvas eſſe; tamen non eò magis
actio ex *verò* contractu competeret: ùt jam antè notavit
Lauterbachius *Tr. Synopt. h. t. §. 21.* add. *l. 3. §. 1. nautæ caup. ſtabul.*

FERE DICI POSSIT.] Et quidni * diceretur? per 2709
*l. 1. §. 8. d. t.* ibi: *hoc ipſo*, quòd in navem *miſſæ ſunt, receptæ* videntur.

SINT CIVILES.] Jam modò expoſuit *Auctor* actio-
nem *funerariam?* anne ignorat hanc eſſe *Prætoriam?* 2710
vid. *l. 12. §. 2. d. religioſ.* Et anne ignorat ille, ipſam quo-
que actionem *N. Geſtorum multis* haberi * Prætoriam? 2711
vid. *l. 3. pr. & §. ſeqq. d. N. G.* ubi & *§. 3.* de *funerariâ?*
Nec enim * aliud ex *l. 1. pr. Commod.* inferri, ob ſingula- 2712
rem rationem actionis *N. Geſt.*, opinantur.

JUXTA QUOSDAM.] Ex ſcholâ obſcurorum! Quis
2713 unquam * *Conſtitutum* inter Contractus *veros*, & vel in-
2714 ter * *Contractûs*, retulit? Quidni ſocium dat conſtituto
2715 *Auctor* alium adhuc verum contractum Prætorium, * *Jus-*
2716 *jurandum*. Nec enim apparet, ubinam terrarum * cæte-
ri deliteſcant.

§. XXXIV.

2717 PENITUS CASU FATALI.] Quid ſi * *non penitùs*
caſu fatali?
2718 FURTO FAMILIÆ.] Imò ſi ab eâ * *damnum* datum
2719 vel *furtum* factum fuerit; ùt actio * concepta eſt. §. *f. Inſt.*
*d. obl. quæ quaſi ex del. naſc. l. f. ff. nautæ caup. ſtabul.*
2720 TUTIUS TAMEN SEMPER.] Si verò nemo * præ-
ter *cauponem* cum *miniſterio* adfuerit, pinguiori actione
eâ non periclitatur.

§. XXXV.

SIMILIS CONDITIONIS.] Facilè tranſigeret cum
*Auctore Lauterbachius*, ſi *Aurigæ* illi ſ. Vehicularii & Po-
ſtarum Magiſtri cum nautis, cauponibus & ſtabulariis *ſimi-*
2721 *lis* forent * *conditionis*; ùt quidem nautis ſimiles ſunt *lintra-*
2722 *rii* * & qui *rates* exercent, in *l. 1. §. f. naut. caup. ſtabul.*
2723 Cæterùm proba eſt doctrina *Lauterbachii*, quòd * nec *ver-*
*ba* nec *ſententia Edicti* de Receptis in Aurigas competant;
2724 indeque & jura * illius malè Aurigis illis applicentur.
2725 Oportet enim magnâ uti circumſpectione, ne ex hoc, *
quod *ſimile* habent Aurigæ cum Nautis illis, protinùs *to-*
*tam Edicti vim*, omninò gravem, Aurigis imponamus:
2726 cùm * tamen ſatis iis, qui cum illis negotium ſuſcipiunt,
per contractum *Locationis Conduct.* proſpectum ſit; ex
2727 quo ſi jura * idonea proſtent: utique noſtrum non eſt,

*Edictum*

*Edictum* tale, quod plura * *ſingularia* habet, in alios, cum- 2728
primis ſi eorum non par * per omnia ſit ratio, extendere. 2729
Equidem * nautæ rem cujusque *ſalvam fore* recipiunt: *l. 1.* 2730
*pr. l. 5. d. l.* adeò ut ſi vel immiſſa fuerit, *nec concredita*
*illis*, de eâ teneantur; & quidem de *periculô* * ejus, ſi modò 2731
prævideri aut quâ prudentiâ humanâ præveniri potuiſſet.
Hoc enim * *natura* illius obligationis poſtulat *d. l. 1. pr. §. 1.* 2732
*h. l. un. §. 4. Furti adv. naut. caup.* æquè ac *conductor*
* *legem* conductionis implere tenetur; licèt in *nullâ ejus* 2733
*culpâ* ſe *fundet* actor. Neque enim protinùs is, qui con-
venitur ex negotio, aliter, quàm ut *culpa* ejus arguatur,
propterea *de * caſu* convenitur: quanquam *recepti* obli- 2734
gatio rigidior ſit, quàm in aliis, qui * *cuſtodiam* rei alicu- 2735
jus, *licèt ſpecialiter*, in ſe receperunt. Quâ ratione cau-
po etiam de *furto* eorum, quos in domo habebat, tene- 2736
tur, quod * præcavere poterat; nec non *viatorum* * *cæ-* 2737
*terorum* factum præſtare, in rebus omnibus, *etſi * nomi-* 2738
*natim non receptis*. Quis itaque tam rigidè * *Aurigam* 2739
adſtringi diceret? maximè etiam actione de receptis ex
quaſi delicto * *in duplum*; & non potiùs eum relinqui con- 2740
tractui * *locationis*: quem ſanè, dum non *cauponariam*, 2741
nec terrâ nec mari, (nam * *nautæ* hîc non ſimpliciter *ve-* 2742
*cturæ* gratiâ edictô continentur, v. *l. 3. §. 1. h.*) exercent Au-
rigæ illi, (qui nec ſepimenta ſua eô modô, ùt cauponæ,
naves & ſtabula ſunt, ſed vecturam * inſtabilem, adituque 2743
facilem & patentem, habent,) omninò *iniiſſe unicè*, nec
*aliud negotium* * ſuſcepiſſe, videri poſſunt. Jam verò te- 2744
nentur Aurigæ de rebus *ſibi concreditis*; ſi quis * verò 2745
ipſe ſibi res ſuas ſervet, licèt ſecum eas Auriga habeat, de
iis omninò non tenetur; ùt quidem caupo non minùs de
eis obſtringitur, Deinde * probè & tutò rem collocare & 2746

firmare, nec non ei die noctuque attendere, ſi extrà
2747 ambitum * interiorem repoſita ſit, debet: nam quæ intrà
currum habentur, de eo quisque ſibimet proſpicere tene-
2748 tur. Quanquam ſi viator res pretioſas, * quas facilè in-
trà currum ſervare potuiſſet, extrà ambitum ejus, velut
in parte poſticâ, alligari paſſus eſſet: difficile ſit, ut non
aliqua ei negligentia rerum ſuarum imputari posſit; ſi
facilè potuerit contingere, ut inde, cumprimis noctu, ci-
2749 ſtula ſolveretur. Igitur ſatis * de *cuſtodiâ* tenetur Auri-
ga, qui & pro eâ *mercedem* accipit; indeque de *exactâ*
etiam *curâ: l. 40. l. 41. Locat. l. 13. §. 6. eod.* quin & *ex ne-
gligentiâ* eorum obſtringitur, quorum *miniſteriò* uti ſolet.
*l. 11. pr. l. 30. §. fin. eod. l. 27. §. 9. & 11. ad L. Aquil.* Quòd
2750 ſi verò * *viatorum* culpâ vel furtum vel damnum cuiquam
inferretur, eum nemo obſtrictum dicet: quem tamen
2251 obſtrictum haberi oporteret, ſi ex *edicto * de receptis* te-
neretur; maximè quòd ibi cauponâ vel ſtabulò, item na-
2752 vi, *conſtringere* poſſit omnes * *viatores* caupo vel nauta;
quod non poterit Auriga. Denique non eſt pericu-
lum, ut Auriga cum furibus * *colludat;* indeque in curru
2753 ſic adverſus ipſum proſpiciendum fuerit, ùt adverſus cau-
pones. Quare ſatis magnum *rigorem* protinùs in redden-
2754 do edicti * rationem deprehendit *JCtus* in *l. 1. §. 1.
naut. caup. ſtabul.*

§. XXXVI.

NECESSE EST.] Quid verò ſi neceſſe non fuerit
2755 * huic cauponi res ſuas credere? Quid vicisſim ſi Aurigæ
2756 res certas ad locum alium transvehendas credi * ne-
2757 cesſitas imperavit? Utique non in eô *edicti * ratio* poſita
eſt, quòd *neceſſe* ſit, cauponæ res ſuas immittere; nam ita
non

non apparet ratio, cur non etiam adverſus *quemlibet*, cui
* neceſſe habeo, & cumprimis *Aurigæ*, qui non me unà, 2758
ſed *tantùm res meas* transvehendas, conducit, concrede-
re quid rerum mearum, actione *de receptis* uti quam? Hoc
* verò non eſt *Leges* interpretari. v. *l. pen. ad exhib.* Et 2759
quid intereſt, ſive *aurigæ* * *res meas* locem transvehendas, 2760
ſive *me & res meas poſtarum famulis?* Quid etiam inter-
eſt, an auriga commeet die * *Mercurii* an *Jovis?* an habeat 2761
*inſigne* * *Poſtæ*, an profiteatur *operam quotidianam?* Utro- 2762
bique enim nullum eſt aliud negotium, quàm * *locatio;* & 2763
utrobique eadem requiritur ab utroque *diligentia.* Imò
vel *major* * *in Aurigâ aliô* ſollicitudo, cui non adeſt ſimul 2264
mercium concreditarum *Dominus*, ut ipſe eis attendere
poſſit. Et quid ſi Poſtarum famulo ſolùm * *res meas* trans- 2765
vehendas credam: an ille majorem mihi diligentiam præ-
ſtare tenetur, quàm ex *locatô conductô?* Si modò talem
adhibuerit, qualem *aurigæ* in rebus transvehendis præſta-
re, ex * *naturâ negotii*, tenentur. Nam * hi in itinere 2766
cuſtodiunt currûs ſuos & vehicula, & in diverſoriis ipſi 2767
*fruuntur jure recepti.* Non etiam eſt diſcrimen * inter 2768
*Aurigam* & *Piſcatorem*, qui navim mihi & operam, trans-
ferendis rebus meis, *locat;* quoniam *frequentia* locationis
nil confert negotio: nec propterea qui * exercet vecturam 2769
curru, nec hoſpites, ùt in domô, ſicut exercitor in navi,
recipit, *exercitor* haberi poteſt talis, ùt eſt caupo, nauta,
ſtabularius. Neque enim * nauta ratione rerum homi- 2770
numque *perferendorum* in Edicto ſpectatur; ſed ratione
diverſorii & *commorationis* ſæpè diuturnioris, mixtâ viato-
ribus ſ. vectotibus totâ ſuâ familiâ. Et quidni *Auctor*
* actionem *ex quaſi delicto* vult competere in *Poſtarum* 2771
*Magiſtrum?* Sanè ſi verba & mens *Edicti*, quô actio ex
quaſi

quaſi contractu prodita eſt, adeò exactè in eum congruunt:
oportet utique, ut in eundem quoque actio ex quaſi de-
licto competat. Et tamen dicit *Auctor*: non quæritur
2772 * hîc de *pœnali* actione ex quaſi delicto; ſed de *civili*, in
quâ nihil odioſi occurrit. Nimirum ille ait, ſententiam
2773 *edicti* * competere in Poſtarum Magiſtros, ſeu Aurigas il-
los ſtatarios: & tamen non vult ad eos *remedia edicti* per-
2774 tinere. Quòd ſi non eadem * neceſſitas adverſus ejus-
modi Aurigas eſt, viatoribus proſpiciendi, vel potiùs non
2775 eadem * ratio, nec eadem ipſorum * conditio: tunc ne
2776 quidem adeò duriter, ex nudâ rerum illatione, & ad alia, quæ
non minùs in actione ex quaſi contractu rigida ſunt, ad-
ſtringi poſſunt; aut verò oportet, ut etiam in eos actio
2777 ex quaſi delicto detur: eò * magis, quòd *favorem* nullum
mereantur, ſi improbos in miniſteriô ſuô famulos habeant:
2778 nec tam *dura* * ſit hæc actio ex quaſi delicto, ratione *cau-
ſæ ſuæ*, uti quidem eſt actio illa *ex quaſi contractu*; quic-
quid ſit, quòd ratione *quanti* in *duplum* competat.
2779 SIMILIS CAUSA.] Quoniam * cauponi & magiſtro
navis, ideò damus *furti* actionem, quia periculum rerum
ad eos pertinet; eisque ſimilis eſt, qui *epiſtolam* pro mer-
cede transferendam accepit, quæ ipſi furtô ablata eſt: *Ergò*
datur *in Aurigam*, qui res aliò perferendas accepit, æquè
2780 ac in cauponem & magiſtrum navis * actio de receptis?
Bonum argumentum!
EODEM LOCO.] Nautæ & Aurigæ *Jure Lübecenſi*,
2781 ſi res ſibi concreditas abnegant, *ut fures* * puniuntur.
*Ergò* Auriga æquè ac Magiſter, qui navim exercet, tene-
2782 tur * actione de receptis? Mirum, quòd non *ſtatutô Lü-
becenſi* ſententiam ſuam approbatam ſcribat *Auctor*!

§. XXXVII.

§. XXXVII.

EX RECEPTO TENERI.] Si quis in unò altero-
vè * *ſimilitudinem* inter *recipientes res aliorum*, & caupo- 2783
nes, quatenus hi etiam *de periculo*, præter vim majorem,
tenentur, *inveniri* dixerit, nemo repugnabit; ſed ex hoc
non ſequitur: *Ergò* ad iſtam præſtationem, & multò mi-
nùs ad reliquas *omnes*, citrà pactum, ex naturâ *ſimplici re-
ceptionis*, Auriga *ex edicto* de *receptis* tenebitur. v. Rich-
terum * *cit. l.* qui totam *deciſionem* in *Locatione* & *Con-* 2784
*ductione* fundat: inque *pactò*, quô Auriga periculum, &, ùt
ibi dicitur, *per modum* * *aſſecurationis*, in ſe recepit: de 2785
quô in *præjudicio* ait: quòd *in hoc paſſu* Auriga nautæ* 2786
comparari poſſit: quin imò inſuper *Auriga* ipſe * *Caupo* 2787
quidam *fuerat*. Nec de eô quæritur, an *Magiſter Poſta-
rum* * ad *curandas* res *receptas* & earum nomine teneatur; 2788
ſed an ad hoc teneatur * actione *de Receptis*. Quin & *En-* 2789
*gelbrechtus*, optimus *JCtus*, ad viatores ſimpliciter reſpi-
cit, ſive terrâ ſive mari commeent, ut ipſorum ſecuritati
proſpiciatur; quos tamen *navi* aut *cauponâ*, (non curru,)
*receptos* eſſe oportet. Nec dubium eſt, * *Rhedarium*, qui 2790
non attendit ad ciſtam ſibi concreditam, ut abſcindi potue-
rit, æquè ùt Aurigam, qui in vehendô vel in diverſoriô
res ſibi commiſſas non ſummâ diligentiâ cuſtodierit, (ma-
ximè quòd pro cuſtodiâ mercedem accipiat, & periculum
ſ. *casûs* etiam, qui *provideri* poſſunt, in ſe recipere cen-
ſeatur,) de amiſsâ ejusmodi ciſtâ vel rebus aliis teneri; ſed
ad hoc actor actione *ex Edicto* de *receptis* non indiget;
verùm ſatis actione *ex* * *Locato conducto* ſibi conſulere 2791
poteſt. Quicquid ſit de * *contradicto Judicio*, quod uti- 2792
que rationem Juris immutare nequit; multòque minùs

præjudicare vel partibus aliis, vel aliis Tribunalibus. Ne-
2793 que etiam * *judicati* par eſt ratio cum contradicto judi-
ciô, quô ſuper factô introductæ conſuetudinis, in eô loco
diſceptatum eſt; *l. 34. d. LL.* ut perperam res judicata
*contradictum* appelletur *judicium.*

§. XXXIX.

2794 AFFIRMAT HOC ULPIANUS.] Minimè verò *
id affirmat; ſiquidem non collocat ille rationem liberatio-
nis in nautæ proteſtatione, ſed in *conſenſu* ipſorum vecto-
2795 rum. Quid igitur * *Ulpianum* redarguit, quaſi ille gene-
raliter proteſtationem nautæ admiſerit; qui tamen illam
nullâ ex parte admittit.

2796 TUNC STATUR PROTESTATIONI.] Neque ſic*
ſtandum eſt Cauponis proteſtationi. Nam ſi foret *in arbi-
triô Cauponum*, priusquam recipiant hoſpites, ſemet ab
obligatione illâ legali *per proteſtationem eximere:* ſemper
2797 illi proteſtarentur, & * vel abigerent viatores, vel *Edictum
2798 Prætoris* eluderent. Quin imò *Ulpianus* * non admiſit,
ut *h. c.* conſenſus viatorum, quos aliter recipere non vult
Caupo, conſideraretur. Utique enim Caupo, ùt ad re-
2799 cipiendum * tenetur: ita etiam ſecuritatem illis, * quan-
2800 tum in ſe eſt, præſtare, ipsâ non minùs *profeſſione ſuâ*, ob-
ſtringitur.

2801 PRÆDIXERIT.] Imò hoc inde * non apparet. Nam
*vox illa* reſpicit *cauſam actionis*, ut illam *antevertat*
Caupo; priusquam ſcilicet quid eveniat, ex quo teneri
2802 poſſet. Nec magis eſt * *res integra*, ſi necdum receperit
viatores, quàm poſtquam eos admiſerit: ſiquidem *priori
caſu* eôdem modô eos admittere, atque admisſis ſecurita-
tem rerum ſuarum præſtare tenetur. Quòd ſi enim *vim*
ipſe

ipſe * *prævideat*, quam avertere non poteſt, de eâ *ne quidem obſtringitur;* quamvis ſuper eâ *proteſtatus* non fuiſſet. 2803

REQUISITUM NECESSARIUM.] Et tamen * in 2804
hoc omnem *rationem decidendi* collocat *Ulpianus:* eò quòd proteſtationi nil tribuat, ſed *conſenſum* vectorum reſpiciendum velit; quod & *ratio* jubet: indeque * nullatenus, 2805
*ipſis* quoque *verbis* & *nexu* eorum *repugnantibus*, quod de conſenſu habet, *ad ſupplementum casûs* pertinet: vel potius ad *momentum* in caſu, quod totam *rationem decidendi*, quoad liberationem cauponis, producit.

IPSO FACTO.] Quamvis autem *Ulpianus* de *illô caſu* non loquatur. Tamen verum eſt, viatores * neutri *pro-* 2806
*teſtationi*, ſive *ante* receptionem illa fiat, ſive *poſt* receptionem edatur, acquieſcere teneri; ſed utrobique cauponi *contradicere* poſſe. Quòd ſi tamen * ſpontè de jure ſuô 2807
remittant, & vel expreſsè vel tacitè conditionem illam receptionis, ſive inſtantis ſive factæ, approbâſſent: ita eſt, quod ſibi ipſis imputent. Unde ſi cùm contradicat viator, & in eô * acquieſcat caupo: tunc eò minùs deinde ad pro- 2808
teſtationem ſuam provocare poterit. Non recipimus etiam diſtinctionem *Duareni*, inter *quaſi contractum* & *quaſi delictum;* ut in actione ex quaſi contractu ſolùm ſufficiat illa prædictio; etiamſi viatores non aſſenſerint: eò quòd caupo *faciliùs* teneatur *ex delicto;* cùm viatoribus ſecuritatem multò magis à familiâ ſuâ præſtare debeat. Nam licèt *tx.* in *l. ult. h.* ſolùm de nautis, & de actione ex quaſi delictô, agat; tamen eadem ex *paritate rationis*, promiſcuè accipitur.

NON OBLIGARI POSSIM INVITUS.] Imò, poſitô quòd * *Cauponariam* exerceat, tenetur *invitus* quo- 2809

que recipere viatores; & *eô modô*, quô Prætor *in Edicto*
ipſos recipi voluit: adeò ut Caupo ſuâ voluntate amoliri
à ſe obligationem ex receptô non poſſit: verùm tota
2810 ejus liberatio in voluntario conſenſu & * renunciatione
juris ſui, penes viatores, poſita ſit.

## AD
# MEMBRUM X.
## *De*
## *Actionibus ex facto illicito reſultantibus.*

§. I.

2811 VINDICTÆ CIVILIS.] Nec tamen * ſolùm ille actio-
nes ex delicto *pœnales* pertractat. An ergò etiam
2812 *condictio furti* & aliæ rei perſecutoriæ *ad * vindictam* ten-
dunt: an & *mixtæ* omni ex parte?

IPSI ACTORI.] Ergonè quando ex delicto priva-
2813 to * *criminaliter*, quanquam *per accuſationem*, experimur,
illa non eſt *ex delicto?* Veluti *furti*, *injuriarum?* Eſt ſanè:
2814 niſi quòd naturam * *criminis*, quoad *objectum* & *formam*,
induat.

§. II.

EX CONSENSU.] Imò falſa eſt hæc ſententia; &
2815 contrà * *pr. Inſt. d. Obl. quæ ex del. naſc.* §. *1. Inſt. d. injur.*
2816 & *txx. ſim.* Nec enim * *conſenſu* & intentione ſuâ delin-
2817 quens læſo tenetur; ſed * *invitus* etiam, ipſô * *factô*,
2818 ex

ex ratione * æquitatis. *l. 51. §. 2. verſ. Quòd ſi quis. ad L. Aquil.* 2819

SOLIUS FACTI ILLICITI.] Malè infertur * ex 2820
conſenſu delinquentis ſeu *voluntate in delictum*, & quô
*delictum conſtituitur*, ad conſenſum, quô delinquens ſe * 2821
*ad pœnam* vel actionem ex delictô *obſtringit*. Quamvis
enim delictô, quod per conſenſum patrat, læſo teneatur;
unde eidem non poteſt teneri * *furioſus*, quippe qui non 2822
delinquit. Tamen quòd * eôdem *conſenſu, quô delinquit*, 2823
etiam ſe *in pœnam obſtringat* læſo, non apparet: *delictô*
* *voluntariô*, ſed *non* * *voluntate*, eidem ſe obſtringit: 2824
vid. Franzk. *Exerc. 12. qu. 1.* Cæterùm non eſt *factum* 2825
* *illicitum*, quod facit *furioſus*, quia nulla facto ineſt 2826
* *moralitas*. Ergò fruſtrà de illius * *pœnâ* quæreretur. 2827 2828

§. III.

COMMODATARIUS, CONDUCTOR.] Quamvis autem * *Creditori pignoratitio* detur, qui verè * poſ- 2829 2830
ſidet, cùmque ejus *magis* * *interſit*, *condictio* * *incerti*, ad 2831
*poſſeſſionem* recipiendam. *d. l. 22. pr. d. pignor. act. & l. 12.* 2832
*§. f. d. condict. furt.* qui *textus* præcipuus eſt. Tamen
condictio furtiva non datur * *commodatario*, *conductori*, 2833
*depoſitario. l. 14. §. 16. d. furt. j. d. l. 12. §. f.* Nec diverſum
pro *Auctore* probat * *l. fin. §. 3. C. d. furt.* Nam ibi *rem* 2834
perſecutus eſſe videtur Dominus per condictionem; *pœnam* verò commodatarius per actionem furti. Cur verò
*Commodatario* * *actio furti* concedatur? poſtquam rem 2835
per condictionem obtinuit Dominus, ejus *ratio* in
*fine d. §. 3.* redditur: videlicet *adbuc ejus* * *intereſſe* 2836
videri poteſt, quòd non tantùm damno expoſitus eſſe
debeat.

§. IV.

NON PLENAM PROBATIONEM.] Et quid *pro-*
2837 *baret dominium?* cùm actio hæc non ſit * *ex dominio;* &
2838 Domino * *præter naturam condictionum, certi* nempe,
competat. v. Bachov. *IV. d. Act. th. 23.*
2839 SI COMMODATARIUS.] Et tamen * in §. *præce-*
*denti*, quanquam malè, ſtatuit, commodatario compete-
re condictionem furtivam. Quid itaque repelleret fur
2840 actorem * *exceptione* Tibi non competit actio? Nil pro-
2841 bat pro ſe *Auctor* ex * *l. 14. §. 16. d. furt.* niſi quòd nunc
2842 * *concedat* neceſſe eſt, *commodatario condictionem* furti-
vam *non competere.*
2843 AN ACTIONE FURTI.] Jam illabitur * in *actio-*
2844 *nem furti*, cùm modò verſetur in comparatione * *condi-*
2845 *ctionis furtivæ* cum *rei vindicatione*. Sanè quoad * *com-*
*modatarium* nil intereſſet: nam ille utrâque actione poſ-
2846 ſet experiri, ſecundùm *Auctorem.* Sed, ùt videtur, * Ille
incidit hîc in *Scriptorem*, qui commodatario condictio-
nem furtivam denegat; quod & *ex ſeqq.* colligitur, ubi
*creditori ſolùm* largitur condictionem illam, ſed *in-*
*certi.*
2847 QVÆ OMNIA.] Datur tamen tunc quoque * *Vin-*
*dicatio*, ſi fortè *dolò malò* poſſidere deſiit; tantùm ſi *per-*
*emta* ſit *caſu*, non datur.
CONDICTIONEM DARI EX L. XXXII. D. R. C.]
2848 Sed hoc fieri non * poſſe, *ſuperiùs* oſtenſum eſt.

§. V.

2849 FORI SAXONICI.] Imò non hæc eſt ſententia * *Ju-*
2850 *ris* nec * *Fori Saxonici;* ſed ſolùm ad * *Electorales* Conſti-
2851 tutio-

tutiones, & *Forum Electorale Saxonicum* pertinet. Nam *jus Saxonicum* ſcilicet *commune illud* nullibi in hac parte * Jus Civile correxit. v. Pingiz. *Qu. 49. n. 39. ſeqq.* Finckelth. *Obſ. 59.* Richter. 2. *Dec. 96. n. 154. ap.* Struv. *Synt. J. Civ. d. Furtis,* §. 22. 2852

SI FUR LAQVEO PUNITUS SIT.] Quin & ſi laqueo * non punitus ſit, ſed *fuſtigatione*, aut cùm ordinaria 2853
pœna *in* * *carcerem* mutata, & ipſe in eô *mortuus* 2854
fuerit.

MAGIS THEORETICA.] Quid verò ſi pœna * *mortis* ei dictata fuerit, & dum de evitandâ eâ *per reparationem* agitur, ante executionem ſupplicii in carcere *moriatur* & facultatibus polleat, hæredesvè habeat idoneos? 2855
Quid ſi * *fuſtigatus* fuerit, & dehinc ad bona idonea pervenerit? an ita * *theoretica* eſt hæc *quæſtio?* 2856 2857

§. VI.

DUPLI VEL QVADRUPLI.] Sed hæc diſpoſitio protinùs initiò * *in uſum* deducta non eſt. vid. Carpzov. *q. 78. n. 8.* Leuvv. *Cenſ. For. V. 29. 3.* 2858

§. VII.

QVASI DOMINAM.] At verò hæc ratio, quam *Nerva* & *Casſius* tenebant, * rejecta eſt in *l. 1. ff. rer. amot.* ubi quòd *furtum* quidem reverà ſit, *add. l. 21. §. 5. b.* ſed tantùm *furti actio* non detur; ùt in §. *12. Inſt. d. Obl. quæ ex del. naſc.* 2859

QVÆ ET CONDICTIO CERTI DICITUR.] Et tamen hæc apertè * in *d. l. 17. §. 2.* à *rerum amotarum* actione diſtinguitur; adeò ut non ipſa ſit actio illa, 2860
ſed eidem * *affinis;* quicquid ſit quòd actio rerum amotarum 2861

2862 tarum non minùs ſit * *condictio:* quod rectiùs *adv. A. Fa-*
2863 *brum* aſſeritur, juxta * *l. 26. h.*

§. VIII.

2864 CONDICTIO EX JURE GENTIUM.] Hoc * ve-
2865 rò non eſt *nomen actionis*, ſed * *cauſa* ſimul *remota* ejus
2866 exprimitur, ſeu generalis æquitas, & * *naturale jus* eôdem
2867 ſignificatu. Non alia eſt condictio, de quâ in * *l. 6. §. 5.*
*in fin. rer. amot.* nempe *condictio ſinè causâ civilis:* cùm
2868 nulla actio ſit * *immediatè ex Jure Gentium.*

2869 HOC CASU.] Sed falſum eſt, ibi * *condictionem*
2870 illam intelligi; nec enim illa eſt * de *damno* dato, nec
2871 * *in factum* actio. Quin potiùs *Imperatores*, cùm ad facti
ſpeciem *Serenus* actionem quandam *pœnalem* aut *famo-*
2872 *ſam* intendiſſet, reſcribunt, talem * *conſtante matrimonio*
2873 locum non habere; ſed de *damno* * directam in id factum
2874 dandam eſſe actionem, quæ vel * *Legis Aquiliæ* eſſe poterit,
2875 *l. 27. §. 30. ad L. Aquil.* Secùs, & ſi * rerum amotarum
facto congruiſſet, *Impp.* in *rerum amotarum* actione
potuiſſent ſubſiſtere.

§. IX.

EXPILATÆ HÆREDITATIS ACTIO.] Aſt hoc
2876 eſt *contrà* * *expreſſum textum l. 4. C. de crimine expil. hæ-*
*redit.* (junct. *l. 17. C. d. furtis.*) ubi prohibentur *ſucceſſo-*
*res mariti*, ex cujus hæreditate quid vidua ſurripuit, ean-
2877 dem *expilatæ hæreditatis* accuſare: additâ * *ratione*, & ſup-
2878 peditatis *actionibus* * *aliis.*
2879 OB QVAM CAUSAM.] Imò * *Carpzovius* ad illum
2880 *textum*, quippe qui ab eô caſu * *alienus* eſt, non re-
ſpexit.

INSTAN-

INSTANTE MORTE.] Egregia verò * conciliatio! 2881
quando in *l. pen.* dicitur, *uxorem* expilatæ hæreditatis non
teneri; & in *l. 3. pr. rer. amot.* dicitur, quòd ſolutô ma-
trimoniô *furti*, ( & cur non pari ratione * *expilatæ hære-* 2882
*ditatis*,) teneatur: ſi cum *Strykio* quis dicat, in *l. pen.* ad-
huc eſſe *durans matrimonium*, (ùt ſanè eſt, nam de *uxore*
ibi loquitur *JCtus*,) ſed ſubtraxiſſe uxorem *res mariti, in-*
*ſtante morte.* Quomodo verò eſſe poteſt * *hæreditas* ma- 2883
riti, dum *ille vivit?* & quomodo poteſt quæri, an uxor te-
neatur *expilatæ hæreditatis*, quando *marito vivente* quid
ex bonis ejus, quæ * necdum ſunt hæreditas, ſubtrahit? 2884
Mirabile * crimen *expilatæ hæreditatis!* Ut verò intelli- 2885
gat *Strykius Legem pen. ff. de crim. expil. hæred.* *Textus*
ille loquitur de caſu, * ubi viro *hæreditas extranei* alicu- 2886
jus, ſeu *tertii*, delata eſt, quam uxor *expilavit*: de hoc re-
ſpondet *JCtus*, quòd vir uxorem ſuam eapropter *expila-*
*tæ hæreditatis* accuſare non poſſit. Cæterùm in *art.* * *165.* 2887
quoad *conjuges*, non agitur de crimine *expilatæ hæredita-*
*tis*; ſed de *actione rerum amotarum*: & ſolùm *expilato-*
*ribus aliis* ibi junguntur hactenùs, ſi vel hi vel iſti ſurreptio-
nem rerum non dolô malô, ſed * ex *imprudentiâ* vel *pe-* 2888
*tulantiâ* fecerint, quòd ſuper circumſtantiis facti *pruden-*
*tes juris conſuli*, neque ex officio inquiri aut puniri, ſed
*partium querelæ* expectari, debeant.

POTERIT TAMEN COGI.] Sed * *quânam actione* 2889
poteſt cogi, ut juret? Sufficit *Auctori*, quòd poſſit *cogi.*
Quaſi velit remedium juramenti dari, fortasſis per * *im-* 2890
*plorationem officii Judicis*, quamvis actio aliqua deficeret.
v. de * actionibus *d. l. 4. & l. 17. Cod.* 2891

§. X.

REVERA FURTUM SUBEST.] Imò *furtum* * re- 2892
verà

2893 verà non ſubeſt, ùt *ipſe* protinùs largitur *Auctor:* nec quæ-
2894 libet *ablatio*, niſi latè & vulgari ſenſu,* furtum eſt. v. *l. 12.
C. ex quibus cc. infam. irrog.*

2895 PRO SUO INTERESSE.] Simul * tamen & *civili
actione* uti, & *extrà ordinem crimen* perſequi, non poteſt.
*l. 3. h.*

2896 AD EXTRAORDINARIAM VINDICTAM.] Sed
2897 &* *tit. expil. hæredit.* & crimina omnia * *extraordinaria.*

§. XI.

2898 ET ILLI.] Imò non tantùm ei eſt Jus agendi * *prin-*
2899 *cipaliter*, ſed * *ſoli* & *cum excluſione aliorum*: & tum de-
2900 mum hi admittentur, * *ſi nemo erit, ad quem pertineat;
ſive agere nolet;* ùt verba *Edicti* habent. *l. 3. pr. d. ſe-
pulchr. viol.*

AGENDI JUS EST.] Quaſi verò hac ratione, eô-
2901 que caſu, deſinat eſſe * *popularis?* cùm tamen *ſimpliciter*
2902 * ad populares referatur: *l. 3. §. fin. h.* eaque ſit * *natura*
2903 actionum popularium, ut in eis ille *præferatur*, cujus *ma-
ximè intereſt. l. 3. §. 1. d. popul. act. & l. 3. §. 7. & 12. de
lib. hom. exhib.* Neque etiam ad *intereſſe* huic datur actio,
quippe quæ *pœnalis* eſt: *l. 6. l. 10. h.* ſed pœna ad id ſolùm
exigitur. *l. 3. §. 8. eod.*

2904 RELINQVATUR.] Equidem * *damnum & injuriam*
per violationem hanc ſibi illatã nemo negliget: quibus per-
ſequendis *ordinariæ* quoque *actiones* adhibentur. *v. l. 9. d. ſep.
viol. d. l. 6. l. 10.* ſed & *l. 2. de ſepulchr. viol.* Et tamen inſu-
2905 per *hæc actio*, * ùt olim, (æſtimandã *pœnâ*, etiam ultrà C.
2906 aureos, ſec. *l. 3. §. 8. eod.*) locum habebit, etiamſi * *ex
officio* Magiſtratus in crimen hoc *inquirat*, idque puniat.
2907 Nam & *hodiè* datur * *injuriarum* pœnalis actio, quin &
dan-

dantur *pœnales* * aliæ, & nihilominùs *Magiſtratus gravio-* 2908
*ris* non modò, ſed & *leviorum*, *vindictam* ſibi ſumit. Quòd ſi
igitur non tota actionum * *populariũ* ſeries extincta dici de- 2909
bet: ſaltim quoad hos, quorum in actionibus illis* inter- 2910
eſt; (quicquid ſit de actoribus *aliis* * *de populo*, in quorum 2911
locum faciliùs ſucceſſiſſe ampliationem * *inquiſitionum* 2912
hodiernarum, concedi poteſt; cùm ſuper eodem crimine
ſimul *accuſationem* aliàs etiam, & *unà inquiſitionem*, nemo
ſubire ac pati teneatur: quâ ratione & reſpectu quoque
agnoſcere licet eorum ſententiam, qui hodiè actiones *po-
pulares ſublatas* volunt: ùt modò ſunt plerique *exterorum*,
ſed & ex *Noſtratibus* plures.) Utique hoc pacto neceſſum
fuerit, ut illis, ad quos violatio ſepulchri *pertinet*, etiamnum
*actio* illa *popularis* competat; quæ & aliàs, * non tam *ra-* 2913
*tione formæ*, nec *objecti primarii*, ſed ſolùm ratione * *ex-* 2914
*tenſi*, (ad *populi* quemlibet,) *ſubjecti agentis*, & ratione
hujus quoad *finem*, (cùm & aliàs finis ad hos, quorum
maximè intereſt, pertineat,) *populares* * dicuntur: & *fo-* 2915
*renſia* magis, ùt *Cujacius* loquitur, quàm *criminalia* ſunt.
Saltim uti licet actione hàc *ſepulchri violati*, etſi *Magiſtra-
tus* ex *officiò* id crimen puniat.

§. XII.

VICINUM.] Sanè nil * furti eſt in *bonæ fidei poſſeſ-* 2916
*ſore*; qui nec * *furti actione* conveniri, ne quidem *in du-* 2917
*plum* poteſt: & qui licèt actione *de tignô junctô* teneatur,
non tamen * *famoſus* fieri poteſt, ùt per *actionem furti* 2918
fieret. Quid quòd etiam adverſus *furem* * *jungentem*, 2919
non modò *ex furtô* actionem dandam velint, ſed & hanc
*de tignô junctô*, * ob *junctionem*. per *l. 2. pr. §. 1. d. priv. de* 2920
*lict. junct. l. 56. d. furt.*

SPECIALITER ERGO.] Malè infert *Auctor*: Quo-
niam in *malâ fide* jungente omnia *furti* requiſita adſunt,
2921 & *actio furti* adverſus talem inſtitui poteſt. Hinc * *ſpe-
cialiter* adverſus talem actio *de tigno junctо* introducta
eſt.

IN FACTUM ACTIO.] Sed hoc utique probare
2922 *Auctor* non poteſt * *ex l. 63. d. donat. int. vir. & ux.* quin
2923 potiùs debebat allegâſſe * *l. 98. §. ult. in fin. d. ſolut.* Ne-
que enim *d. l. 63.* agit de actione in factum ad pretium;
2924 ſed * de *rei vindicatione*, eâque ſuſpendendâ usque in tem-
pus ſolutionis.

2925 CONDICTIONI FURTIVÆ.] Quaſi verò non *
*ſtante adhuc ædificiô* poſſit agi adverſus malæ fidei poſſeſ-
2926 ſorem etiam actione * *ad exhibendum*? cùm dolô fecerit,
2927 quòd exhibere non poſſit, nec non * *rei vindicatione*:
2928 quam * in rem non modò ſunt *txx. plures*, aliis malæ fidei
poſſeſſoribus, qui dolô poſſidere deſierunt, *communes*; ſed
2929 & * *l. 2. ff. h.* ubi ne quidem dubitat *Ulpianus*, *extrinſecùs*,
ſeu præter actionem de tignô junctô, eſſe *vindicationem*;
2930 de * cujus *ſuſpenſione* in eô caſu m. f. jungentis nil ipſe
monet, nec ſalvâ juris ratione monere potuit. junge *l. 1.
praced.* §. *ult.* ubi idem de *ad exhib.* actione.

§. XIII.

2931 ACTIO IN DUPLUM.] At verò in id * *nulla*
2932 eſt, ne quidem *criminalis*, comparata *actio*: ſed *à* * *Magi-
ſtratu ex officio* cogitur, ut ejus rei *duplum* ærario inferat.
*d. l. 52. pr. d. contr. emt.*

2933 DE TIGNO JUNCTO.] Et tamen * ad actionem
*de tigno juncto* nequaquam pertinet; verùm ad actionem

*ex

* *ex teſtamento*, pro conſequendâ æſtimatione *rei legatæ*, 2934
quæ dolô culpâve hæredis extincta eſt.

§. XIV.

ACTIO L. AQVILIÆ.] Quæ tamen * non ſolùm 2935
*eô caſu* datur *arborum radicitus evulſarum:* (ubi non datur *arbor. cæſ.* actio.) *l. 7. §. 2. h.* ſed & *cæteris*, quæ *edictô* hoc continentur; *l. 1. l. 11. l. 5. §. 1. arb. furt. cæſar.* junct. *l. 41. pr. d. O. & A.* quod & *inferiùs Auctor* habet: Interea * utilior eſt actio *L. Aquiliæ*, imò *ſola* eſt, in caſi- 2936
bus circà *arbores*, ad quas illa cæſio non pertinet. Sic &
* ob *culpam* ſola poteſt actio *Legis Aquiliæ* dari; ſed non 2937
arborum furtim cæſarum.

§. XV.

L. II. FF. H.] Nil ejus * in iſtâ *Lege*, ſed in *l. 3.* 2938
*§. 2. eod.*

DE NECESSITATE.] Imò * dicitur, *tanquam* latro- 2939
nes puniri. Idque ad *frugiferas arbores* reſtringitur: quod, cùm ipſa *graſſatorum* & latronum pœna *communi jure*, ſi non homo *enecetur*, (eſt enim amplior *latronum* appellatio: qui nempe itinera infeſtant: *Nov. 134. c. 13.*) gravis quidem, ſed *arbitraria* ſit, nil iniqui habet. v. *Jul.* Clar. *V. §. f. ſentent. qu. 68.* verſ. *vaſtatores.* & Farinac. *qq. var. 20. n. 113.*

ETIAM A POENA FURTI.] Et * quomodo is pœ- 2940
nâ *furti* teneretur? qui nil aufert. Neque enim, quod
*furtim* * vel clam fit, furtum eſt protinùs. *l. 7. l. 8.* 2941
*§. 1. h.*

SATIS LEVIS EST.] Et tamen * pro circumſtantiis 2942
etiam *carcere*, *relegatione*, imò *fuſtigatione* puniuntur hi, qui

qui *cædunt* arbores, Jure *El. Saxonicô.* (*P. 4. Conſt. El. 37.* Carpz. *2. qq. cr. 83. n. 7. & 19.*) quin & *extrà Electoratum* in Provinciis *Saxonicis reliquis.*

§. XVI.

QVARE MITIUS PUNIENDUS.] Nolim Ille, te-
2943 merarius Interpres, prudentisſimos *Conſtitutionis* Caro-*
*linæ*, in *art. 168. Ord. Crim.* Auctores redarguat! Nam illi
ſanè non agunt *in verſ. Welcher aber.* de arboribus *abla-*
2944 *tis;* ſed de * *cæſis: Welcher aber in eines andern Holz,*
*hälinger und verbotener Weiſe bauet, &c.* Hunc ſanè
2945 * ùt *furem* puniri non poſſe, omnes vident. Vident etiam
2946 omnes, eſſe * *mitiùs* puniendum, quàm ſi unà arbores &
2947 ligna *auferret.* Et tamen nec de * *pœna* mitiori, nec de
2948 acerbiori, Carolus V. quicquam habet; ſed ſolùm *ad* ſta-*
2949 *tuta* cujusque *Provinciæ locique* remittit: ſicubi tale quid*
præter ſ. contrà *Jus Romanum* aliquod reperiretur; ùt qui-
dem reperitur *in Saxoniâ,* & in re vel maximè *frequenti,*
2950 * in locis *pluribus aliis.* In quô tamen univerſim monet,
2951 quòd ubique* *circumſtantiarum* ratio etiam haberi debeat
(*nach Rath,*) cùm non utique unà hìc & ſimplici defini-
tione defungi queamus.
2952 ILLASQVE AUFERENDO.] Temerè hoc ipſum *
infert *Auctor* ἀπρεσνόητος *Conſtitutioni Cæſareæ.*
2953 CONSTARE POSSIT.] Et ſi conſtet, adeſt **corpus*
*delicti,* & adeſt *factum;* quod non aderat in factis *à Carpzo-*
*vio* ſuppoſitis. Num itaque ille plus ſapit *Carpzovio?*
MORES REGIONIS.] Hi videlicet, quando pœ-
2954 nam *definierunt,* non habebunt pœnam *ordinariam?* an
2955 verò *Carolus V.* intelligit * *mores peccandi,* vel licentiam
ligna cædendi? quod *Auctori* videtur; dum inde excuſa-
tionem

tionem peccanti tribuit. Quid verò *Carolus* de moribus
peccantium? in *d. art. 168.* ibi: *Soll* geſtrafft werden nach* 2956
*Gewohnheit jeden Lands und Orths.*

§. XVII.

IPSI.] *Pupillo* abeſt, ſive ei *qui pupillus fuerat*: *l. 9.* §. *4. d. rat. diſtr.*

UTILEM DARI.] Quam * vix probant *l. 3. C. ar-* 2957
*bitr. tut.* & *rubr. ff. d. tut. & rat. diſtrab.* in actione ſcil. * 2958
*pœnali*, & ubi * citiùs fraudari pupillus poteſt. 2959

MERITO CORRECTUM EST.] Et tamen non *ea-* 2960
*dem* pœna ſimpliciter, quæ cuilibet *furi alii*, v. Carpz. *d. l. n. 26. ſeqq.* ne quidem *Saxonicô Electorali Jure*, dictatur; quin ubique reſpicitur ad rationem, ad quam *Jus Roma-*
*num d. l. 55. d. admin. tut.* & *alibi*, reflectit. Quare * nulla 2961
utique hic eſt *Juris communis correctio*. Neque adminiſtratores illi, *ùt fures* propriè, ſed ob *perfidiam* magis, puniuntur, juxta tramites *d. l. 55.* §. *1. l. 9.* §. *2. ad L. Jul. pecul.*

§. XVIII.

JURE NOSTRO.] At verò nec * *Jure* noſtrô nec 2962
* *ratione* ullâ ad furtum, ùt in *Forô* habetur, referri id 2963
poteſt: niſi * quòd aliter *Auctor* connectere ſuas actiones, 2964
earumque ſarcinam, nequiverit.

FORTUNÆ.] Vel *mixtô*, ſi vel maximè * *fortunâ* 2965
*non potiſſimùm* nitatur. 2966

POTIUS PRO VIRTUTE.] Pia & ſolida ratio! Cur 2967
itaque * *receptatores* luſorum, cur * *luſores*, hodienùm 2968
*puniuntur?* Et an aliquis * *Moraliſtarum*, non dicam 2969 2970
* *Theologorum*, admittit? non ampliùs pro * *delictô* ha- 2971
beri,

beri, aleâ ludere, & quæſtum eâ factum in lucro & virtu-
2972 te ponere? Nam hîc ſanè in *rationibus* * *Jurium* redden-
2973 dis, & cur actio danda vel non danda *in Forô* ſit, *ſeriò* * agi-
mus. Nec de *uſu licitô* ludorum vel luſuum quærimus,
2974 ſed de * *abuſu*, quem *Edictum de Aleatoribus* reſpicit. Nul-
2975 lus *Moraliſtarum* * Jure *naturali* juſtum modum acquiren-
di reputabit, (modò rectè ſapiat,) quô fortunæ ludibriô,
aliis, libidine res ſuas jactandi occœcatis, facultates ipſo-
2976 rum ſubtrahimus. Et cur ſi * virtuti & juſtitiæ illud im-
putari poteſt, non conveniri poteſt in Foro *actione* is,
qui ludô victus, pecuniam perditam nedum ſolvit?
2977 adeò * ut *nec fidejuſſores* pro eô teneantur, (qui tamen
2978 obligationi cuilibet * *naturali* validè accedunt.) Carpz.
2979 *qu. cr. 134. n. 26.* & VI. *reſp. 96. n. 12.* Cur * etiam *repeti* pot-
eſt quandoque hodiè ſoluta, ſi *exceſſus* in luſu ingens de-
2980 prehendatur? Nec * verò ſequitur: non poteſt *moribus* *
2981 quorundam locorum, vel *ſtatutis* * aliquibus (Carpz. *VI.*
2982 *R. 95.*) *repeti*, quod *ſolutum* jam eſt, Ergò *ludere* ibidem
2983 eſt *licitum:* cum nec * *turpi causâ datum*, ſi & dantis tur-
pitudo ſit, *repetere* liceat. Quisnam verò dixerit, quòd
2984 * *Lex ult. C. d. Aleatoribus.* hodiè ſimpliciter ubique *ſub-*
2985 *lata* ſit? cumprimis in * *terminis*, de quibus *in pr. Legis*
2986 agitur: in quibus nec * *merè civilis* haberi poteſt illa
*Conſtitutio.*

2987 AD LUDUM MUTUO DATAM.] Sed ſi * *collu-*
*ſor* vel *Caupo* dederit, repetere utique non poteſt. Ber-
lich. *Dec. 66.* Coler. *Deciſ. 173. & al.*

JAM EXISTIMO.] Quis verò ad hoc reſpicit? quod
2988 Ille * *exiſtimat.* Et ubinam *Forum* eſt, cui ille Leges
2989 * dictare poſſit? Lepidum ſanè eſt, *Princeps* * *aliquis* in-
2990 junxit ei, qui ludô perdidit pecuniam, ut Colluſori ſolve-
ret,

ret. Ergò datur * *in Foro condictio* ex *Moribus?* In 2991
* *Aulis* hoc turpe Luſores æſtimant; Ergò *eſt turpe:* & 2992
ergò ſecundùm * *Jura, auctoritate Legali,* ùt debet, *uni-* 2993
*verſaliter conſtituta*, eſt prodita ad exigendum, quod luſu
perditum eſt, *in Foro* * *actio?* vel quia *moribus* * Luſo- 2994
rum *exiſtimationi* grave videtur, ſi non id ſolvatur, quod 2995
luſu perditum eſt. Hinc datur ad id *Condictio ex Mori-
bus?* Et tamen *Ipſe fatetur*, eſſe * *mores corruptos.* §. *ſeq.* 2996

§. XIX.

DONANDI.] Nec tamen inde quid ſequitur. Nam
* qui ludit, is *animum donandi* non habet, ſed lucrandi 2997
potiùs: quamvis ſæpe falli eum neceſſe ſit. Et tamen ſa-
luberrimè proſpexêre *LL. Romanæ* * illis, qui ad donan- 2998
dum procedunt: ne liberalitas apud eos in profuſionem
abeat; non ipſis ſolùm, ſed & * *Reipublicæ* damnoſam. 2999
Unde fruſtrà à * *diſponendi* de *re ſuâ* arbitriò ad effrænem 3000
donandi poteſtatem argumentum ducitur. Et ſi ne qui-
dem donatio *ultra 500. ſolidos* fieri poteſt, niſi judiciali
Auctoritate, omninò quicquid ultrà profundetur * extrà 3001
judicium, Donationis titulo validum haberi non poterit.
Eſtque facile, ut ab his, * quorum intereſt, etiam *minus* 3002
quàm 500. aurei conficiunt, indignè profuſum, annitente
Judice, revocari queat. Imò ſi vel Magiſtratus, vel hi
quorum intereſt, animadverterint, vel ludendô, vel aliter,
quem ſua * *prodigere,* tempeſtivè huic malo obicem in- 3003
jicere, & luſorem ejusmodi, vel aliter ſua dilapidantem,
pro *prodigo* declarare, eique curatorem præficere, poſſunt.
Quin & difficiliùs admitti debet, * ut *ludendô quis liberis ſuis* 3004
præjudicet, quàm ut *donandô.* Quocircà verius eſt, *ſuper-
ſtite Patre* liberos etiam hac de re agere poſſe, nec ad mo-

Mm dum

3005 dum *legitimæ* * reſpici oportere. Aut ſi vel maximè
ipſius mors intereà acciderit: tamen etiam *poſt eam* ipſis
ſuccurrendum eſſe. Sed non ut propterea hac in re ad *tit.*
3006 * *de inſinuandis donationibus*, aut *de inofficioſis* * *donatio-*
3007 *nibus*, reſpiciatur: cùm plura ſint *remedia alia*, per quæ ipſis
adeò ſubveniri poteſt, quibus ſua vel fraude vel machinatio-
3008 ne indignè ſubducta ſunt; quidni etiam * *hæredibus* ipſorum,
aut ſucceſſuris, invitis quoque læſis adhuc ſuperſtitibus, ſi hi
quorum intereſt ſibi proſpicere in eâ re neceſſe habeant.
Quare inconſequentia ſunt omnia, quæ ex art. *Donatio-*
3009 *num* huc adferuntur, nullâ niſi * cerebrinâ Auctoritate,
nullâ etiam niſi inani illatione, & quæ potiùs præju-
3010 dicet liberis: cùm tales profuſiones nec * ad legitimam,
3011 3012 nec ad * 500. ſolidos reſtringi debeant: (quoties enim
quisque 500. ſolidos unô ludô perdit: & tamen ne qui-
dem *plures donationes*, ſi 500. ſolidos vel maximè con-
ficiant, junctæ ſi fuerint, inſinuationem deſiderant. *l. 34.*
§. *3. C. d. Donat.*) Neque etiam expectare neceſſe habent
3013 liberi, ut *profuſoris* * *mortem* expectent. Adeoque nec
3014 penes privatum eſt, * *actiones utiles* pro arbitriô ſuô con-
fingere; plus noxias & inutiles, quàm ſi rectè *inveſtige-*
3015 *tur* * natura actionis, in cujus exemplum utilis illa tam te-
merè introduci vult, ſimulque inveſtigentur *remedia*, quæ
3016 jam ſatis in illa mala comparavit * *Romana* abundantisſima
*Legislatio.*

## §. XX.

IMPLORATIO CENSURÆ ECCLESIASTICÆ.]
3017 Nec *Cenſura* * ſola eſt coërcitio *uſurarii*, nec in *J. Can.*
datur *imploratio Cenſuræ* pro remedio; ſed potiùs uti-
3018 tur gravatus debitor * *denunciatione Evangelicâ*, cui ſi mo-
rem

rem non gerat *Uſurarius*, defert querelam *ad* * *Epiſcopum*, 3019
eique relinquit, quâ ratione decernere & ſtatuere velit.
De *Judæis* * *v. c. 12. x. d. Uſur.* quippe quòd hi *Cenſuræ* 3020
*Eccleſiaſticæ* non ſubjaceant. Epiſcopus verò *de planô* pro-
cedit. *Cl. 2. d. Judic.* Quòd * ſi etiam *cum Clericis* ſit ne- 3021
gotium, illi quoque ab officio *ſuſpendi*, quin & *deponi* poſ-
ſunt; nec minùs *beneficiis* exui, & *ab ordinibus* excludi. v. *c. 7.*
*x. d. t.*

DE QVA IN CAP. I.] Ac ſi nullibi in * *Jure Ca-* 3022
*nonico* de *Cenſurâ Eccleſiaſticâ* agatur, quàm in *c. 1. de* 3023
*pactis*, & non * *toto titulô*, quin & locis, * *propriis* crimi- 3024
ni *uſurarum. c. 3. & c. præterea x. d. Uſur.*

CONDICTIO FURTIVA.] Quæ licèt daretur, cùm
* tamen id *Leotardo* largiendum non ſit; tamen eâ in *fo-* 3025
*rô* * *Epiſcopali* non indigemus: eaque * *proceſſus ordina-* 3026 3027
*rii* eſt.

§. XXI.

SALVA RES EST.] Quam * dudum *ſalvam* præ- 3028
ſtitère *veteres*, & poſt eos * Sand. *Lib. 3. Dec. tit. 14.* 3029
*Def. 7.*

EX INJUSTA CAUSA.] Sed * cur omittit *condi-* 3030
*ctionem furtivam?* quam tamen §. *præced.* de *J. Can.* ſeu
in *Forô Eccleſiaſticô*, dari aſſeruerat, faciliùs longè dandam
* in *Foro Civili;* quamvis ne hîc quidem detur. 3031

§. XXII.

PUBLICUM HOC JUDICIUM REDDIT.] Ergô-
ne * non eſt vis in *actione vi bonorum raptorum*, quâ de- 3032
lictum *privatum* eſt? §. 1. *Inſt. d. vi Bon. l. 4. §. 6. l. 2.*
*pr. §. 9. 11.* & * reclamante *totô titulô*. Ergò judicium 3033

3034 hoc, quia *ſemper* * *vim* habere debet, ſaltim *deſtinatam*,
3035 *d. l. 2.* §. *9.* ſemper erit * *publicum?* Dicere debuit *Auctor*,
quoniam vis *etiam publico* officit: hinc præter hoc privatum judicium *etiam publicò judiciò* ex *L. Julia* vindicatur.

3036 ELECTIO.] Ubinam verò * *electio* ei datur? quin
3037 potiùs * *utrôque* experiri poteſt: *l. 2.* §. *1. b. l. 3. d. vi publ.*
3038 *l. 3. d. vi priv.* niſi quòd datâ hac actione *à Prætore*, * non neceſſe habeat læſus periculum *inſcriptionis* in crimen ſubire, judiciò *publicò: d. l. 2.* §. *1. b.*

3039 FERE SEMPER.] Imò * *ſemper* concurrit adverſus
3040 eum, qui rem eripuit: quia * omnis *raptor fur* eſt. *d. l. 80.* §. *3. d. furt. l. 2.* §. *26. d. Vi B. R. l. 1. pr. b.* §. *1. Inſt. eod.*
3041 Quòd ſi verò * *alterius dolò* factum ſit, ut ab alio raperetur: iſte cujus dolò factum eſt, *furti* tantùm *non mani-*
3042 *feſti* non tenetur; ſed * *manifeſti* omninò, ùt raptor ipſe, conveniri poteſt: *d. l. 80.* §. *4.* cùm rapinæ reus ſit. *d.* §. *4.*

3043 CONSULTIUS EST.] Imò * conſultius eſt, quan-
3044 doque *Vi B. R.* experiri: ad * quid enim aliàs actionem hanc *de Vi B. R.* dediſſet *Prætor?* Nam ita ob rapinam
3045 * *nec manifeſtam* actio furti ſolùm *in duplum* pœnæ daretur: cùm tamen actio *Vi B. R.* ob hoc non minùs *in quadruplum* intentari poſſit; cui *triplum pœna* ineſt. v. *l. 52.*
3046 §. *ult. d. furt.* Deinde *ſimul* per eam recipimus * *rem ab-*
3047 *latam.* Datur etiam * ob *damnum illatum* coactis hominibus. *l. 2. pr.* §. *2. V. B. R.*

3048 HÆC ENIM PERPETUA EST.] Interim * poſtquam raptor per actionem V. B. R. *tripli* condemnatus fuit, adhuc actione *furti*, *ad ſimplum pœnæ* experiri licet,
3049 atque hoc * *in perpetuum;* tum & * *accuſare* unà *publicò*
3050 *judiciò.*

EX

EX CONSILIO.] Cùm *ex conſiliô* quis furti tenea-
tur, (niſi *nudum* fuerit, furtô non ſecutô, §. *11. Inſt. d. furt.*
quô tamen caſu, qui conſilium dedit, *in factum de dolo*
nihilominùs conveniri poteſt. *l. 47. d. R. J. arg. l. 8. d. dol.*
*mal.*) *l. 53. d. V. S. l. 6. d. Cond. furt.* furtô ſcilicet *ſubſe-*
*cutò:* cur itaque furti non etiam teneatur * *de dolo?* Re- 3051
ſpondeat *Auctor!* Dicit eſſe hoc * *ſingulare.* Quod eſt 3052
λῆρον ληρεῖν. Sic enim quilibet reſolvet *dubia Juriſpru-*
*dentiæ:* Hoc eſt *ſingulare!* Eſt verò *JCti* * in *rationes* 3053
*textuum* inquirere; nec audiendus eſt, qui ad hoc aſylum
ignorantiæ confugerit, niſi rationem & cauſam ejus: hoc
eſt *ſingulare!* oſtendere poſſit; aut verò ſe non eſſe peri-
tum Interpretem & ἀνάρμαςον ſe fateatur. Dicam: non ne-
gare ſimpliciter *JCtum* in *d. l. 80. §. 4.* eum qui dolô ma-
lô facit, ut raperetur, teneri actione *furti;* ſed ſolùm vel-
le, quòd * actione *furti manifeſti* non teneatur: poſtquam 3054
§. *3. præced.* dixerat: *cùm raptor omnimodò furtum faciat,*
*manifeſtum furem exiſtimandum eſſe.* Talem verò jam
porrò, ait, haberi non poſſe eum, *cujus dolô* raptum fuerit:
quippe qui furti manifeſti actione tanquam ob furtum non
tenetur. Equidem * *ex Antiquitate* noſſe debebat *Strykius,* 3055
*peculiarem* fuiſſe olim conſtitutam *actionem de ope conſilio,*
furi præſtitô, Cujac. *VI. Obſ. 2.* Briſſon. *lib. V. d. Formul. P. R.*
*p. 377.* quæ non niſi *in duplum* dabatur. *l. 34. d. furt.* ibi:
*nunquam manifeſtus eſt. l. 35. eod. l. fin. C. d. noxal. act.*
Indeque actioni *furti* * *manifeſti* non poterat circumpo- 3056
ni; plerumque enim occultè fures inſtruebant, ne ipſi de-
prehenderentur. v. *d. l. 35.* Unde cùm inverecundiùs aſ-
ſiſteret * *raptori,* is qui ei conſilium præbebat: meritò non 3057
debebat conveniri poſſe actione illâ, vel etiam furti nec
manifeſti, ùt is qui *furi* præbuerat conſilium; quin potiùs

in eô crimine, ceu inſigniori & majoris improbitatis, oportuerit illum conveniri poſſe & coërceri eôdem rigore, *ac principalis* teneretur: quippe quòd hoc ipſum fiat in *gravioribus* regulariter.

§. XXIII.

3058 PARATIUS REMEDIUM.] Quaſi verò * *in l. 9. C. unde vi.* non etiam debeat conſtare de his, quæ *in*
3059 *Edicto* de *Turbâ* requiruntur. Imò in * Edictô ne quidem opus eſt, deſignare, quis rem diripuerit, vel damnum dederit; ſi modò de *auctore turba* conſtet. *l. 4.* §. *5. d. Vi B.R.*
3060 Et quaſi * non etiam admittatur in *h. Edictô* læſus, ſi *jura-*
3061 *mentô* firmare velit damnum ſibi datum? Porrò in * *l. 9. C.* non eſt aliud Remedium actionis, niſi interdictum *Unde vi;* tantùm de *modô* ibi agitur, quô *damnum probari* ſeu
3062 liquidum reddi poteſt: quod * ſanè *commune* eſt omnibus *actionibus*, ubi adverſus eum experimur, qui dolô nobis inſultavit, & aliàs quantitatem damni aliter probari, quàm juramentô, non licet. Num verò quid ſpeciale habeat juramentum hoc, quod *Zenonianum* vocant? annon potiùs ad juramentum *in litem* redigi debeat; de eô *alibi* dictum
3063 eſt. Utique longiùs abinde recedit * *Juramentum Minorationis*, ùt non modò *Carpzovius p. 1. Conſt. 23. def. 18.* ſed & alii *JCti Saxones*, integris *Diſſertationibus*, oſtendêre.

NEC RERUM DEPERDITARUM SCIENTIAM
3064 NEC CONSCIENTIAM.] Imprudentes ergò * *Saxones*, ejusmodi *Juramenti* inventores, quod is ſubire permittatur, qui *nec ſcientiam nec conſcientiam* habere poteſt! Enimverò *Anteſignani Saxones*, H. Piſtoris, *l. Qu. 16. n. 5.* & Carpzovius *2. qu. cr. 95. n. 11.* vel ideò placuiſſe *Juris Saxonici*

*nici Conditoribus* autumant, ut *reus* ad *Juramentum* admitteretur, quia * notitiam utique habet recentiorem, 3065
tam rei, quàm abſtulit actori, quàm damni dati; quippe conſcius facti à ſe perpetrati: idque vel maximè, ſi conſcientiâ juramentô exploratâ id aſſeverare neceſſum habeat. Actor * econtrà, eſto quòd & ipſe, modò diligens 3066
fuerit rerum ſuarum perquiſitor, notitiam ſive rei ablatæ, ſive etiam damni, per vim dati, habeat, ſi velit, *ad probandum* admittatur; ut ſibi imputet, ſi reo jusjurandum deferri per Judicem permittere velit: magnô utique beneficiô; ut cùm aliàs eidem, niſi probet, indeque ſimplici ejus aſſertioni, non credatur: tamen aſſertio illa tantum efficiat, pro candore & fide Germanicâ, ut gravare potuerit reum, quò minùs ille evadere quiverit æſtimationem illam, niſi jurâſſet, quòd majoris non ſit, quàm ipſe, non ſimplici aſſertione, firmaverit; (nam hactenus præſumtio ex delictô admiſsô fidem ejus debilitat,) ſed *juramentô* obtinuerit. Etenim * ſicuti *Actoris aſſertioni* 3067
fides non ultrà,(quàm ut reum *gravet*,) habetur, quoniam liberiùs ille & ex *affectione immodicâ* rerum ſuarum, quin & *odio* in violentum raptorem vel ſpoliantem, æſtimâſſe damnum facilè credi poteſt: ita quòd æſtimationem hanc *Saxones* ad æquabilem modum, non quidem ſimplici asſertione, verùm *juratâ*, ipſius rei, potuiſſe reduci, putaverint: omninò rationis eſt. Nec * enim reus adeò gra- 3068
vare poteſt actorem, cumprimis etiam judice taxationem, priusquam juretur, expendente, uti poſſet *actor reum*, ſi is ad *juramentum* protinùs admitteretur. Quòd verò *alii* putant, ideò * reum jurare oportuiſſe, quia id *Germanis* 3069
*oneri* fuerit: illud inſipidum eſt. Nam actor ſanè lubens juraret, ſi admitteretur; & lubentiùs reus, ut æſtimationi

actoris locum non cogatur relinquere; maximô ſui leva-
mentô: eò quòd ſuâ aſſertione juratâ litem protinùs ter-
minet.

§. XXV.

3070 AMOTIO.] Quin & damni * cauſâ datur: *l. 1.*
3071 *pr. l. 3. §. 7. d. incend. ruin. naufrag.* & vel ipſius *incendii* *
3072 nomine, *l. f. §. 1. eod.* licèt * *latâ culpâ* factum ſit: *l. 9. l. 11.*
*d. t.* nam & in hoc *pœna* illa *civilis*, æquè ac ſi *dolô* ad-
miſſum fuerit, obtinet. Tum & juxta privatum læſum
3073 hæc ipſa actio * *Fiſco*, & *cumulatè* quidem, *utrique* ſcilicet
*in quadruplum*, competit. *l. 3. §. f. h. t.*

§. XXVI.

DOMINIO REI PRIVEMUR.] Et tamen cùm
3074 * *actio* illa *in factum* obtineat in omnibus *damnis*, quæ
*Lege Aquiliâ* non continentur: *l. 33. §. 1. ad L. Aquiliam*,
fruſtrà in anguſtiam talem rediguntur cauſæ illius, ut opor-
3075 teat nos *dominiô* * cujusdam rei *excidiſſe*: & ne quidem
3276 * in exemplo ex §. *f. Inſt.* adductô privamur ſervo, (de
3077 * *pecude* ibi non agitur, utut par ratio ſit,) qui aufugerit.
3078 Quin * & *cauſas* actionis *utilis* ille nimium coanguſtat. *v. l. 30.*
*§. 2. l. 27. §. 21. h. l. 9. pr. §. 1.*

IN EFFECTU TAMEN.] Magno utique levamini,
3079 ut * in *cauſas* non inquirere neceſſum habeat *Strykius*: (eſt
enim *per cauſas* cognoſcere *Philoſophicum!*) ſi modò *effe-
ctus* idem vel ſimilis ſit. Nec tamen ad effectum alteru-
trum pervenitur, niſi *utriusque cauſas* noveris. Cæterùm
3080 ratione *effectûs* ſolùm * *ultimi* nihil intereſt, *directâ* an
3081 *utili* actione experiâre, *d. l. 47. d. Neg. Geſt.* ſed * *differen-
tiam* actionum illarum nihilominus negligendam eſſe non
vult

vult *JC.*, & ratio in *d. l.* à ſublatione * *formularum* inſer- 3082
ta, *Triboniani* ætati congruit, non *Pauli.* v. Schifordegh.
*L. 3. ad A. Fabr. Tr. 23. qu. 27. ſeq.*

HAUD PAUCI DD. VELINT.] Imò * ita in *Forô* 3083
ſervari *moribus* ſatis conſtat.

§. XXVII.

SALTEM LEVISSIMA.] Quòd ſi tamen * *ex nego-* 3084
*tiô* licitô ſolùm *de levi culpâ* quis teneatur, non poteſt *ex L. Aquilia*, ad levisſimæ culpæ præſtationem, adſtringi. *l. 18. §. 1. Commod. l. 43. ff. locat.*

PROBATIONEM.] Non * quòd *culpâ inhabitan-* 3085
*tium* ſit commiſſum: (obſcurus & tenebroſus eſt *Auctor*;) id enim præſumitur; ſed quòd culpâ *certi* hominis, & vel ipſius Patrisfamiliàs. Berlich. *IV. Concl. 25. n. 83. ſeq.* & Jenenſ. *ap.* Carpz. *q. cr. 39. n. 59.* Neque enim Ille *culpam familiæ ſuæ* præſtat, niſi temerarios homines & *incautos* in eam receperit; cumprimis quando eos non dimiſit admonitus. v. *Deciſ.* noviſſ. *El. Sax. 79. & 80.*

§. XXIIX.

SED ORDINARIUM.] An * ex hoc ſequitur: *Ergô* 3086
qui ex contractu locationis non tenetur ad culpam *levisſimam*, ille *delinquit*, ſi eam admittat? Tantùm hoc infertur, quòd ob damnum datum integrum mihi ſit, ſive *Locati* ſive *Aquiliæ* actione experiri velim. Sed an ex hoc
ſequitur: *Ergò* ſi *Aquiliâ* ago, poſſum agere * ad culpam 3087
*levisſimam?* niſi verò ex ipsâ *ſpecie illius locationis* ad levisſimam adſtringi potuerim. Unde quoties ego teneor
ad * *induſtriam ſingularem*, cùm ex *natura* rei, tum ex 3088
*profesſione* ejus quod ſuſcipio, & culpam admitto, teneor

*L. Aquiliâ;* pariter ùt ex ipſo *negotio.* Si quà tamen
actione *ex negotio* actum fuerit, *L. Aquiliæ* actio tollitur.
3089 *d. l. 18. §. 1. ff. Commod. l. 43. Locati.* Quomodo verò *
cùm de *levi* culpa convenire non potui conductorem
*actione locati*, per *L. Aquiliæ* actionem de levisſimâ poſ-
3090 ſum experiri, ſi hæc per iſtam *tollitur?* Itaque videt * *tex-
tum* & *rationem* ſibi adverſantem *Auctor.* Et citiùs eſt,
3091 ex * *contractu* quem de exactâ diligentiâ teneri, poſtquam
*fidem* ejus *ſecutus* ſum; quàm ut *ex delicto* mihi obſtringa-
tur arctiùs, qui ad hoc, ut in meis rebus *ſummam diligen-
tiam* adhibeat *non tenetur.* Neque verò ad majorem te-
3092 neri poteſt * in alienis, cumprimis ſi curam earum non
ſuſcepit, quàm *in ſuis;* ſi in his diligentiam boni patrisfa-
3093 miliàs præſtiterit. Aliquando tamen * pronum magis eſt,
ut posſim ex *L. Aquiliâ* agere, quàm ut ex contractu; ùt
3094 *in l. 5. §. 3. in f.* vicisſim * ut *ex Locato. v. d. l. 43. Loc.
Cond.* it. *l. 44. l. 45. eod.* prout *factum* ſuggeſſerit. Nam
ſæpe etiam *ne Locati quidem* inter Locatorem & Condu-
ctorem, in quibusdam caſibus *damni dati*, agere licet.
3095 Denique *levisſima* culpa * *vix* culpa eſt, niſi quis præſta-
3096 tionem ejus ſuſceperit. v. *§. 7. Inſt. d. L. Aquil. in fin.* Et *
*l. 45. pr. ad L. Aquil.* non pro regulâ, ſed pro *aptitudine
actionis L. Aquiliæ* accipienda eſt, ſi id *materia ſubjecta*
patiatur.

§. XXIX.

3097 ÆSTIMARE POSSET.] Vereor * tamen, ut vix ei
condemnetur reus, niſi ut videatur *exiſtimationi* ejus qua-
3098 dantenus conſultum eſſe: quippe * quòd in actione
injuriarum non æſtimetur *damnum rebus meis* da-
tum; indeque minori diſpendiô ſui posſit reus, quoad
*præſtationem pecuniariam*, mihi credi ſatisfeciſſe; prout
con-

conſtat, actorem non poſſe non *magni æſtimare* injuriam ſuam; ſed judices plerumque etiam exiguâ quantitate pecuniæ putent luere delictum ſuum poſſe injuriantem. Unde * non ſolùm conſultum ſed & *neceſſarium* eſt, ut *utram-* 3099
*que actionem* læſus inſtituat; & *damnum* in Aquiliâ, *exiſtimationem* in injuriarum actione, perſequatur.

§. XXX.

ACTIO IPSI CONCUSSO.] Imò ipſi concuſſo
datur hæc * perſecutio *criminis extraordinarii*, ad hoc, ut 3100
ipſi ablata reſtituantur: *l. 1. h. t.* & habet illud crimen *arbitrariam coërcitionem. d. l. 1.* ibi: *& delictum coërcet.* Aliquando tamen etiam *in publicum crimen* incidit. *l. 2. cod. l. 1. C. ad L. Jul. repetund.*

NOMEN ACTIONIS PRODITUM NON SIT.]
Quânam verò aliâ * *expreſſione* opus habebat perſecutio 3101
illa extraordinaria *criminis concuſſionis?* æquè ùt in cæteris extraordinariis criminibus. Eſtque indignisſimum,
quando *Auctor* ad ſuam * *ex Lege condictionem*, & qui- 3102
dem * *ex L. 1. ff. h.* confugit; quis enim unquam audivit? 3103
dari condictionem ex Lege, ratione * *prævaricationis*, *Stel-* 3104
*lionatûs*, aliorumvè *criminum extraordinariorum*, & quo- 3105
rum * *publica* inſuper eſt perſecutio. Nam horum quo-
que criminum perſecutio * *reparationem læſo* infert. Quòd 3106
* verò *condictio ob turpem cauſam* non minùs detur ei, cui 3107
quid extortum eſt, nemo in dubium vocat, & ſatis ex * *l. 3.* 3108
*C. d. condict. ob turp. cauſ.* evincitur: quô caſu deinceps
*Magiſtratus ex* * *officio* crimen concuſſionis *puniet. d. l. 3.* 3109
*in fin.*

§. XXXIII.

EX DELICTO.] Sed non eſt * ex delicto hæc actio; 3110
verùm

verùm *ex ſuſceptô negotiô*, in quod incidit, originem ca-
pit: *l. 4. ſi menſ. falſ. mod.* ut tamen inde ſingularis *in factum* actio, quæ cuilibet iſtorum negotiorum applicari
3111 poſſit, à Prætore comparata ſit. *l. 1. pr. h.* Unde * quidem *ex negotio* ipsô *civili* menſor obligatus non eſt: *l. 1. §. 1. h.* nec in ipſius *hæredem* actio illa competit, quippe quòd magis *factum incivile* in negotium *incidens* reſpiciat; *l. 3. §. 1. & ult. eod.* nec viciſſim *pœnalis* eſt: *l. 3. pr. h.* atque hinc perpetuò competit, *d. l. 4.* vel ob hoc, quòd ex ſuſcepto negotio cauſam trahat.

§. XXXIV.

3112 EFFECTUS REI JUDICATÆ.] Nil * diverſi à *Berlichio* & *cæteris* ſtatuitur. Quòd ſi enim res judicata non finit cauſam, ſed errore protinùs oſtensô, retractatur: oportet *pronunciatum* haberi pro *erroneô* & *nullô*; adverſus
3113 quod, cùm * in rem judicatam tranſire nequiverit, ne quidem opus habuerit *appellatione* aliovè *Remediô ſimili* is, qui gravatus fuerat. Tranſit verò *in rem judicatam*, ſi remediô ſuſpensô quis uſus non fuerit, neque etiam *errorem* poſſit oſtendere.

§. XXXV.

COMPLEMENTUM L. AQVIL.] Sunt tamen qui
3114 putant, initiò * rationem *Legis Aquiliæ* in eô non conſtitiſſe, ut *in corpus* damnum datum fuiſſe oportuerit; ſed ex *ſec. capite* potuiſſe agi de *ſervô corruptô*: donec *utilior* illa, de ſervô corruptô, quæ *perpetua* eſt, atque *in duplum*, etiam *adverſus non inficiantem*, competit, introducta fuerit; quâ ratione *deinceps* unicè reſpiciendum fuerit *ad corpus* in *L. Aquilia*: cùm *ſecundum caput* ejus, ideò quòd *actio*

*actio nova de ſervo corrupto* utilior eſſet, *in uſu eſſe deſierit.*
Nec enim apparere *actionem* ullam, quâ aliàs, ſi non
L Aquiliâ, *de corruptione ſervi*, tanti re momenti, agi an-
teà potuerit. Ita * verò non foret *complementum* L. Aqui- 3115
liæ in actione de ſervo corrupto; ſed potiùs *ſubſtitutio*
actionis *utilioris*.

IN DUPLUM NON DATUR.] Si ob hoc * non 3116
dabitur, quia de damno conſtare nequit: haud unquam
dabitur, etiam ne in *ſimplum* quidem? quod abſonum eſt.
Et * quidni æquè ſecundùm *l. 14. h. &c.* poſſit in ſeductô 3117
homine, & debeat, æſtimari *damnum*, & quod corruptum
eſſe ipſum intereſt, atque *olim in corruptô ſervô* æſtimari
potuit.

§. XXXIX.

INSTAR ACTIONUM.] *l. 38. d. O. & A. l. 10. §. pen.
d. compenſ.* quoniam petitur *cautio*, ſ. Formula ejus à Præ-
tore, & ab eo datur; indeque dicitur *actio. l. 11. §. 3. d. aq.
pl. l. 13. §. 12. d. A. E. V.* Nec enim *litis conteſtatione* (v. Bach.
2. *Tr. 18. 5. d.*) vel *diſceptatione* indiget; ſed præſtanda
eſt protinùs: quod tamen ſi non fiat, *actio in factum* da-
tur. *l. 7. pr.* Quòd ſi autem præſtita fuerit & committa-
tur, *actio ex ſtipulata* obtinet. *l. 23. l. 28. l. 30. pr. d. damn.
infecto.*

INTERDUM UTILITER.] Sed non * ratione *ædium*: 3118
vid. omninò *l. 20. ff. d. damn. infect.*

§. XLI.

POSSESSIONEM.] Minùs accuratè *Auctor!* Nam 3119
* *decretum primum*, non hoc nomine *primi*, uti *nomine*
ipsô *ſecundum decretum*, in *l. 15. §. 16. d. damn infect.* in *LL.*

 exſtat.

exſtat; *res* autem in *l. 15. §. 26. eod. & l. 2. quib. ex cc. in*
*poſſ. eat.* & *alibi* reperitur; ſicuti *ſecundum* in *l. 7. §. 1. d. t.*
& *aliis locis.* *Primò* autem *Decretò* jubet Prætor in poſ-
3120 ſeſſionem ire: (& ſic non conſequitur miſſus * *poſſeſſionem*,
ùt hìc *Auctor:) d. l. 2.* h. e. in *cuſtodiam* & obſervationem
rei. *d. l. 15. §. 20. l. 3. §. ult. d. A. A. P. l. 5. pr. ut in poſſ. lega-*
3121 *tor.* (quicquid ſit, quòd deinde *ex ſec. decreto* * *plenam*
poſſeſſionem conferri velit: nec enim ita *Leges* inter *poſ-*
*ſeſſionem* & *plenam poſſeſſionem* diſtinguunt: & cur ille
3122 faſtidit * modum longè accuratiorem loquendi eum *Legi-*
*bus?)* ſecundò verò jubet miſſum *poſſidere. d. l. 7. §. 1.*
& *t. t. d. reb. auct. jud. poſſid.*

3123 SED MANDATA SINE CLAUSULA.] Quaſi verò,*
ubi *mandata ſinè clauſula* decernuntur, nullæ posſint lo-
3124 cum habere *actiones?* Sanè * *immiſſoriales*, quæ ſunt ſpe-
cies *executorialium*, non in *Mandatis* tantùm, quando ab
his incipitur, inſeri debent; (nec mandata *ſinè actionibus*
dantur, eò quòd mandata ſunt: modò aliàs *objectum man-*
*dati* ad actionem quandam reſpiciat;) ſed & in *omnibus*
*cauſis*, ipſi *ſententiæ* ſunt annectendæ. *R. I. 1654. §. 153.*
Quòd ſi executorialibus ejusmodi reus non pareat, nec de
eo doceat, decernitur *mandatum de exequendò* ſeu *immit-*
*tendò, d. R. A. §. 154. ſeq.* & executio ſeu *immiſſio* ab eò,
qui illam facere juſſus eſt, peragitur. *d. R. I. §. 10. 12.* An
3125 * ergò ubi de *mandatò* immiſſoriali agitur, propterea *actio*
ſupponi aliqua non poteſt? Et quidnam *hodiè*, ſaltim in
3126 causâ *damni infecti*, eſt diſcriminis * inter Proceſſum *de-*
*cretorum* & *mandatorum?*

§. XLII.

ÆDIFICIIS NOVITER EXSTRUENDIS.] Quin
& in

& in *demoliendis*,* *l. 52. d. contr. emt. l. 2. 6. 7. C. d. O. N. N.* 3127
Neque tamen ſolùm circà * *ædificia* novi operis nuncia- 3128
tio, verùm circà *quodlibet opus*, adhiberi poteſt, quod * *ſo-* 3129
*lo*, & vel *prædii ruſtici*, *l. 47. F. E.* conjunctum eſt. *l. 1.*
§. *12. ſeqq. h. l. 3. §. ult. l. 4. h.* ibi: quod etiam ſi * *in publi-* 3130
*cô* fiat; quin & ſi quis *in ſuô* quid tale faciat. *l. 5. §. 10.*
*h. t.*

JUS QVODDAM IN RE.] Nec tamen proti-
nùs * *Jus in re* tribuit facultatem nunciandi. v. *l. 1. §. 20. h.* 3131
*l. 1. §. 4. d. remiſſ. l. 14. h. t.*

PER PRÆTOREM FACTA NUNCIATO.] Sunt
tamen, quibus verior eſſe videtur ſententia, quòd * *per* 3132
*Prætorem* nunquam *nuncietur*; verùm unicè *interdictô*
prohibeatur: *l. 5. §. 10. h.* cujus ſanè diverſa ratio eſt. Nam
quæ dicitur *l. 16.* fieri *renunciatio*, *juſſu Prætoris*, ea fit * 3133
*à parte* nihilominùs; nec alia eſt, quàm *remedium* illud,
quod jam *Prætor* Edictô *generaliter* conceptô promiſerat.
*l. 1. pr. §. 2. 9. d. N. O. N.* Hinc *non alia* foret *nunciatio*,
quàm quæ ſuſcipitur adverſus eum, qui *in ſuô* ædificat:
*l. 1. §. 6. d. l. 5. §. 10. eod.* quæ exhinc ſollicitè diſtinguitur
*ab impedimento*, * quod *manu* fit, vel *per lapilli jactum*, 3134
quando alius in noſtro quid exſtruit vel ædificat. *d. l. 5. §. 10.*
*l. 20. §. 1. quod vi a. clam. l. f. §. 1. ſi ſervit. vind.* Adver-
ſus quem propterea non ſufficit *nunciatio*; quoniam ſic
*poſſesſione ei decesſiſſe* videmur. Imò * cùm *in noſtro* 3135
quis ædificare vult, ſi eum *manu* prohibemus, (quæ *Aucto-*
*ri* itidem eſt *nunciationis privatæ ſpecies*,) utique eum non
facimus poſſeſſorem. *d. l. 5. §. 10.* Unde * & *hodiè* dicen- 3136
dum foret, *judicis interdictum* non eſſe *nunciationem*; ſed
naturam communem *Interdictorum* habere: ùt non minùs
habent *Inhibitiones* & *Mandata*, quæ hoc nomine in *ſupe-*

*riori-*

*rioribus Judiciis* impetramus: quis enim ſimul, & juxta hæc talia, impetrat *diſtinctam* à Prætore *nunciationem?* Et
3137 * ipſe *Auctor* non aliud peti largitur.

§. XLIII.

3138 EX POSTERIORI EDICTO.] Quin & * *ex priori* oportet dari actionem, aut non propoſuit Prætor *geminum Interdictum.* Sanè quod contrà Prætoris prohibitionem ſ. *interdictum* ejus ædificatum eſt, (ſic & quod *contrà nunciationem* Novi operis,) illud *ex eodem Edicto*, quin &
3139 *virtute prohibitionis*, reſtitui jubet, Indeque * *unum* eſt *edictum* in *l. 20. pr. h. v.* §. *1. eod. inf.* ibi: qui facit, *contrà interdictum* Prætoris *facere* videtur: & *ideò* hoc *deſtruere* cogitur.
3140 ACTIO IN FACTUM.] Imò * non eſt hæc *actio in factum*, quæ ex causâ *interdictorum* competit. Quid
3141 verò opus habet *Auctor?* inveſtigator ſcil. * actionum, &
3142 quidem ſecundùm * *Jus Romanum*, quod profitetur, ut non deſerat modò, ſeu ſpernat potiùs, *nomina actionum*,
3143 accuratiùs eô Jure concepta; & cumprimis, quando * in §. *ult. Inſt. d. Interdictis*, quem *Ipſe* citat, *actio utilis* ex cauſa *Interdicti*, quælibet quæ ejus nomine competit, dicitur *actio;* niſi quòd vereri neceſſe habet, ſi Jus illud, tam ſublime & accuratum, in *unò* vel *alterò* ſequeretur, ne *ad reliqua* etiam myſteria ejus, cumprimis in ipſis *rerum momentis adſtrictum* ſe experiretur; quæ tamen perſpecta omninò eſſe debent *JCtis:* quin & eorum neglectus *Academiis* & *Foro* nocentisſimus, ac non niſi funeſtum pulvinar eſt, cui ſenſim ſaluberrimæ Leges illæ, per tot ſecula à Prudentisſimis Germaniæ Principibus & JCtis ſollicitè cuſtoditæ, *immorerentur*, ſi Juventus hiſce tantùm Doctoribus,

bus, ambiguis ſcilic. & vulgaribus, ſe committeret. Diſcat
verò velit nolit *Auctor*, ex diligentibus & accuratis JCtis
aliis, quòd antehac, quando *Interdictis* paritum non eſſet,
*actio ordinaria*, (quam deinceps *directam* appellare licuit,)
data fuerit, apud *Judicem pedaneum* expedienda, in id, quod
ejus, qui interdictum obtinuerat, eâ de causâ intererat.
Sed *Juſtiniani ævô* habendum fuerit protinùs initiò, ac ſi
*interdictum* fuiſſet; indeque ſtatim potuerit is qui fece-
rat, quod in cauſam Interdicti incidiſſet, *actione* experiri
*extraordinariâ*; quæ * idcircò, quia interdictum *verè* non 3144
fuerat, *utilis* dicebatur. *l. 4. C. d. Interd.* Videat *Baldui-*
*num* & *alios* ad *d.* §. *ult. Inſt. eod.* Hinc * non tantùm 3145
alibi *actiones in factum*, ab his quæ Interdicti nomine
competunt, ſollicitè *diſtinguuntur*. v. *l. 8.* §. *fin. de Reli-*
*gioſ.* Sed ne longiùs eamus, etiam *hoc ipsô tit.* * *l. 20.* §. *8.* 3146
dicitur, in hæredem non modò actionem *ex interdicto*,
ſed & *in factum* actionem, dandam eſſe; quæ apertè eſt* 3147
*alia*, ab iſtâ, quam *Juſtinianus* actionem *utilem ex cauſa*
*Interdicti* nuncupat: ut imperitè *Auctor* putet, quin &
temerè * *contrà expreſſum textum*, (ſi modò eum pene- 3148
traſſet,) actionem illam, quæ *ex edicto d. N. O. N.* com-
petit, *ibidem* actionem *in factum* appellari. Quid enim* 3149
*heredem* actione *ex Interdicto* conventum præſtare opor-
teat: illud ex *l. 22. d. N. O. N.* ſatis evidens eſt.
SED IN QVANTUM VENDITOR.] Quis verò * 3150
dubitet, ipſum quoque *venditorem ex Edicto* teneri, de eô,
quod is ædificâſſet? Neque etiam * de eo quæritur *in d. l.* 3151
*ult.* ùt nec *in l. 3.* §. *3. d. alien. jud. mut. c. f.* Quapropter
fruſtrà hoc immiſcet *Auctor*, quaſi in eô etiam *textus* ſibi
adverſarentur. Nam ſi *nihil feciſſet* venditor adverſus
nunciationem, ſatis conſtat, ipſum vel propterea teneri
 non

non poſſe. Quanquam & *emptorem* de eo, quod venditor ædificaverat, teneri certum ſit; de quo tamen in *l. f. d. N. O. N.* non quæritur.

3152 CONTRA EMPTOREM.] Imò * non dicit hoc *Faber;* ſed potiùs vult *JCtum* rationem *dubitandi* ſuggerere, quare non poſſit agi *actione in factum de alienatione judicii mutandi causâ factâ*, adverſus venditorem; in verbis: dicitur *te hóc judiciô* teneri, nempe de alienatione judicii mutandi causâ factâ. Et abruptè *Gajus:* Dicitur h. e. *afferitur;* eò magis, quò videri poſſet, non habere jam locum, nec adverſus *alienantem*, nec adverſus *acquirentem*, remedium *ex N. O. nunciatione.* Quamvis autem hoc verum non ſit; tamen actionem illam *in factum* de *alienatione Judicii mutandi* causâ in alienantem dandam eſſe: quia ſufficiat ipſum *fraudandi* hoc *conſilium* habuiſſe, & perſuaſum fuiſſe, quaſi per venditionem illam Judicium N. O. N. evitaturus ſit; in quô tamen etiam decipiatur: cùm non tantùm iſtud evadere non poſſit; *l. f. d. N. O. N.* ſed & ob *dolum* ſuum dictâ *actione in factum* meritò teneatur: quippe quod competere poteſt, etiam ſi adhuc actio, cujus gratiâ judicium mutari voluit, perduret. v. *l. 3. §. f. d. alien. mut. jud. c. f.* ad exemplum *l. 7. d. R. V. l. 13. §. pen. d. P. H. l. 95. § 4. 7. 9. d. ſolut.*

3153 VEL DICI POSSET.] Scilicet * ille viam monſtrabit *Antonio Fabro!* Longè aliter ſues, aliter catuli olent!

3154 NON SUIS SUMTIBUS.] Et verò hoc eſt * *contrà*
3155 *textum expreſſum juris*, & * contrà *rationem.* An enim
3156 * is, qui ex *hoc Edictô* tenetur, cùm fecerit: non tenetur
3157 *ad deſtruendum?* An * qui deſtruere tenetur: non tene-
3158 tur *ſuis ſumtibus?* An * qui *ipſe ædificavit*, non tenetur
3159 *deſtruere?* Annon * ideò tenetur *deſtruere*, quia nun-

ciatio

ciatio eſt facta *in rem?* Annon * is adhuc ſupereſt, *cui* eſt 3160
*nunciatum;* & *dolò malò* fecit, ut nunciatio non teneret? Annon * quando is *poſſidet*, *pati* tenetur, ut is qui nunciavit, 3161
opus tollat: ipſum *nunciantem* oportet *ſumtibus ſuis* tollere? An * hoc æquum eſt, ut *ſumtus* teneatur erogare, 3162
qui uſus fuit *remedio* Prætoris; & ut * *ſublevetur* is, cui 3163
nunciaverat; qui remedium iſtud *dolò* ei *ſubvertere* anniſus eſt? An * nihil commiſit *adverſus Edictum*, qui *contrà nunciationem*, (licet *anteceſſori* etiam *ſingulari* factam,) 3164
ædificavit? Quique * fecit contra Edictum, quod *in rem* 3165
conceptum eſt? *l. 20. pr. d. N. O. N. & d. l. 23.* Annon * 3166
ſenſus ille eſt, quòd, qui fecerit, licèt *nunciationis ignarus*, nihilominùs *Edictô* teneatur, ad reſtituendum? Annon * vis eſt tanta *nunciationis*, ut etiam qui *faciendi jus* 3167
habebat, teneatur? *l. 20. §. 1. 3. eod.* Annon * evidens diſcrimen eſt inter *hæredem* ejus, cui nunciatum eſt, quando is nil fecit, ſed *opere* jam *factô* defunctus deceſſit; quòd hæres eô caſu *ex Edicto* ad *patientiam* tantum teneatur: *l. pen. h. t.* & inter hæredem vel etiam *ſucceſſorem* ſin- 3168
gularem, qui *ipſe* contrà Edictum *fecit?* Nam * iſte, quoniam nil contrà Edictum fecit, utique pœnam non meretur, nec in *pœnam* defuncti ſuccedit hæres. *d. l. pen.* Eſt autem pœna in *reſtituendo*. Hic verò ad pœnam omninò tenetur ex ipſo factô, licèt *dolo* careat: cùm ſufficiat *rem affectam* eſſe, ipſumque *contrà nunciationem* facere. Et qui *ad reſtituendum* tenetur, qualis eſt omnis is, qui contrà Edictum *fecit*, (non is cui nunciatum eſt,) *d. l. pen.* 3169
ille ad *pœnam* tenetur. Et * quâ ratione poteſt innocens 3170
haberi emptor, qui *ædificavit?* ut ſolùm *ad patientiam* teneri debeat; æquè ac ſi *tertius* rem poſſideret, qui *nil ædificavit?* En tot abſurda, quæ nobis peperit *Auctoris* ex-

 pers

pers illa Juris & rationis Interpretatio. Eaque eſt cere-
brina & ignava Libertas, dum grave eſt ſervum fieri accu-
rationis, & imò æquitatis & juſtitiæ Legum Romana-
rum!

PLENIOR EST.] Iterum fallitur *Auctor* imperitiâ
3171 Juris Romani! Nam * *actio de alienatione mutandi judi-*
*cii causâ factâ*, non tollit actionem *adverſus novum poſ-*
3172 *ſeſſorem;* nec * idcircò hac ipsâ *plenior* eſſe poteſt: cùm
nil perſequatur, niſi quanti *intereſt*, id judicium; de quo
3173 ne quidem exactè * conſtare poteſt, niſi difficultas & ſum-
tûs, qui ſequuntur adverſarium, & judicium mutatum, *li-*
*quida* reddi posſint. Vid. *l. 8. pr. l. 3. §. 4 de alien. jud. m.*
*cauſ.* ibi: *ſi quas impenſas fecerit*, aut ſi quam *aliam incom-*
3174 *moditatem* paſſus fuerit. An * enim putabit actor, ſe con-
ſecuturum eſſe pœnam ab hoc venditore; qui tamen, licèt
ei nunciatum fuiſſet, nil fecit contra Edictum: at verò
3175 *reſtituere* pœna eſt; ſibique * ipſi pœna fuerit is, qui ſuô
ſumtu reſtituere rem deberet: cùm tamen ſuperſit is, qui
3176 *contra Edictum* fecit. An ergò ſic *plenior* * erit actio il-
la in factum adverſus alienantem? Optimum conſilium
pro *cautè eligendis Actionibus!*

ACTIO IN FACTUM.] Ex hoc ipſo * patet, quòd
3177 non teneri posſit *hæres* actione *ex interdictô ad reſtituen-*
*dum;* eò quòd non teneatur ad aliud, quàm *ad patien-*
*tiam, d. l. pen.* verùm *actione* peculiari *in factum*, ſi quid
ad ipſum pervenerit, *l. 20. §. 8.* Qui verò *Edictô* tenetur,
& ſic actione *utili ex Interdicto*, quòd fecerit contrà in-
3178 terdictum, (diſcat hîc * *diſcrimen* actionis *ex interdictô*
*utilis* & *actionis in factum ſingularis;* neque ſtatuat am-
3179 pliùs contrà principia *Legum*, quòd hæres * teneatur actio-
ne ex interdictô aliter, quàm *in l. 22.*, eamque *in factum*
actio-

actionem, quam Leges vocant, eſſe actionem *ex Interdi-
ctô;* quâ de re multùm *in Foro* & re ipsâ intereſt, nec lis ſo-
lùm eſt de verbis aut ſubtilitate inutili;) ille verò non
obligatur ſolùm *ad patientiam*, & ad hoc, quod ad ipſum
pervenit, ùt *l. 20. §. 8. & l. 22. b. d. N. O. N.* Anne
* igitur eadem ratio eſt, in *hærede* & in *emptore* qui opus 3180
novum *fecit?* Imò adhuc perſiſtit in errore ſuô, quòd
*hæres* ex *interdictô* teneatur; ſolùm quòd teneatur illá
actione in id, quod ad ipſum *pervenit?* & tamen * *actio* 3181
*ex interdicto* adverſus *hæredem aliud* in *l. pen. objectum*
habet.

ALIAS.] Siccine * ergò hæres tenebitur per doctri- 3182
nam *Auctoris*, in id quod ad ipſum *pervenit*, actione *ex*
*interdictô?* quod falſum * eſſe *d. l. 20. §. 8.* oſtendit. Et 3183
tamen aliàs * *ad patientiam* tantùm conveniri poteſt. Sed 3184
quânam *actione*, an *diversâ* ab actione *ex Edicto?* quod
rurſus falſum eſt. Ulteriùs, annon, quando quid ad ipſum
*pervenit*, tenetur * *actione in factum*, & ſimul etiam te- 3185
netur *ex interdicto* actione *ad patientiam*, ut is qui opus
nunciavit, iſtud tollat? Ita verò opinor. Nam *d. l. 20. §. 8.*
illud diſertè affirmat: ibi *tam in factum, quàm interdi-*
*ctum.* Quod * verum eſt *Ulpiano.* Sed *Actori* id falſum 3186
eſt. Utrinam accedendum putaveris?

§. XLIV.

ACTIO IN FACTUM] At verò * nullibi hæc actio 3187
*in factum* appellatur. Proinde commune nomen actio-
num,* quæ ex *Interdictis* competunt, meritò retinet. 3188
OB CAUTIONEM PRÆSTITAM.] Quid autem
quòd *remiſſio* fiat, ubi * nunciatio non tenet. *l. un. §. 2.* 3189
*d. remiſſ.* Et quamvis cautio præſtita ſit, imò ſi non præ-

 ſtita

ſtita ſit: tamen remiſſio fiat in eo, in quo *non tenet* nun-
3190 ciatio. Nam * ſi *cautio præſtita* fuerit, remiſſio neceſſa-
ria ne quidem eſt, *d. l. un.* §. 2. *l.* 5. §. 17. *d. N. O. N.* Ex
3191 quô patet, * non pertinere in ſpecie *ad caſum præſtitæ cau-*
3192 *tionis* interdictum *de Remiſſionibus*; imò ad illum * *minùs*
pertinere, *quàm ad cæteros.*

3193 RESTRINGENDUM PUTO.] Quiſnam * verò *Le-*
3194 *ges immutandi* facultatem dedit *Strykio*? Et tamen * ne
quidem *l. un. C. d. novi op. nunciat.* *ſimpliciter* vult ac
præciſè, quòd nuncians non teneatur *cautionem* ab eô,
cui nunciatum eſt, acceptare; niſi *tribus* elapſis *menſibus.*
3195 Quid * enim ſi vel *protinùs appareat*, *calumnioſam* eſſe
3196 nunciationem? *l. 12. §. 7. C. d. ædif. priv.* quid etiam * ſi
*probabilis fiat cauſa nunciantis* ante *trimeſtre* illud ſpa-
3197 tium? v. Carpz. *d. l.* & Mev. 3. *Dec. 37.* Sic * verò, uti Ju-
dex *citiùs* poteſt *cautionem* admittere: ita *trimeſtre* tem-
pus, quod & in *aliis* quibusdam *dilationibus*, *Veteri Ro-*
*manô* Jure, *l. 1. C. d. dilat. N. 116. c. 2.* tum & *recentiori*
*Germanicô*, obtinet: *ad ſummum* obſervare debet, ne ul-
teriùs ſatisdationem offerens ab opere detineatur; quò
3198 verò * minùs admittere *ante illud tempus* cautionem poſ-
ſit, nil impedit: quippe quòd *d. l. un.* de caſibus *dubiis*
agat; in verbis: *ambiguitatis impedimentum*; de cætero
autem *Judex* omninò diſpicere debeat, an dilationem tri-
meſtrem ſtatus cauſæ exigat, aut ædificatio v. c. eam pa-
3199 tiatur. Quin * imò ſi ædificans oſtendere ceſſet, cùm
poſſit, quare ipſi jus ædificandi vel opus moliendi competat:
ne quidem ad *cautionem* ille admitti debet. Mev. *VII.*
3200 *Dec. 32.* Sicut etiam * non admittitur, ne quidem habitô
ad *trimeſtre* reſpectu, ſi nuncians *irreparabile damnum*
ſibi ex opere extiturum oſtendere poſſe videatur; quam-

vis

vis fortè aliquantum illa demonſtratio *ultrà trimeſtre*, &
quidem ex *culpâ nunciati*, protrahenda ſit. Quòd * ſi igi- 3201
tur *trimeſtre* ſpatium aliquando ne quidem *ſufficere* pot-
eſt in damno irreparabili: ſæpiùs etiam *vix intrà illud* con-
fici poteſt: quis poteſtatem *Auctori* dedit? ut ille dicta-
ret, ſpatium illud *ad terminum Saxonicum* reſtringendum
eſſe. Nimirum eò aſcendit perſuaſio *Strykii*, ut ipſe
cenſeat, putet, exiſtimet, quicquid ſomniat: & ſomniet,
ὀνειρώδης ſcilicet, quicquid vult vel exiſtimat. Et ubinam
ſunt *mores* * illi? quicquid ſit quòd nuncianti ſoleat *ter-* 3202
*minus brevior trimeſtri* præfigi, intrà quem de jure ſuô
nunciandi doceat? an * verò ita protinùs, finitô *terminô* 3203
*Saxonicô*, cauſa *finita* eſt, ut poſſit nunciatus ad cautio- 3204
nem admitti? Quin imò * ùt plurimùm non adeò impro-
babilis eſt cauſa nunciantis, ut non deſuper audiri opor-
teat nunciatum, *itidem intrà terminum* debitum? Ubinam
tunc *tres menſes*, quos *moribus* cenſet *Auctor* reſtringen-
dos eſſe *ad terminum Saxonicum?* Qui *Fori* peritus eſt,
haud difficulter cognoſcit, quòd vel datô nuncianti termi-
nô *Saxonicô*, negotium totum, eô elapsô, non poſſit con-
fectum haberi. Eſt * verò ſuavis ratio *Auctoris*, (quam 3205
fortè prudentes in Conſultatione *Legis un. C. d. N. O. N.*
non obſervarunt, quamvis evidens ſit:) oportere brevius
præfigere tempus oblationi cautionis, & reſtringere tem-
pus trimeſtre; quoniam ad *decus urbis* pertineat, *ædificia*
non derelinqui. Sed quid * ſi *damnum irreparabile* vi- 3206
deatur nuncianti? quid * ſi probabiliter appareat, ei, cui 3207
nunciatum eſt, vix eſſe *jus ædificandi?* Quicquid ſit! re-
ſpondebit *Auctor*, oportet nihilominùs admitti nunciatum,
(ùt loquuntur,) ſi ille cautionem elapsô terminô *Saxonicô*
præſtiterit, quoniam * oportet *ædificiis ſtudere*. In ô, ait, 3208
ſtatim

3209 ſtatim *ſecurus* eſt nuncians, & ſatis * quidem, ſi ipſi *cautio*
3210 præſtetur. Mirum itaque eſt, cur *Prudentes* in * *l. un. C.*
adeò ſtupidi fuerint, ut non *protinùs* nunciatum *cum cau-*
3211 *tione* admiſerint? & mirum, cur * non *Auctor* reſtrictio-
nem ſuam ulteriùs, ad tempus *in continenti*, reſtrinxerit?
Nam rationes ipſius, quæ tantâ evidentiâ concludunt,
etiam ad usque momentum temporis idem inferunt, quod
vix poterant apud *JCtos Imperatorios* inferre ad *trimeſtre*.
O itaque fungos eſſe oportuit prudentes illos; vel infeli-
ces ſaltim, quòd in hæc tempora non inciderint, ubi ra-
tiones Jurium meliùs edoceri potuiſſent!

§. XLV.

ET HÆC ACTIO LOCUM QVOQVE HABE-
3212 BIT.] *Contrà * textum expreſſum* in *l. 2. §. 5. d. aqu. &*
*aqu. pluv. arcend.* ibi: Quanquam *deficiat aquæ pluviæ ar-*
*cendæ actio;* & contrà * *principia* hujus actionis, *l. 1. §. 1. h.*
3213 ibi: cùm quis *manu fecerit.* §. *8.* ibi: *opus manu factum*
§. *10. &c.* & *l. 1.* §. *14. h.* ibi: *nunquam competere hanc*
*actionem*, cùm ipſius loci *natura* nocet. §. *15.* ibi: nocet,
*non naturaliter*, ſed *opere factô. l. 2.* §. *5. non poſſe me*
*aqu. pl. arc. act.* cogere vicinum? & ibidem: *neminem* co-
gi *hâc actione poſſe.*

ACTIO TAMEN UTILIS.] Ergò * dabitur *hæc*
3214 *actio pluviæ arcendæ*, & tamen dabitur *utilis?* An fortas-
ſis * *Auctori* hæc actio utilis eſt aquæ pluviæ arcendæ? Et
3215 quomodo * *utilis*, ubi nec *verba* nec *ſententia* actionis il-
3216 li facto congruunt? tum & * actio *pluviæ arcendæ* eſt *ci-*
3217 *vilis* actio: *l. 22. §. f. h. l. 21. pr. d. ſtatu liber.* nil de eâ
*Prætor.* Sed * *actio* illa, quæ datur dictô *caſu*, *l. 2. §. 5. h. l.*
3218 eſt *utilis ex Interdictô*, & ſic *Prætoria*, atque * *poſſeſſorii*
3219 *Judi-*

*Judicii;* de quâ & *l.1.* §. *fin. h.* Et * confundit illam aper- 3220
tè *Auctor* cum actione utili civili, quæ ſupponit *principia*
*actionis aquæ pl. arcendæ;* videlicet opus manu factum: &
ſolùm dicitur *utilis,* * quia datur *non Domino;* & ſic ra- 3221
tione *ſubjecti agentis,* in *d. l. 22. §. f.* * ubi illa directæ 3222
pluviæ arcendæ jungitur. *add. l.3.* §. *4. h.* Quin & *Auctor*
ipſemet * largitur, (*Lege* etiam hoc innuente,) quòd *uti-* 3223
*lis* illa actio in caſu *l. 2.* § *5.* ex *ſimplici æquitate* detur.
v. *l. 21. d. interr. act. l. 4.* §. *1. d. eo quod c. l.* At verò * 3224
tales non ſunt actiones illæ utiles *directis oppoſitæ,* quæ
*ex ſententiâ Legis* derivantur: & * abſurdè quis diceret, 3225
ubi talis actio educta eſt *ex ſententiâ Legis,* quòd ibi *jure*
*deficiamur.* ùt *d.* §. *5.*

COMMUNITER.] Imò * ipſæ *Leges* in his caſibus 3226
*denegant aquæ pluviæ arcendæ actionem. d. l. 1.* §. *3.* §. *7. h.*
Quid igitur hoc: *excipiunt communiter.*

ARATRO FACTUM.] Reſtrictio * ſcilicet *Aucto-* 3227
*ris* valdè idonea! Quoniam *Trebatius* de eo, quod *aratro*
factum eſt, non negat actionem, modò frumenti causâ
factum ſit: *Auctor* * infert, *tantùm* aratrô factum eſſe 3228
oportere. Ergò redit ad ſententiam *Mutii,* in *l. 1.* §. *3.** 3229
*rejectam.* Similiter, quod *Trebatius* non reſtrictè tradit
*de aratro:* ille ſic accipit. Et tamen protinùs *in* §. *4.*
ſequitur: * *ſed & foſſas eò pertinere. &c.* Quod * cùm 3230 3231
ipſum *Auctorem* largiri oporteat. Ad quidnam ſaluber-
rima ejus * obſervatio: cum magnâ cautione eſſe ad agros 3232
reſpiciendum, ut oporteat ſolùm *aratro* eſſe factum opus.
Utique * *nullum opus* ſub hac actione, ſive aratrô id fieret, 3233
ſive aliter, comprehenſum eſſe *Leges* voluêre, quod *agri*
*colendi* aut *frumenti,* quin & *frugum* causâ, fieret: *nullâ*
*reſtrictione* admiſsâ; ſed potiùs ut cuilibet *agrum ſuum*

3234 *meliorem reddere liceat,* * dummodò *non noceat* vicino,
3235 vel *agrum ejus deteriorem faciat. d. l. 1. §. 4. b.* (Sed *
non pertinet huc ſimpliciter, & ad jus *ſingulare agrorum,*
*§us. 11. ibid.*) it. *d. l. 1.* §. *7. Quæcunque* frugum fructuum-
que recipiendorum *causâ fiunt, extrà hanc eſſe cauſam.*
3236 *junct.* §. *8.* Et quid * cum *aratrô* ſuô *Auctor*, in *ſylvis* cæ-
3237 duis, *cretifodinis, lapidicinis?* Nam * talium locorum pro-
ventûs veniunt nomine *frugum? d. l. 1.* §. *7. b.* v. *l. 77. pr.*
§. *1. d. V. S.*

§. XLVI.

HAC OCCASIONE.] Scilicet * rationes ſervat *me-*
3238 *thodi* ſuæ, quâ accuratâ ſolet uti *Auctor*, ùt in grege &
3239 acervo doctrinarum. Quid *aquæ pluviæ arcendæ* actioni *
cum *puteo Auctoris?* Neque enim, ob canonem illum
communem, (quòd *in meo* quidvis *poſſim*, ſi *mihi proſim*,
licèt vicino lucrum inde abſcedat,) huc doctrinam illam
3240 referri oportuit: cùm * potiùs *JCtos Romanos* reſpicere
debuerit *Auctor*, qui doctrinam hanc, quæ non ſolùm
ad puteum, ſed & ad *quælibet commoda*, *aliis intercepta*,
veluti *luminis* in altiùs ædificando, & ſi quæ ſunt *innume-*
*ra* alia, pertinet, ad *tit. de damno infectô* retulerunt. v. *l. 24.*
3241 §. *f.* & *txx. ſeqq. d. damn. inf.* Ita * *Trebatius d. l. 24.* §. *f.*
non teneri me *damni infecti*, in re, in quâ *jure meô uſus*
*ſum.* & optimè *Ulpianus*, *d. l. 26.*
3242 REGULA TEMPERANDA.] Gratis * temperat
*Auctor*, diligentiam ſcil. *JCtorum Romanorum* emenda-
turus! Jam enim *Ulpianus* illam regulam in eò ipſo §. *11.*
*l. 1. d. aqua & aqu. pl. arc.* ſic declarat: *dum opus in alie-*
*nô non fiat.*

§. XLVII.

QVAM ÆSTIMATORIAM.] Ac ſi * non alia ſit 3243
*civilis* actio pro *injuriis vindicandis*, niſi *hæc Æſtima-
toria?*

OFFICIO JUDICIS.] At verò * non hæc eſt *actio* 3244
*criminalis injuriarum:* quippe quòd in eâ non implore-
mus *officium* Judicis; ſed perſecutio illa pœnæ *criminalis*,
ipſius *actionis* virtute, contineatur. Norunt,* quibus *Fo-* 3245
*ri* diſciplina cognita eſt, quòd cùm injuriatus non poſſit
in Libello ſimul cumulare *civilem æſtimatoriam* & *crimi-
nalem* injuriarum actionem, quippe quòd hæc non niſi
*extrà ordinem* competat: ideò poſſe ſolùm in libello * 3246
*excitare officium Judicis*, ut ille, *actione* licèt *criminali* non
inſtitutâ, nihilominus injuriantem puniat. Sed * hæc non 3247
eſt, nec eſſe poteſt, *actio* illa injuriarum *criminalis*. v. *l. ult.
ff. d. injur.*

ADMITTENDUM NON ESSE DICUNT.] Quaſi* 3248
hoc *Dd.* ſolùm dicerent. Et tamen hîc * *textus* ipſi di- 3249
ſertè hoc diſponunt. §. *10. Inſt. d. Injur. l. ult. C. eod. j. l. 39.
§. f. d. Procur.*

CUJUS RATIO ERAT.] Sed * non hæc eſt *ratio* 3250
adæquata, quippe quæ ſolùm *ad accuſatorem* pertinet.
Quòd verò *illuſtres*, & *ultrà*, actionem injuriarum, per
*Conſtitutionem Zenonis*, ſuſcipere etiam potuerint, * ùt 3251
*rei, per Procuratorem*, (quod magis eſt:) inde procedit,
ut quamvis contrà eos ſic quoque proferri poſſet, non ta-
men in eos *ferretur ſententia*; ſed ut Procurator illorum
nomine *condemnaretur*: (*al.* Cujac. *ad d. l. f. & in
ff. C. h.*) quâ ratione Principales illi *infamiam* evitabant.

*l.* 6. § 2. *ff. d. his qui not. infam. l.* 14. *eod. l.* 1. *C. d. ſent. & interloc. l.* 31. §. 2. *d. N. Geſt.*

3252 QVA HODIE CESSANTE.] Sed * non ceſſat ra-
tio in caſu quò *Illuſtres* illi conveniuntur. Quapropter
3253 non ceſſat penitùs * *d. l. ult. C.* per *Auctoris* tradita; nec
3254 * *Carpzovius* ipſum juvat *c. l. n.* 56. ubi de *reo* ſimul agit;
quippe quòd ad *Forum* ille *Saxonicum* reſpiciat. Quo-
niam verò *definitivæ* ſententiæ nunc non ampliùs *in Pro-*
3255 *curatores* feruntur. Hinc * in *Foro* intentionem *Zenonis*
hactenùs attendimus, ut perſonis *Illuſtribus* & *ultrà*, cùm
*injuriarum*, (vel etiam, ubi in aliis *infamia* haud dubiè
locum haberet,) damnantur, iisdem diſertè honor & *exi-
ſtimatio* in ſententiâ ſalva *ſervari* debeat.

3256 USU FORI.] Quodnam * eſt *Forum* illud? & qui-
busnam in locis habetur *actio æſtimatoria* pro *criminali*,
quando actor ſe declarat, quòd *pœnam piæ* vel *publicæ cau-
ſæ addicere* velit?

3257 HONESTUM NON REPUTETUR.] Ergonè * *in-
honeſtum* eſt actori, qui *pœnam* injuriarum *ſibi ſervat*?
3258 Annon * eadem eſt *cujuslibet* viri *probi* exiſtimatio, at-
que viri *in dignitate* conſtituti; ſaltim quantum ad *priva-
ta commoda* pertinet?

SI CRIMINALIS REVERA FORET.] Poterat ne-
3259 gare *Auctor*: Si * criminalis foret, non eſſet civilis: &
quia civilis eſt, ideò non eſt criminalis. Et quia eſt im-
poſſibile, actionem civilem eſſe criminalem, ideò impoſ-
ſibile eſt, aliquam actionem criminalem eſſe civilem.

§. XLIX.

3260 SINE DUBIO.] Quomodo * ſinè dubio: cùm poſt
*Azonem* diverſum ſentiat *Gomezius*, *Oldendorpius*, *Cujacius*,
*Weſen-*

*Weſenbecius* & *Altorffini* in *Conſil.* apud *Sandium Lib. 5. Dec. Tit. 8. def. 3.* quamvis verior ſit *contraria* ſententia, quæ & *Sandii* eſt *cum citatis*, quòd *perpetua* ſit.

§. L.

AD FAMAM PUTATIVE ABLATAM RESTITUENDAM.] Si * igitur *putativè* ablata eſt: etiam *puta- 3261
tivè reſtituatur!* Longè rectiùs alii, quòd *honorem externum*, qui *honorantis* eſt, nobis denegatum vel ſubtractum, (qui tamen nobis debetur,) actione illâ perſequamur. Quâ ratione non utique *opinioni vulgi* hâc in re quid indulgetur: quæ ratio *Auctoris* cerebrina eſt.

LICET DISSENTIAT CARPZOV.] Nec tamen
* in hoc, quòd actionem *ad palinodiam* exiſtimet eſſe *cri- 3262
minalem*; ſed quòd *Electori* placuerit modum imponere
perſecutionibus injuriarum, & * poſſet credi utrâlibet il- 3203
larum actionum ſatisfactum eſſe læſo potuiſſe.

§. LI.

INJURIARUM TENETUR.] Nec verò hoc * ali 3204
ter, niſi hoc *dolô malô* & in *contumeliam* rei feciſſe probari poſſit; v. c. ad labefactandam ſeu imminuendam fidem
ejus: ut ignominiâ *obarati* afficeretur, &c. Neque enim * 3205
*iniquum* judicium vel *actio* ad hoc ſufficit.

CAUTELA EST.] Nempe * ad hoc, ut debeat 3200
poſſe conveniri *hæredem actione injuriarum*. Quaſi oportеat ita cauſam, quæ aliàs in hæredem ſuâ naturâ non tranſit, & *vindictam* meram ſpirat, nec *patrimonii* eſt, dis-
ponere, ut in hæredem transferri poſſit. Sanè * eò non 3207
reſpexêre *Leges* unquam; quicquid ſit, quòd *per accidens* adverſus hæredes actio injuriarum tranſeat, ſi *lis* cum de-

functo deſuper *conteſtata* ſit. Aſt admittere & in auxilium venire, ut omni modô adverſus hæredes actiones injuriarum transmitti posſint: illud nec Leges ullibi ſuſce-
3268 perunt, nec id ratio patitur. Hinc quantum * ad *moras conventionis* attinet, ex quâ injuriarum actio naſci poteſt, ne per eas ipſe affectus injuriâ excidat actione ſuâ injuriarum, & ne injuriæ reus, inter moras illas, actionem injuriarum evadat, (indeque ſolius *præſcriptionis* metuendæ reſpectu,) *Elector Saxoniæ in der Churf. Proc. Ordn. Tit. VI. in fin.* conſtituit: *Dasſ in injurien-Sachen, da die injurien Klage von der convention dependirt, bisſ auf die litis conteſtation, dadurch actio injuriarum perpetuirt wird, incluſivè verfahren, und ſo dann der procesſ bisſ nach Er-*
3269 *örterung der Hauptſache, ſuſpendirt werden ſolle.* In * reliquis verò *Provinciis Ducum Saxoniæ* extrà Electoratum, ne quidem eô opus eſſe, *ad impediendum Præſcriptionem,* putamus; atque hinc *in der Goth. Proc. Ordn. c. 5.* diſpoſitum eſt: Quòd reconventurus adverſarium ſuum injuriarum actione, ex lite principali oriundâ, non teneatur eam inſtituere, priusquam *lis* iſta *principalis finita* fuerit: nec non in *Ordinatione Judicii* ſeu *Curiæ Provincialis* Terrarum illarum, *cap. 23. §. fin. Ob auch wol etliche dafür halten, dasſ wenn jemand eine Injurien-Klage, per modum reconventionis, anſtellen wolte, er damit auch noch vor geendigter convention, ad effectum interrumpendi annalem præſcriptionem, zum wenigſten bisſ auf die Litis conteſtation incluſivè, zugelaſſen werden ſolle. Dieweil aber ein ſolcher Reconveniens, der Verjährung halber, ipsò jure geſichert,* cùm non valenti agere non currat præſcriptio, *ſo hat es bey ieziger Verordnung nochmahls nicht unbillig ſein bewenden.* Indeque in *Curiâ Provinciali* ne quidem *reſpon-*

*reſpondere* tenetur reus ad actionem injuriarum, ſi vel maximè non niſi *ad usque Litem conteſtatam* peragi velit.

§. LII.

INNOCENTIAM SUAM.] Ac * ſi actiones injuriarum propterea inſtituantur, ut quis *innocentiam ſuam oſtendat?* Ac ſi * per hoc innocentiam ſuam oſtendiſſe credi posſit? quando aliquem *ex L. diffamari* eò adigere intendit, ut inpoſterum ille ſilere neceſſe habeat; cujus tamen nihil refert, ſi non ultrà crimen diffamato *palam imputare* poſſit. Quapropter ſatiùs eſt, remediô illô, licèt *præſcriptâ* actione *injuriarum* (quæ quidem, ſi jam dum non ſileat diffamator, ſemper inſtitui poteſt,) abſtinere, quàm in judiciô nil conſequi ulteriùs, niſi ut injuria ampliùs propaletur, & deinde diffamator cautiùs increpet. Neque utile eſt, ad hoc remedium recurrere aliter, quàm ſi diffamatio *non tam exiſtimationem* noſtram concernat, quàm *cumprimis jus* quoddam, quod in nos, vel circà res noſtras, diffamator *prætendit;* idque nobis grave exiſtat, noſtraque interſit, ut prætenſio illa aut tempeſtivè in judiciô debitô modô deducatur, & finem ſortiatur, per ſententiam Judicis; aut ut brevi perimatur, ipſi diffamanti perpetuô impoſitô ſilentiô. Sic enim, ſi quid fortè in eâ diffamatione concurrit, quod exiſtimationem noſtram lædere eique officete poteſt; (ùt ſi quis prætendat, bona, quæ posſideo, non mea eſſe, ſed ad ſe pertinere: me debere ipſi omnia, & in ære ipſius totum, vel ex parte aliquâ eſſe: ipſum eſſe verum alterius hæredem, illam ſponſam ipſius eſſe, ſe agnatum eſſe, ſimultaneè inveſtitum, & ſimilia;) iſtud ſimul unà cum eô, quod diffamato 3270 3271

famato grave eſt, per ſilentium, in causâ præcipuâ & prin-
cipali ei injunctum, disſipatur.
DIVERSO PLANE FUNDAMENTO.] Imò * *idem*
3272 quidem *fundamentum* & cauſa eſt, diffamatio ſcilicet, *Cu-*
3273 *mulationem* * verò actionum hoc potiùs impedit, quòd
3274 *finem* habeant planè *diverſum: diverſa* * quoque *Fora* ſ.
Jurisdictiones ſortiantur. Vide pluribus *Finckeltbuſ.*
3275 *Obſ. 55.* & *Carpzov. d. Def. 15.* Et *neuter* horum * ratio-
nem in *diverſo fundamento* quærit. *Richterus* verò in-
ſuper rationem, quam neuter iſtorum habet, adducit, quo-
niam *ordinarium* remedium cum *extraordinario*, quale
diffamationis eſt, *cumulari* non posſit.
3276 EO LIQVIDIOR SIT.] An autem * *injuria liqui-*
*dior* eſt, ſi diffamato *ob contumaciam* in non comparendo
3277 ſilentium impoſitum fuerit? nec * unquam ille factum vel
3278 imputationem voluerit *probare*; quod * nec ad *Judicium*
*diffamatorium* pertinet: quomodo itaque dici poteſt, ideò
fieri liquidiorem injuriam, quia diffamans imputationem
probare non potuerit? Solus * utique *exitus* erit judicii
3279 diffamatorii, quòd adverſario *ſilentium* illius imputationis
3280 impoſitum ſit. An * per hoc *probavit injuriam* actor;
3281 & * an probavit animum *doloſum* & injuriandi in adver-
ſario?
QVAMVIS HÆC SENTENTIA TEMPERANDA
3282 SIT.] Sed hoc * non eſt temperamentum *Auctoris*. Ipſe
3283 enim * *Richterus*, quem ad hoc citari oportebat, qui non
minùs ad *Carpzovium* de Officio Magiſtratûs, in caſu no-
tabili agentem, provocat, exactiùs hoc definit. *Mevius*
3284 * autem in *P. 1. dec. 41.* nil habet de diffamatione, ſed in
*IX. dec. 103.* quòd *denunciantem* non debeat pati Magiſtra-
tus fatigari *Proceſſu diffamatorio*. Quæ quidem deciſio
æquè

æquè ad *h. l.* non pertinet: cùm illa denunciantem tueatur; qui *diffamationis* argui vix poteſt, eò quòd ipſi *judici* indicia *deferat*.

§. LIII.

INJURIAM INFERRE.] At verò * quomodo inju- 3285
riam mihi infert, qui *in jus vocatum ſinè dolò malô* aufert?
nam adverſus hunc æquè competit illa *in factum* actio.
*l. 3. §. 2. ne quis eum qui in jus voc.* Tum * & *hæredibus* 3286
datur, ſi eorum intereſſe quiverit. *l. 5. §. f. eod.* Quorum
ſanè neutrum actioni *injuriarum* competit. Eſto etiam,
aliquô caſu actionem hanc ſpirare *vindictam.* Eſt tamen
& ſic illa magis * *publici nominis*, eò quòd eximens ille 3287
violare creditus fuerit *jus populi;* cujus *auctoritate* fiebat,
ut *ſinguli* ſingulos *rapere in jus* potuerint. Et ceſſat ſanè
* actio illa, quando quis *ad pedaneum judicem* vocatum 3288
exemit. *l. 3. §. 1. h.* Sic * & injuria non poteſt credi fa- 3289
cta eſſe ei, qui fortasſis *calumniator* eſt; & tamen ille eam
*pœnam* perſequi valet. *l. 5. §. 1. eod.* Denique * ſi in *effe-* 3290
*ctu non exemptus*, ſed nihilominùs adhuc productus eſt,
annon *quantum in ſe* fuiſſet, perfeciſſet injuriam eximens?
& tamen eô caſu adverſus illum *non datur* actio. *l. 5. §. 2.*
Quâ ratione itaque dici poterit? *nullum* eſſe *dubium*, eximentem quoque *injuriam* inferre actori.

SED ET UT NON MOVERENT.] Nimirum * ex- 3291
hinc inferre vult *Auctor*, dari etiam poſſe actionem *de*
*calumniâ*, ubi nos *injuriâ nullâ* afficimur ab eo, qui pecuniam accepit. At verò non tam illa de calumniatoribus actio dicitur *injuriarum* actioni *ſimilis* eſſe, quòd * 3292
actionum *cauſæ* invicem comparentur; ſed * quoniam 3293
*objectum* utrobique tale eſt, ſaltim * *aliquô caſu*, in actione 3294

*de calumniatoribus ;* quando ſcilicet Actor perſequitur in ipsô etiam *quadruplo*, quod ei ex patrimonio *non abeſt : l. 3.* §. *fin.* & *l. 7. d. calumniatoribus.* hinc actioni injuriarum accedere dici poteſt ; quàm maximè tamen in eô, quòd
3295 * *hæredi* non detur ullatenùs, nec ratione *tripli pœnæ*, nec ratione *ſimpli :* ( pro quo aliter hæredi ejus, qui dedit calumniæ causâ pecuniam, proſpectum eſt : *l. 4. eod.* ) indeque referatur ad eas, quæ *ex delicto hæredibus non competunt ;* ( ſecùs atque *pœnalis furti* actio, ) quæque *vindi-*
3296 *ctam* ſpirare dicuntur. Quid verò hoc, * in omnibus reliquis, ad actionem *injuriarum ?* Utique malè habent *connexiones Strykianæ.* Apage *Tabulas*, quibus tantam accurationem impendere oportet!

3297 POENALIS.] Imò * *mixta* eſt : etiam ex parte *rei*, eô caſu, quô actori ex ipſius patrimonio nil abeſt. *l. 5. §. 1.*
3298 *d. calumniator.* Et * dudum reprobata *Antonii Fabri* ad illam *l. 5.* §. *1.* in *Rationalibus* ſententia.

§. LIV.

QVANTI INJURIAM ÆSTIMAVERIT.] Hoc
3299 falſum eſt ; neque * enim hîc ad *injuriam* reſpicitur. Non
3300 etiam ſtat * penes actorem, *quanti* nunc injuriam *æſtimare* velit. Sed ſimpliciter in hoc actio competit, *quanti*
3301 * *ea res eſt* ab actore *æſtimata*, de quâ *controverſia* eſt: etiamſi in veritate ei nil debeatur. *l. 5.* §. *1. h. ne quis eum, qui in jus voc.*

3302 DETENTUS.] At verò * cùm huic non detur actio ( ſed vocanti, *l. 1. pr.* §. *f. l. 2. l. 3. pr. d. t.* ) quomodo is æſtimare debebit?

3303 ACTIO AD INTERESSE DATUR.] Imò * non ingreditur hanc actionem *intereſſe :* quoniam datur, *etiamſi*

*nil*

*nil debeatur*, & actor *calumniator* fuerit. *d. l. 5. §. 1.* Et licèt 3304
*Prætor ſimplicem* quoque *vim* in eo reſpiciat, quamvis *do-*
*lus* malus *ceſſet; l. 3.* §. *2. eod.* tamen etiam * in hoc eo- 3305
dem *caſu* nullibi datur actio *in diverſum quid.* Imò * *in* 3306
*eximentem* concepta eſt. Unde in *l. 4. eod.* dicitur: exi-
mere eſt *quoque modo* auferre. Et dehinc * *l. 5.* §. *1.* di- 3307
citur, in eum, qui vi exemit, judicium dabo in id, *quanti*
*ea res eſt.* Quod quidem, quantum de cætero quoque
ab hoc *quod intereſt*, differat, omnes nôrunt. Interea
*Auctor* hoc aſſertum ſuum probare nititur per *l. 3. pr. de*
*eo per quem fact. eſt:* quô ipsô imperitè * confundit *actio-* 3308
*nem* illam, quæ in *tit. ne quis eum qui.* proponitur, cum
eâ, quæ *in tit. & Edicto, de eo per quem factum eſt*, con-
tinetur, atque ſic *integros titulos.* Enimverò ut cognoſcat
*Strykius*, quàm multis modis *differant* hi *Tituli*, ex ſequen-
tibus id colligat. In *Tit.* * *de eo per quem factum eſt*, 3309
tantùm *dolus* coërcetur. Ex eô * quoque actio illa datur 3310
in eum, qui *fidejuſſorem impedivit*. Datur * etiam *ipſi*, qui 3311
*impeditus* ſeu detentus eſt, quando ejus intereſt, pœnam
eô nomine, quòd non comparuerit, commiſſam non eſſe.
Datur * in id *quod intereſt;* nullatenùs in *pœnam:* & hinc 3312
ſi *plures* impediverint, *unô* ſolvente, cæteri *liberantur.*
Nec * datur ſi quid *calumniæ causâ* petitum fuerit. Datur * 3313 3314
impedito vel *reô* vel *actore.* Et denique * *ſatisdatione* 3315
jam *interpoſitâ.* Studeat itaque *Juri Romano Strykius*,
& ea quæ neceſſaria ſcitu ſunt, ad ſubtilia non referat;
aut ceſſet agere de his, quæ ex *Jure Romano* proditæ ſunt,
*actionibus.*

§. LV.

FISCO INFERENDA.] Ubinam * reperitur *abolita* 3316
eſſe actio illa *popularis?*

HODIE NON OBTINEAT.] Et in eô provocat ad *Uſum ſuum modernum Pandectarum.* Sed valdè anguſtus eſt ille Uſus, & longè infrà dignitatem Pandectarum; quin & pleriſque locis malè inſtructus, uti nullô negotiô oſtendi poſſet. Num enim quod actionem *de in jus vocatione* attinet, propterea hunc articulum totum *ab uſu* ceſſiſſe dici poteſt? quòd in *unô alterové articulô* aliter nunc ſervetur. vid. *Lauterb. I. diff. Würtenb. 18.* Et num judex *litem ſuam* faciet? qui *hodiè*, quando abſque ullâ obteſtatione quis eum, cui ſanctiorem reverentiam debet, judiciô pulſat, eidem *pœnam*, ſaltim *non ultrà 50. aureos*, imponit. v. Weſenb. *Conſil. 337. n. 105.* & *al.* Quanquam hîc etiam ad cujusque *Fori* obſervantiam, & contraria *præjudicia*, omninò attendendum ſit.

§. LV.

3317 SINGULARE.] Nil eſt * in eô *ſingulare*, quòd Ju-
dici culpa ſeu imperitia Aſſeſſoris imputetur; quippe in
3318 quo ratio *quaſi delicti* conſiſtit: non * in eô, quòd is quid
*fecerit* vel non fecerit, qui ex imputatione illâ tenetur.
3319 Sanè ſi ad judicem pertineret, ut ſententiam * conciperet,
isque *culpâ propriâ* laberetur, non ille ex quaſi delicto,
ſed ex *vero* obſtringeretur.
3320 NON EX DOLO.] At verò hæc * non eſt ratio:
3321 neque * enim ob *imperitiam* quoque huc referri poſſet,
ſi de *propriâ* ejus, & non de *imputatâ*, imperitiâ, ageretur:
3322 nam & *dolus* * *Aſſeſſoris* huc pertinet, atque in ſeriem
*quaſi delictorum, quoad Judicem*, referendus eſt. Impe-
3323 ritia verò *propria Judicis* * & *dolus* ipſius *proprius* ad quaſi
delicta referri non poſſunt.
3324 CORPORALE.] Quaſi verò * non etiam *damna* in
*corpus*

*corpus* data, imò *ablationes rerum*, & *injuriæ corporibus* illatæ, huc redigi oporteret, quoties *aliis imputari* poſſunt: ùt ex delicto *de receptis*, item *de dejectis &c.* ſatis conſtat: neque * etiam *civile* damnum eſt unicè, quando per 3325
Judicem quis, cumprimis *in rebus*, læditur. Quòd verò *Medici culpa* ad *L. Aquiliam* relata eſt: illud non ſolùm 3326
inde procedit, quòd ille in *corpus* damnum dat; ſed quòd *culpâ propriâ* delinquat. Neque * enim in hoc ratio *de-* 3327
*licti veri* conſiſtit, quòd *dolô* illud perpetratum eſſe oporteat; ſed quòd ex *factô* cujusque *propriô*, ſive *doloſum* illud, ſive *culpoſum* fuerit, delinquens teneatur. Quâ ratione * non potuit *Medici* delictum ad quaſi delicta re- 3328
ferri.

ÆQUUM VISUM FUERIT.] Pro *qualitate * culpæ* 3329
ex facto Aſſeſſoris: cùm ipſe ſaltim *pronunciaverit. l. 15. pr. §. 1. d. Judic.* Quid * enim ſi *appellaverit* gravatus, & 3330
ſumtûs repetere nequiverit. *Certa* * verò *pœna*, in hoc 3331
quaſi delictô, imponi reo non potuit.

POENAM.] At verò iſta * *pœna* non eſt: cùm non 3332
aliud perſequatur, quàm hoc, quod ipſius læſi *intereſt*; indequè * pœna ſolùm eô reſpectu dicitur, *pr. Inſt. d. Obl.* 3333
*quæ ex quaſi del. naſc. & l. 6. d. extraord. cognit.* quoniam Judex præſtare quid actori cogitur, quod *ipſi Judici* ſ. reo *non adeſt.*

PRÆTER QVAM POENAM.] An ergò * *duplici* 3334
*pœnâ* afficietur reus? Non enim *ſolida litis æſtimatio* pœna fuerit minùs, quàm ea *præſtatio*, de quâ diximus. Sed falſa eſt hæc *Auctoris* doctrina, & confundit * ille *quaſi de-* 3335
*lictum* cum *vero*; dum veri delicti pœnam *ſimul judicem* ſubire vult: qui tamen dictô caſu verè non deliquit. Imò * qui illud præſtat, quod *æquum Judici viſum* eſt: ille non 3336
etiam

etiam *ſimul* in *ſolidam litis æſtimationem* conveniri poteſt.
3337 Videlicet * aut Judex *ex quaſi delictò* & *culpa alienâ* convenitur: & ſic tenetur ob imprudentiam, (quâ ſibi deperito magis Aſſeſſore, aut ingenuò, non proſpexit; indequè *aliquid* peccâſſe intelligitur, *d. pr. Inſt.* & *l. 6.*) in quantum de eâ re *æquum* religioni *judicantis*, cui Judex ſubeſt, videbitur. *dd. txx.* Aut verò *doli* argui poteſt: ita verò *in ſolidam litis æſtimationem* convenietur. *l. 15.* §. *1.*
3338 *d. Judic.* (nam * in *l. fin. d. extraord. cogn.* nihil ejus habetur:) quia & *infamiâ* notatur, & ſi quid acceperit judicii *corrumpendi* causâ, in *triplum*; in *duplum* verò ejus quod *promiſſum* eſt, in cauſâ *civili*, mulctatur. *l. 2.* & *Auth. Novo. C. d. pœnâ jud. qui malè judic.* (ubi & de *criminalium cc.* Judice.)

3339 MULTO MAGIS OBTINET.] Imò * *non aliò caſu* obtinet.

§. LVI.

3340 NOBIS IMPUTATA.] Ergonè * *ſeponit* à cæteris quaſi delictis *imprudentiam Judicis?*

3341 DAMNO.] At * verò nemo *JCtorum* damna illa aliter appellat, quàm *pauperiem:* quoniam non dicitur *damnum* dari, niſi *injuriâ facientis. pr. Inſt. Si quadr. paup. l. 1.* §. *3. in fin. pr. eod.*

3342 PROMTIUS TAMEN.] Imò * *unicum*, quodque
3343 huc pertinet: nam * actio *contrà* ipſum *dejicientem* abhinc aliena eſt.

PINGUIOR PETITIO.] Quoniam in hoc *Edicto* Prætor *ad iter publicum* reſpexit: cùm quidem in *L. Aquiliâ* etiam *reliqua damna* continerentur; in quibus tamen
3344 ſæpè *non minùs pinguis* eſt actio, quando * res *retrò æſtimatur.*

*matur.* Indeque * *virtute ſuâ* itidem aſcendere, & imò 3345
nonnunquam *ultrà* poteſt.

PERPETUA EST.] Quæ * verò de eo eſt, quòd *ho-* 3346
*mo liber perierit*, ùt & ſi de eo, quod libero homini *noci-*
*tum* eſt, *alius* experiri velit, *annalis* eſt. *d. l. 5. §. 5. de his*
*qui effud. vel dejec.*

MIXTA.] Imò * *non* eſt *mixta*, niſi in caſu *damni* 3347
dati *in rebus.* Aliàs verò aut * *ſimpliciter* eſt *pœnalis*, ob 3348
*hominem liberum occiſum;* aut * *ſimpliciter rei perſecuto-* 3349
*ria;* ùt ſi ei *nocitum* ſit. §. *1. Inſt. d. Obl. quæ ex quaſi del.*
*naſc. l. 1. pr. §. 5. l. 7. d. his qui effud. vel dej.*

§. LVII.

SED QVI POSUIT.] Equidem actio *de poſitô* vel
*ſuſpenſo* in eum competit, qui poſitum habet. §. *1. d. t. l. 5.*
§. *6. 11. ff. de his qui effud.* etiamſi *non* ſit *Dominus:* nam
* & *inquilinum* ædium eſſe vel *cœnaculi* ſufficit; imò ſi ibi 3350
quid *habeat*, quamvis *non inhabitet*, *l. 5. §. 8. 11. ibid.* ſive
*is* eò *poſuerit*, ſive *alius.* Quid verò ſi quod poſitum vel
ſuſpenſum fuerat *ceciderit & nocuerit? Strykius* vult, ad-
verſus eum, qui poſuit, eſſe agendum, & quidem *actione*
*in factum;* non adverſus eum, qui poſitum habuit: atque
hoc ex *l. 5. §. 12. d. l.* probari putat. Sed actio, quæ ibi
adducitur, quæque non appellatur * *in factum*, ſed *ſimpli-* 3351
*citer* & nudè exprimitur, * *non eſt actio de poſitô vel ſu-* 3352
*ſpenſô.* Nam hæc non competit de eô caſu, quô quid * 3353
*deciderit:* tum & competit adverſus eum, * qui *poſitum* 3354
*habuit*, & in hoc * *quòd* quis *poſitum* quid *habuerit.* At 3355
verò hìc *decidit;* cùm actio de poſitô ſolùm locum ha-
beat in eô, quod nocere *poterat:* quin & eô caſu, quô
jam *nocuit*, * non ad illum reſpiciendum eſt, qui *poſitum* 3356
*habuit;*

*habuit;* quippe quòd actio de poſitô & ſuſpensô in hoc
7335 non ſufficiat; ſed * imò, cùm inhabitator nunc non am-
pliùs poſitum habeat, *ceſſet* illa vel deficiat. Ex quô ſe-
quitur, ob damnum illud datum, haberi *quaſi dejectum*
3358 vel effuſum fuerit *ab eo, qui poſuit;* indeque * in hunc
ſolum agendum eſſe *de dejecto* vel *effuſo*, ſeu ex *parte*
Edicti *priori: d. l. 5. §. 12.* quæ quidem non utique eſt *in factum*, ſed *de dejectis vel effuſis*, actio. Quòd ſi verò poſitum vel ſuſpenſum *ita* non fuerit, *in protecto* ſcilicet, vel *ſuggrundâ*, (uti *verba Edicti* habent,) cujus rei *exempla* ſunt in *eód. §. 12.* & *tale quid* deciderit, & tranſeunti damni quid dederit, (quoniam ſic & *legitima* & *bonoraria* actio *deficit*,) *ad exemplum* dictæ *actionis* de effusô vel dejectô danda eſt *utilis actio.*

### §. LVII.

SERVI PROPRIE SIC DICTI.] Imò * ſervi *proprii* ipſius exercitoris; quippe in quibus veniá dignus fuerat, ſi quales quales ad inſtruendam navim adhibuiſſet. *l. 7. §. 4. Naut. Caup. Stabul.* Nam * ſervorum *alienorum* nomine non ceſſat. *d. §. 4.* Ex quô id probandum erat, quod
3359 hîc *Auctor* tradit; non etiam * ex *l. un. §. 5. Nautæ, Caup.*
*Stabul.* nam in eô titulo cumprimis de *verô* delicto, & qui-
3360 dem * *ſolius furti*, agitur. Quanquam non minùs in hoc
ſervum illum, qui furti convictus fuerit, *noxæ dedere* poſſit Dominus, *d. l. un. §. 5.* ſicut *in Edicto* de *receptis* ex *quaſi delicto;* cùm utrobique, ùt domeſticum malum, conſideretur. *d. §. 5.*

### §. LIX.

3361 PASSUS DAMNUM.] Rectiùs: * quâ *læſus*, ut ad
delicta *privata* omnia meliùs referri poſſit. Hinc in
gene-

genere dicitur *l. 2. §. 1. de noxal. action.* ſi *noxam* com-
miſit.

## §. LX.

IN FACTUM DE PAUPERIE.] At verò hæc actio
eò ipsò * non eſt *in factum*, quòd eſt *de pauperie*; ſuum- 3362
que * *nomen certum* ac *ſpecificum* habet : cùm & * ex 3363
*L. XII. Tabul.* hoc nomine actionis *de pauperie* compara- 3364
ta ſit. *pr. Inſt. ſi quadrup. pauper. fec. dic. l. 1. pr. ff. eod.*

IN REM SCRIPTA ACTIO.] Perperam dicun-
tur actiones *noxales* eſſe * *in rem ſcriptæ*. Nam quæ in 3365
rem ſcriptæ ſunt, illæ perſequuntur *rem, quæ petitur*, ea-
que * in *actionem* venit. Sed noxa ſ. *caput ſervi* non
venit in actionem; quamvis actionem adverſus eum, qui
ſervum *tenet*, dirigamus. Imò ne quidem * *in ſenten-* 3366
*tiam* præcisè, & nec * in *judicati actionem*, venit ſervus: 3367
quâ ratione itaque actio noxalis poteſt dici *in rem*, ſeu * 3368
in *ſervum illum*, ſcripta eſſe? Evincitur id protinùs ex * *l. 6.* 3369
*§. 1. d. re judicatâ.* ibi: Decem aut noxæ dedere condemna-
tus, *judicati in decem* tenetur: facultatem enim noxæ de-
dendæ *ex Lege* accipit. *Judicium ſolius noxæ deditionis*
nullum eſt, ſed *pecuniariam condemnationem* ſequitur; &
ideo *judicati decem* agitur: his enim *ſolis* condemnatur:
noxæ deditio *in ſolutione* eſt, quæ *è Lege* tribuitur. Eſt-
que illa deditio * *in beneficio rei conventi.* Quòd verò 3370
actiones *in rem* ſcriptæ adverſus poſſeſſores dirigi posſint,
hoc eſt ex ipsâ * *naturâ actionum illarum*, & *in jure* 3371
* *actoris*. Quapropter etiam non præcisè neceſſarium 3372
eſſe *Interpretes* docent, ut *ſententia* * in *noxali* judicio 3373
*alternativè* concipiatur: neque enim iſtud *Ulpiani* doctri-
næ in *d. l. 6. §. 1.* ſatis congrueret; verùm ſufficere, ſi Ju-
dex *noxæ deditionem* condemnato ob delictum ſervi *non*

*adimat.* Nam hæc, & non alia, mens eſt Imperatoris in §. *1. Inſt. d. Offic. Jud.*

3374 IN NOSTRA POTESTATE.] Sed verius eſt, ob * *feram* ceſſare penitùs hanc actionem *quadrupedariam:* cùm ſibi imputare debeat, qui propiùs ad eam acceſſerit.
3375 Idque per *textum* apertum * in §. *1. Inſt. Si quadrup. & l. 1. §. 5. ff. eod.* Itaque tunc demum ejus nomine dominus ejus tenetur, ſi illam habuerit in eô locô, ubi *etiam cauto nocere* potuit, atque hoc ex *Ædil. Edictô:* aut ſi *culpa* quid ipſe admiſerit, ut evadere fera & alii nocere quiverit; *dd. txx.* idque ex *L. Aquiliâ*, aut *in factum* actione.
3376 Nec facilè * *fera cicurata* inter animalia manſueta ſeu non fera, hâc etiam parte, referri poteſt. Nam & Leo & Elephas fieri poteſt tractabilis. v. *Scriptores ad* Senecam *l. de benef. c. 3.*

AD

# SECTIONEM II.

De

## Actionibus Realibus,

## MEMBRUM I.

De

## *Dominio & actionibus inde oriundis.*

§. 1.

EX FACTO.] Quæ in hoc deſideranda veniant, *ſuperiùs* expoſita ſunt.

VEL

VEL FACIENDUM.] Similiter. Cùm enim plura ſint, quæ commodè ad *res* & *facta*, in obligationem deducta, referri nequeant, ſed poſtmodùm ferè exoriantur; ut tamen Leges contenta hæc eſſe *virtute obligationis* voluerint: hinc * & *præſtationum* in definitione obligationis 3377
mentionem facere *JCti* ſunt ſoliti. v. *l. 2. d. Uſur. l. 3. §. 1. d. Uſufr. l. 17. d. R. V. l. 9. ſol. matr. l. 11. d. N. G. l. 149. d. R. J. l. 25. §. 9. Fam. Erc. l. 1. pr. d. Rer. permut. &c.* cumprimis §. *1. Inſt. d. Actionibus*, ibi: & *aliis* quibusdam *modis.* junct. *Hotom. Coraſ.* & *al.*

RES REPETENDA.] At verò * quot actiones in 3378
omni genere *realium* dantur, ubi *res* non repetitur? Igitur ſcribat verè & accuratè Strykius, ſi poteſt, eâ εὐφυΐᾳ, quâ ſolent ac debent *JCti*, maximè cùm ſcribat *Juvenibus*; nec *cautelâ* cautelarum utatur, quòd *non gloriæ ſuæ* ſcribat: quod ſanè verisſimum eſt; aut ſcribere deſinat.

FACTUM NULLUM INTERCESSERIT.] Etiam hoc * non eſt diſcrimen inter actiones *reales* & *perſona-* 3379
*les*; ſed quòd hæ * *ex Jure ad rem*, iſtæ ex *Jure in re* na- 3380
ſcantur. Et millenæ ſunt acquiſitiones rerum ſ. jurium in re, quæ * *non* ſunt *absque* interceſſione ſ. interventu 3381
*facti*, etiam * *ipſius*, *à quo* rem *acquirimus?* idque * *variis* 3382
*modis.* Cùm itaque deſtitutus ſit ſolidis & accuratis prin- 3383
cipiis *Auctor*: mirandum non eſt, quòd ipſemet ubique confundatur, & confundat imperitos alios.

SI JURE AGENDI DESTITUATUR.] Quis verò * 3384
de hoc dubitet?

REM DIMITTERE.] An * quia res apud ipſum eſt? 3385
Cùm verò *Auctorem* non juvet, quam adducit, * *corre-* 3386
*ctio textûs*; quæ tamen inepta eſt: eò quòd verum ſit, poſſeſſorem rei meæ * *nullò jure*, perſonali ſcilicet, 3387
quale

quale eſt *obligationis*, mihi teneri: ipſe quoque indignè
3388 * reſpondeat, non meliùs reſponſurus ad *pr. Inſt. eod. tit.*
ubi: quod ſibi *debetur.* junct. §. *1. d. t.* Ideò dicendum,
3389 eſt, in *actione reali* * non *deberi* nobis *jus ipſum in re*, ſed
*poſſeſſionem;* veruntamen hoc *non jure obligationis*, ſed
vi *æquitatis Legalis*, ceu *Dominæ rerum*, quæ cuique ſuum
*tribui vult;* & ſic jure *actionis.* v. *l. 82. pr. d. V. O. l. 7.*
§. *2. d. aur. & arg. leg. l. 178. §. f. l. 108. d. V. S. l. 28. d. V. O.*
3390 An ergò * ſalva eſt res, per *Strykium?* imò verò ex ipſius
3391 explicatione * tot abſurda ſequuntur!

§. 11.

3392 JUS ERGO PETENDI.] Quaſi * non etiam in
*empti*, ſtipulationum & aliis actionibus *perſonalibus*, qui-
bus *res* petitur, in controverſiam veniret *jus rem petendi?*
Hæc eſt illa perſpicuitas *Strykii!* ſed ignoſcendum eſt ei,
cùm ſubtilia non didicerit.

3393 OCCASIO TANTUM.] Licèt verò * *ex poſſeſſione*
non proficiſcatur ſeu generetur hæc actio: (quanquam non
3394 videam, quomodo ille tueri velit* *Remedia ſua poſſeſſoria;*
dum *poſſeſſionem Juris in re ſpeciem* conſtituit: an enim
3395 ſic quoque * *poſſeſſio adverſarii* non erit *cauſa actionis*,
3396 ſed ſolùm *occaſio?*) Tamen in rerum *ſingularium* * *vindi-*
3397 *catione* non poteſt dici *occaſio:* cujus * *vocis* ſignificatum
3398 ignorat *Auctor;* ſed * *conditio ſinè quâ non*, quæ ſanè lo-
cum *cauſæ*, ſaltim *ex parte rei*, ſubit. Nam licèt non *ex*
*jure rei conventi* agat; tamen *jus actori competens* opera-
ri non poteſt, citrà illam *conditionem* ſinè quâ non. An
igitur *poſſeſſio* hîc eſt *ſolùm occaſio?* Diſcat *Auctor* Philo-
ſophiam, aut abſtineat terminis, quos nemo adhibere pot-
3399 eſt, niſi *Philoſophus*. Hinc * *JCti*, quos *exactiſſimâ Philo-*
*ſophiâ*

*ſophiâ* imbutos fuiſſe conſtat, vindicationem *ex poſſeſſio-*
*ne* eſſe ſcribunt. *l. 24.* §. *2. d. judic.* & * *Impp.* non minùs. 3400
*l. 1. C. d. alien. jud. mut. c. f.* Nolim quidem *Auctorem*
ablegare ad antiquam illam * *contravindicationem*; de quâ 3401
*in* §. *1. in fin. I. d. Action.* (utut eum, qui *JCtum* ſe eſſe
profitetur, oporteat ſanè *Inſtit.* interpretandi facultatem
habere,) ex quâ cognoſcere poſſet, quòusque *poſſeſſionis*
rationem *in R. Vind.* habuerint *JCti Romani*; quanquàm
dehinc ea ceſſaverit. *l. 4. C. d. edend.* Expendat modò ille
* *Heredit. Petitionem*, ad quam non ſufficit *occaſio*, quam 3402
*Ipſe* vocat, nec quòd *rem* ibi *deprehendat* hæreditatem pe-
titurus; ſed oportet ut reus profiteatur, *ſe poſſidere pro*
*herede*, aut *pro poſſeſſore*; ſecus hæreditatis petitio adver-
ſus eum ne quidem dabitur. *l. 7. C. d. Pet. Hæred. l. pen. C.*
*in quib. c. ceſſ. long. temp. præſcr. l. 23.* §. *7. l. 45. F. E.* junct.
*l. 11. C. d. Pet. Hær.*

CORRUIT.] Nempe quia * *corruit* poſſeſſio adver- 3403
ſarii, ùt loquitur *Auctor*, poſtquam ego actionem ad finem
perduxi. Hinc dum actionem deduxi in judicium, non
eſt reſpicienda poſſeſſio aliter, qvàm *occaſio?* Ergò omne
illud eſt *occaſio* alicujus actionis, quod *deſiturum eſt*, *actio-*
*ne finitâ?* Et * quia regulariter non attenditur, *qualis* ſit 3404
*poſſeſſio*. Ergo poſſeſſio ipſa non eſt ſpectanda? aut ſolùm
eſt ſpectanda ùt *occaſio*. Sanè ſi ſpectatur aliquando *qualis*
ſit: ſpectabitur utique * *in ſe* poſſeſſio, nec ſpectari pote- 3405
rit unquam *ùt occaſio*. Ea nempe eſt *Auctoris* ſubtilitas,
quam Ipſi meritò quis invideat: cùm nemo ſubtilitates
nocivas ipsô feliciùs exprimat. Quid enim *poſſeſſio* * in 3406
actione *confeſſoriâ* & *negatoriâ* conficit? Velim ille expli-
cet perſpicuè Junioribus, quâ ratione illa in hiſce actioni-
bus * *occaſionis* locum ſuſtineat. 3407

§. III.

3408 CIRCA IPSAM REM.] Imò non ſolùm *circà* ipſam
3409 rem. Nam & qui *perſonali* actione agit, is habet jus *
*circà rem.* Sic enim omni tempore accurati *JCti*, v. Sutholt.
*Diſp. 12. th. 2.* Taborem *P. 3. ſect. 3. partit. El. th. 2.* eique
*citatos & pll. alios.* Quibus in hoc ipſo differentia *jurium*
*petitorii* conſtituitur, quòd *realium* actionum cauſa ſit *jus*
3410 *in re, perſonalium* jus * *circà rem*, vel *ad rem.* Juxta
*Strykium* itaque is actione *reali* experiri poteſt, qui habet
3411 * *jus ad rem?*

3412 APUD PLEROSQVE.] Quisnam * verò eſt, qui du-
bitet? jure *in re* affici *rem ipſam*; niſi quòd *Strykius* de pri-
mis principiis ipſe ſecurus non ſit.

AN AD MINOREM NUMERUM] Quòd ſi verò
3413 priùs *de* * *ſpeciebus* non conſtet: (neque enim ſolùm *ſer-*
*vitutem* aliqui exinde, quanquam malè, ejiciunt; ſed &
*dotem* peculiarem conſtituere ſpeciem volunt:) de *nume-*
*ro* ne quidem quæri poteſt. Neque tamen etiam de *nu-*
*merô* ſolùm agitur; ſed expediendum erat *Auctori*, ne qui-
dem eâ μακρολογίᾳ, quâ in præcedentibus uſus eſt: quare
3414 * *hæreditas* non poſſit referri ad *dominium?* quare nec ad
3415 *ſervitutem.* Et cur * *dos* peculiarem juris in re ſpeciem
non conficiat? Ille verò opinatur (vel ſaltim per hoc im-
3416 ponere vult Lectoribus ſuis,) modò * *in effectu* conve-
niant: non opus eſſe, ut in *cauſas* & *conſtitutionem* cujus-
3417 que jurium illorum inquiramus. Nempe * *effectus* apud
3418 Ipſum eſt *abſque cauſis?* & * actiones *reales* in ipſius Ju-
riſprudentiâ *omnes* ſunt *ejusdem ſpeciei?* Imò ipſi *parum*
3419 *intereſt*, quamvis *numero* * *quinario* quid *detraxeris*: quod
ſanè fieri *per Ipſum* nullo colore poſſet; niſi concedat,

(ut

(ùt oportet eum, cui hac de re parum intereſt,) * *hæredi-* 3420
*tatem* ad idem *dominium* cum eô, quod ab hæreditate,
meritò diſtinguimus, redigendum eſſe. Proinde *Auctori*
jam * *dominium* eſt rerum *alienarum*, eſt *incorporalium*, 3421
eſt *univerſitatis* omnimodæ, & quæ ſunt alia?

ADDENDO JUS DOTIS.] Ergò ipſi *perinde* eſt,
an *jus dotis* ſit peculiaris juris in re ſpecies? Et tamen
jus dotis * non eſt *unius generis:* nec eſt ſimpliciter & * 3422 3423
ubique *jus in re.* Non etiam eſt * *univerſale*, niſi aliquan- 3424
do *objectivè.* Et falſum eſt, quòd ſit * jus *in re alienâ.* 3425

EMPHYTEUSEOS.] Ergone ad * jus *dominii* non 3426
pertinet? vel ſaltim num abinde excludatur, *Auctori* pa-
rùm refert? Nimirum an dominium emphyteutæ ſit
* *juris* an *rei?* ſed ſufficit *Auctori*, quòd inde * *actio effi-* 3427 3428
*cax* naſcatur. At verò * *quid*, & *ex* quâ *causâ*, proſeque- 3429
tur, quod intendit, cum actione illâ efficaci? Quid ſi
fuerit *inefficax* actio, quando tu negligis *cauſas*, *ex* qui-
bus * *efficacem* eſſe oportet? An * verò *cauſas* ſcrutari non 3430 3431
pertinet ad illum, qui *efficaces* actiones *inveſtigare* ſuſce-
pit? & tamen in *aliis* articulis de cauſis actionum, (ùt *ſu-*
*periùs* de *facto*, & longâ ejus ſerie, vidimus,) usque ad ἀλ-
λότρια penitùs, agit? Videlicet *controverſias* circà * juris 3432
in re *conſtitutionem* & veras ejus *ſpecies*, (quid enim *nu-*
*merabis*, ſi non *ſpecies* veras habeas?) relinquet ille *JCtùs*
accuratis & *Philoſophis*, quique recta & vera principia do-
ctrinæ habent; eaque illis, ne ineptire eos oporteat, curæ
ſunt.

QVINARIO INSISTEMUS.] Modò non labatur
Ille, dum tutiùs ſibi in *vulgatâ ſententiâ* hærendum pu-
tat! Cæterùm quâ ratione ſpecies additæ *ad dominium*
pertineant? non explicat. Adeò brevis eſt! Imò falſum
eſt

3433 eſt inſuper, jus *dotis* * ad *Dominium*, (niſi quà ùt pluri-
mùm dominium continet,) pertinere.

§. IV.

3434 PARS EST.] Quænam * ſunt *partes Dominii* aliæ?
3435 *Proprietas* * enim rationem Dominii *formalem* abſolvit:
3436 atque * jus *proprietatis* unum illud propriè & ſtrictè di-
ctum *Dominium* eſt.
3437 QUOD PROBARI POSSIT.] Ac * ſi in Foro
audiatur *dominium*, quod non *probari* poſſit? Quis du-
3438 bitat cauſam, quæ * probari non poteſt, nullam fundare
actionem.
VINDICATIONIS REQUISITUM.] Sed ita non
3439 erit * *occaſio!* An verò * idem ipſi eſt *requiſitum*, quod
3440 occaſio?
3441 FACILE.] Non * usque adeo facile! Expendat qui
3442 volet * *requiſita actionis ad exhibendum.* Si de *occaſione*
hujus actionis ad exhibendum, nempe de *poſſeſſione*, con-
3443 ſtaret: quicquid ſit de * *requiſitis* ejus!

§. V.

ACCURATE.] Quàm accuratè, ex *ſuprà* dictis
patet.
3444 EXHIBET IMP.] An * ergò *derivativas* non etiam
3445 ibi exhibet: tum & * cumprimis *modum*, quô acquiſitio
derivativa conſtat, pleniſſimè, pro ratione inſtituti.
3446 PENITUS SUBLATI.] Modò ſublata foret * juris
3447 prudentia *Romana*, & ad * *Uſum modernum Strykii* reda-
cta! ſic multis ille poſſet ſuperſedere difficultatibus, &
ſecurè indormire jurisprudentiæ ſinè principiis & Legi-
3448 bus; qualis Barbarorum ferè eſt. Ubinam * *ſublata* eſt
*peni-*

*penitùs venatio, aucupium, piſcatio?* & quæ eò pertinent.
Ubinam * *occupatio hoſtilis? inventio* * item in rebus *nul-* 3449
*lius, derelictis*, & ſim. Ubinam * tota ratio *acceſſionum*, 3450
(quam cum *Grotio* ſuô ad *originarias* referre debet,) in 3451
*fœtu animalium*, *avulſione*, *inſulâ* in flumine, *derelictò*
*alveo*, *ſpecificatione*, *adjunctione*, *commixtione*, *inædifica-*
*tione*, *plantatione*, *ſatione*, *picturâ*, *fructuum acquiſitione*,
& denique *theſauro*, quô cauſas iſtas obſignamus. De
quibus oſtendi poteſt, * dari *territoria*, in quibus *omnes* 3452
illi modi adhuc *ad privatos* pertinere poſſint & perti-
neant. Et eſto, quòd aliqui eorum ad *Regalia Principum*
deducta ſint. An propterea non pertinent * ad *actiones*, 3453
quas *Auctor* ſibi *inveſtigandas* ſumſit? ſaltim absque actio-
nibus talia ne quidem * *Princeps* tueri, etiam *adverſus* 3454
*ſubditos ſuos*, poteſt, ſi *jure* experiri velit. De illis enim,
quæ Principes ſibi * *Regalium* nomine aſſerere poſſunt, 3455
non intereſt, ut hîc agatur. Modò evincere liceat, *Aucto-*
*rem* hîc fiduciâ ſui nimiâ laborare.

TITULUM DERELICTI.] Jam ergò * *derelictum* 3456
eſt *donatum?* Jam * quod *originariæ* eſt acquiſitionis, eſt 3457
ſimul *derivativæ?* Jam * res, quæ in *nullius* eſt dominio, 3458
dum ab occupante acquiritur, eſt in dominiò *alicujus?*
Jam licet eſſe * *liberalem* in perſonam *incertam*, *absque* 3459
* *animò* liberalitatem exercendi? Jam fruſtrà delirârunt 3460
*Veteres*, quòd dubitarunt, an * *pactò* poſſit fieri *donatio?* 3461
Fuerat enim res per *cautelam* expedienda, ſi donator rem
* *dereliquiſſet?* Et ampliùs ille * confundit diſertè *jactum* 3462
*miſſilium* cum *derelictione*. Nam *jactus* quidem miſſi- 3463
lium eſt collatio gratuita, rerum ſparſarum in perſonam
*incertam*. At verò *non ſtatim* * *deſinunt* miſſilia eſſe 3464
*noſtra*, cùm ſparſa ſunt; ſed cùm *apprehenſa* fuerint ab

 aliis.

3465 aliis. *Derelicta* * verò *ſtatim noſtra* eſſe *deſinunt;* licèt necdum ab aliis occupata fuerint. §. 47. *Inſt. d. Rer. Div.*
3466 Quin & acquiſitio * miſſilium *derivativa*, ſed * derelicto-
3467 rum *originaria* eſt; quæque *ex voluntate prioris Domini* non ſuſcipitur.

3468 LEGATI TITULUS.] Quidni * omnia ad unum titulum referat? Hoc enim valde facit ad compendium turbulentum! quicquid ſit, quòd Legatum ſit *donatio quæ-*
3469 *dam* Imperatori & *JCtis*. Dum nimirum * *à defuncto* inſtituitur, idque *revocabiliter*, ut & *invito, nec acceptan-*
3470 *ti*, tum & *aliena res*, legari queat: & quid non in * *effe-*
3471 *ctibus* eſt differentiarum? Sed *Auctori* omnes * differen-
3472 tiæ dividiæ ſunt. Sufficit, quòd legatum ſit titulus * *dominii translativus*, item donatio! Enimverò ex hoc non eſt inferendum, Ergò legatum pertinet *ad donationem;* ne ſenſim referas *emtionem* quoque *ad Legatum* aut do-
3473 nationem. Nam * *impropriè* eſſe donationem, ſeu *quadantenùs* eſſe talem, non efficit, ut legatum magis, quoad hunc locum, ad donationem referas, quàm alium titulum dominii translativum quemlibet.

3474 JUDICATI.] Cùm per * *adjudicationem* traditur, vel
3475 ex * *titulo* ad transferendum dominium habili. *d. l. 3.* Nam
3476 aliàs multæ res tradi poſſunt ex causâ * *judicati*, quarum propterea *dominium* in accipientem non tranſit.

## §. VII.

3477 DOMINIUM RERUM DEFUNCTI.] Hic * immiſcet *ſingularium* rerum *dominium*, dominio rerum hæ-
3478 reditariarum. Niſi quòd ipſi *perinde* ſit, utrum ſit * do-
3479 minium hæreditatis, an dominium rerum ſingularum? Quid verò ad * rei vindicationem, de quâ hîc agit, dominium

minium rerum hæreditariarum? Niſi verò ad res ſingulas, quas in dominio ſuo habuit defunctus, ut pro eis Rei Vindicatione experiri poſſit hæres, id referas. Quod autem de *fideicommiſsô* hîc adducitur, illud fruſtrà ex *l.* * *37.* 3480
*pr. ad SC. Trebell.* quis probaverit.

IN SOCIETATE.] Quod tamen ad *cæteros modos* non pertinet. Nam in ſocietate volunt * *traditas* res eſ- 3481
ſe *mutuò ſuâ voluntate*. Aliàs oporteret omnes huc referre ſpecies, quibus * traditio *brevis manûs*, vel alia *ficta* 3482
intervenit. Oportet ſcilicet *ipſo jure* *, citrà *factum* ho- 3483
minis, aut *voluntatem* ejus, acquiri, quod ipſo jure acquiſitum cenſeri debet; ùt in *Legato*, cujus dominium Legatario *ignoranti*, protinùs à morte Teſtatoris, acquiritur.

RES ECCLESIÆ DONATA.] At verò * hoc me- 3484
ritò repudiat *Tuldenus* in *Cod. d. R. V. n. 4.* Chriſtinæus *vol. 2. Dec. 174. n. 21.* & cum *citt. Lauterbachius, aliiquè.*
Et quisnam tale quid ex * *add. l. 23. pr. C. d. SS. Eccleſ.* un- 3445
quam confecerit? multòque minùs etiam hoc ad * *Con-* 3486
*tractûs, cum Eccleſiâ geſtos*, porrexeris; quod nec * *textum*, 3487
nec *rationem* habet: niſi verò dixeris *pietati* hoc adverſum,
ſi quis cum *Brunnemanno* non ſentiat? Itaque nec * *civi-* 3488
*tatem* idem jus fictitium quid juvat. Quid enim * pro 3489
eàdem ex *d. l.* niſi *favorem in præſcriptionum jure*, educes?

IPSO JURE REDEAT.] Quoniam hoc ſcilicet utra-
que pars *voluit*. Quæ * ratio acquirendi dominii ab hoc 3490
articulô *aliena* eſt.

INSTITUI POSSIT REI VINDICATIO.] Qui
ergò * probat ſe *hæredem* eſſe, ſe *ſocium*: ille ſtatim pot- 3491
eſt inſtituere cum effectu *rei vindicationem*?

§. IIX.

SEU CONSTITUTUM POSSESSORIUM.] At ve-
3492 rò * innumeræ ſunt ſpecies aliæ, quàm *conſtitutum* illud, in quo traditio *brevi manu* adhibetur; quin & *inter tres perſonas* fieri poteſt.

§. X.

3493 VEL DETENTORES.] Sed hoc falſum eſt, ſi * *de-*
3494 *tineat à vindicante.* Nam * *lex. 9. d. R. V.* eſt accipienda de eo, qui rem noſtram detinet *ab alio;* ſive qui commodatam, depoſitam, *&c.* ab eô habet. At verò is reſpectu
3495 noſtri non detinet, ſed *posſidet.* Nil eſt * in *l. 36. pr. d. R. V. & l. 25. pr. d. O. & A.* de detentore.

3496 CONJUNGERE.] Sed *Jure Civili* * *cumulatio* duarum vel plurium actionum, (niſi quânam agendum ſit *alternativè?* dubium ſit, *l. 1. §. 4. Quod legatorum.*) locum non habet. Secùs atque *Canonicô Jure* & *Uſu Fori.*

§. XI.

OMNE INTERESSE.] Optimum Conſilium! An
3497 igitur * *intereſſe* illud conſequetur is, qui *ad exhibendum* egit, ſi non anteà *probaverit*, quòusque ejus interſit? Pro-
3498 inde ſi intereſſe, ratione * dominii & quòd res ſua ſit, adjudicari ſibi velit, oportet ſanè, ut probet *ſe dominum* eſſe: aliàs ne quidem ſuper intereſſe ratione dominii ad *juramentum in litem* admittetur. Videlicet non eſt qui-
3499 dem hæc actio ad exhibendum unicè comparata * *pro vindicaturis* rem aliquam ex jure *dominii: l. 3. §. 9. ad exhib.* poteſt enim quilibet eâ experiri, cujus de eâ re *pecuniariter*

*niariter* intereſt. *l. 13. eod.* Sed oportet tamen eum, qui ſibi
ob intereſſe aliquod rem exhiberi vult, *probabiliter oſten-*
*dere* Judici, quòd non * calumnietur. *l. 19. eod.* Et ſi deinceps 3500
intereſſe ratione dominii ſibi præſtari velit, oportet ſanè
ipſum probare, quòd res illa ad ſe pertinuerit; ſecus jura-
mentum in litem ne quidem concipi poteſt. *l. 3. §. 2. l. 5.*
*§. 2. d. t. l. 9. §. 7. 8. d. tit.* Ergò ſi ad rem obtinendam,
quæ *noſtra* eſt, reſpiciamus, * æquè eſt commoda *rei vin-* 3501
*dicatio;* quoniam & in hac *in litem juratur:* & in actio-
ne ad exhibendum, ſi *effectum rei vindicationis* obtinere
velis, ut in litem jurare admittaris, oportet te non minùs
probare, quod reverà *ratione dominii* tuâ interfuerit.

§. XII.

PARUM REFERT.] Sed tamen eô non abſolvitur
*actionis inveſtigatio*, ſi tu noveris, ex *quôlibet* horum do-
miniorum naſci * *vindicationem:* ſi non *quâ ratione* de- 3502
tur vindicatio pernoveris: uti enim dominia hæc *variæ*
ſunt *ſpeciei* & diverſæ * *conſtitutionis*, ſuasque diverſas *ope-* 3503
*rationes* habent: ita haud dubiè etiam *vindicationes* * *dis-* 3504
*crepare* oportet; quod non latet eos, qui *Fori* non exper-
tes ſunt: & ex ipſo exemplô ſuô * *dotis Auctor* refelli- 3505
tur: cùm enim *reſtrictum* ſit dominium *mariti*, reſtri-
ctum quoque dominium *uxoris;* nonne refert noſſe, quò-
usque uni alterivè eorum competat *vindicatio?* durante
vel maximè matrimoniô: ne dicamus de * ſpeciebus *do-* 3506
*minii utilis.* Nam & hîc refert noſſe, *quid* & *contrà quem*
vindicet emphyteuta, vaſallus & *quando* vindicet. Sed
ille eſt effectualis JCtus, qui *cauſas* ſusque deque habet,
quoniam res quælibet non niſi per cauſas ſuas cognoſci-
tur: & hoc Philoſophicum & arduum eſt!

§. XIII.

NON TAMEN CONTRA VASALLUM.] Jam
3507 ergò fatetur, non * ſufficere ſi ſcias, alicui vindicationem
competere: neque enim ſcit *vaſallus*, quia ei vindicatio
3508 competit, an etiam competat ei * *pro acceſſionibus*, ſive na-
3509 turalibus ſive fortuitis; ùt pro theſauro: neſcit an pro *
3510 Regalibus? & quænam ei vindicatio * ratione *ſubfeudi* ad-
verſus ſubvaſallum, vel alios, competat?

POTIOR ERIT.] Imò non erit potior: nam &
3511 * *rem* vindicat dominus à tertiô, *non jus* dominii; cùm ipſe
habeat rei dominium & quidem potius. Interim Vaſal-
3512 lo *utile dominium* relinquere cogitur, ad * quod *poſſeſſio*
3513 *naturalis* pertinet. Hæc verò ad * *conſequens* actionum
3514 reſpicit, non ad actiones ipſas. Quin & * contrà Vaſal-
lum agere poteſt vindicatione, non tantùm *ipsô Jure*,
v. *l. 1. §. 4. de ſuperficieb.* ſed & *cum effectu*, ſi Vaſallus
ipſi Jus Dominii inficietur.

§. XIV.

3515 NON TANTUM PROMISSA.] Vel * ſuperfluum
hoc eſt; vel notari in genere ad *dominia utilia*, & ſic quo-
que ad Vaſalli jura, poterat; quippe quòd inter hunc etiam
3516 & dominum ſint * jura *ad rem* ſ. obligationum. Deinde
3517 cùm ait, ſe non loqui de * *tantùm promiſsâ*, includit pro-
3518 miſſam. Sed *realis* actio nullatenus ex emphyteuſi, * quà
*promiſſa* eſt, naſcitur. Dicere debebat, de emphyteuſi,
non promiſsâ, ſed *conſtitutâ*. Non enim Juvenes opor-
tet confundere.

NON NOVA SPECIES.] Quaſi verò vindicatio
3519 *utilis rei emphyteuticæ*, aut ſi emphyteuticariam * vindica-

tionem

tionem *utilem* quis appellaverit; ab utili vindicatione
*Feudi* * non differat *niſi numerò?* & quaſi *objectum* ſ. res 3520
quæ vindicatur, non etiam diſcrimen * in *cæteris cauſis* 3521
jure cognitum indicet? Et hoc rurſus eſt *Strykianô* more
ἀδιαφορεῖν.

§. XV.

SUPERFICIE ALIENA UTENDI.] Imperitè *Au-
ctor.* Nam *ſuperficies* * non eſt *ſolum*, nec ſolum eſt ſu- 3522
perficies. Et * ſuperficiarius non ædificat *in ſuperficie*, 3523
ibique arbores plantat; ſed ipſum ædificium, ipſæque ar-
bores, *ſunt* illa *ſuperficies*, quam in alienô ſolô collocat.
Indeque non ædificat * *ſuperficiem in ſuperficie.* Nempe 3524
id quod ſuprà ſolum eſt, ſive ædificatum, ſive ſatum ſive
plantatum ſit: hoc ipſum eſt ſuperficies. *l. 1.* §. *1. h.* ibi:
*ſuperficiem* habet *in alienò ſolò. l. 2. eod. l. 74. d. R. V. l. 23.
l. 26. d. Uſurp. & Uſuc.* & ſic *materialiter* accipitur ſuper-
ficies; *formaliter* * autem *jus* ipſum denotat. *l. 3.* §. *4.* 3525
*d. reb. eor. qui ſub tut.* Sed jus *directum* proprietatis in
ſuperficie *domini ſoli* eſt, naturali & civili Jure. *l. 2. d. ſu-
perficieb.* In ipsô autem *ſolò* * *jus nullum* habet *ſuperficiarius;* 2526
*l. 1.* §. *4. eod.* ibi: *habet actionem in rem, qualem* &c. ſed
ſolùm actionem *perſonalem* adverſus *dominum:* quapropter
ſi oppignoraverit *ſuperficiem*, (nam & *alienare* quibusli-
bet modis eam poteſt, *l. 1.* §. *7. eod. l. 86.* §. *f. d. legat. 1.*)
Dominus creditori ob *ſolarium* præfertur. *l. 15. qui pot. in
pign.* Igitur *Auctor* non potuit * *ſoli dominium utile* ſu- 3527
perficiario adſcribere, ob *d. l. 1.* §. *4. d. ſuperficieb.* quippe
cujus *nullum dominium* ad eum pertinet.

VINDICATIO UTILIS.] Jam fateatur *Auctor*, ùt
millena alia, quæ non putaverat, ſe deinceps confiteri
opor-

3528 oportere: non ſufficere, ſi * dicat, quòd *ſuperficiario* detur *utilis vindicatio*. Quid enim hâc actione petet? Utique non idem dicendum eſt de ſuperficiario jure, (ùt hîc ait in principio:) nam
3529 * *emphyteuta ſoli* quoque habet *dominium utile*. Non habet *ſuperficiarius*, quod putabat *Strykius*; ſed nunc non putabit ampliùs.

3530 SINGULARE EST.] Imò nil * *ſingulare* hîc eſt: &
3531 fallitur *Auctor*, quòd putet * *Conductori* ſuperficiei actio-
3532 nem *in rem* dari *à Prætore*; id quod & * *Legibus* & *rationi* adverſum foret. Nempe ſoliti fuerant contrahentes *legem* locationi conductioni quandoque adjicere: ob quam *incertum* erat, an *locationem* iniiſſent; quin potiùs eum, qui conduxiſſe videbatur, conſtitutum eſſe *poſſeſſorem* appareret: hinc *Prætor Interdictum* dedit *l. 1. pr. §. 2. de ſuperficieb.* ad exemplum Interdicti *uti posſidetis. add. d. l. 1. §. 1. eod.* ibi: competiiſſe quidem actionem, ſi quis conduxiſſet, *ex conducto*: & ſi emiſſet, *ex empto*: (*l. 12. §. 3. d. Publician.*) tum *& ceſſis actionibus* potuiſſe ſuperficiarium experiri. Quia verò *incertum* fuerit *inter partes*,
3533 an locati actio exiſteret: (quô ipsô Prætor ſupponit * *ſe* non habere potuiſſe pro locatione:) & meliùs ſit posſidere, quàm *in perſonam* experiri, (quod unicè poterat fieri
3534 *ex Locatione?* * an ergò ex hac *actionem in rem* largitur Prætor?) Hinc *utile* viſum eſſe Prætori, (nempe ut *ambi-*
3535 *guitas* omnis *tolleretur*:) * *non haberi* poſthâc negotium pro Locatione conductione; ſed dari *Interdictum* pro pos-
3536 ſesſione, & *quaſi in rem*, i. e. * utilem *actionem* realem pro jure ipsô aſſerendo. Ubinam hîc eſt ſingulare *Au-*
3537 *ctoris*, quod oſtendere volebat, * *ex conductione* Prætorem *actionem realem* dediſſe? Cæterùm Prætor, cùm *dominum* facere non poſſet, actionem *quaſi in rem*, nempe

ratio-

ratione *cauſæ*, Dominii ſcilicet, quod non niſi *utile* eſt,
dedit; nam aliàs hæc actio * *reverà in rem* eſt. 3538

NON VI TITULI PRÆCEDENTIS.] Et unde-
nam * aliàs? Sanè qui ſuperficiem * *ad modicum tempus* 3539 3540
*conduxit*, ille omninò habendus eſt pro *Conductore*; ideò-
que ei nec *interdictum* datur, nec *in rem* actio. *l. 1. §. 3.*
*h. l. 1. §. 1. eod.* Quod enim ei ſaltim * *Interdictum* largi- 3541
ri voluerit *Menochius Ret. rem. 4. n. 35.* illud meritò dis
plicet *Ant.* Fabro *Dec. 64. err. pragmat. 9.* Quòd ſi verò* 3542
*in longum tempus* conduxiſſe reperiatur; tunc quia Præ-
tor id habendum non eſſe pro conductione declaravit,
*l. 1. §. 1. d. ſuperficieb.* eò quòd ipſæ partes *lege illâ* con-
ductionis circà ſuperficiem,(quæ tamen *non ſolùm* in *tem-*
*poris* diuturnitate conſiſtebat, quippe * cùm *jure peculia-* 3543
*ri ſuperficiei* conjuncta,) de quâ diſertè *in Edicto l. 1. pr.*
*eod.* conf. *l. 1. §. 7. uti posſidet.* naturam conductionis pla-
nè ſubverterint; ſicuti hoc *causâ cognitâ* ſe expendere
velle, ait *Prætor.* Hinc peractâ cauſæ cognitione, ſi dictô
modô deprehenderit, * locationem conductionem verè 3544
non eſſe, *actionem in rem* locum habituram dicitur *l. 1.*
*§. 3. h.* Ubinam igitur titulus ille *Auctoris?* & an Prætor
ſuâ * auctoritate efficere poteſt, ut ex *contractu*, & nullô 3545
præexiſtente jure reali, *actio realis* locum habeat? Non
utitur auctoritate ſuâ, quantumvis magnâ & Legislatoriæ
proximâ, Prætor, ut principia Juris evertat. Suæ verò
auctoritati tantum confidit *Strykius*, ut hoc quod *contra*
*principia* & *expreſſos textûs*, tanquam *ſingulare*, commen-
dat, *certum* eſſe audeat aſſeverare.

§. XVI.

EX DIVERSITATE OBJECTI.] Aut non intelli-

 git

git *Strykius*, quid * *objectum* ſit; aut fallitur, quando pu-
3546 tat, inter jura illa, ex quibus quem *dominum* eſſe dicimus,
3547 non niſi * *objectivam* eſſe differentiam; quæ quidem eſt mi-
3548 nima omnium, ſiquidem * *quodlibet dominium pro objecto*
3549 habet *rem corporalem*: & in *cæteris* * *cauſis* multò *majora*
3550 diſcrimina, & ipſa *in* * *actiones* ſuas *influentia*, ſe exhibent.
3551 Planè non *ſolò objectò* differunt, quæ differunt * *ſpecie*.

3552 NOVAS REALES.] Ubinam verò * *novas* illas actiones habet *Schwendendörfferus?* quippe jam dudum in LL. proditas. Quòd verò ille cuilibet *differentias* ſuas *ſpecificas* aſſignaverit, in eô ſe accuratum exhibet *JCtum*: cujus
3553 non eſt, ſimilitudinem unius alteriusvè * *effectûs* reſpicere, ut cauſarum perquiſitionem ſeponat. Nam hoc ad confuſaneos & ἀνεργάςους, & ad levis armaturæ milites, pertinet.

EMPHYTEUSEOS.] Satis bene deſcribit actiones
3554 *Auctor*, ſuas * ſcilicet, non legales! An ergò Emphyteuta *vindicat emphyteuſin?* annon potius *rem* emphyteuticariam. Neque enim jus emphyteuticum eſt *dominium juris*, ſed dominium *rei*: quod ſi capit *Auctor*, aſſertum ſuum retractabit; quippe quòd ex hoc multa illegalia & falſa ſequantur. Quod verò de emphyteuſi dixit, idem intelligit de jure *Superficiei* & *Feudi*.

§. XVII.

DE JURE POSSESSORIS.] Quid verò informabit ſeſe actor de *jure poſſeſſoris*, non inſtructus ab *Auctore* de
3555 * difficili *l. 9. §. 4. h.* ſecundùm quam *jus poſſeſſoris*, ſi plures circà rem eandem concurrunt, dijudicari oportet. Verùm hæc ad *Auctorem* non pertinent; ſed ad *Labyrinthum Tabellarum*. Ipſi ſatis eſt, in *ſuâ* Actionis Publicianæ

cianæ *inveſtigatione*, hoc ſolùm ex *d. l.* dixiſſe: in pari 3556
causâ eſt melior conditio poſſidentis. Bene verò actum
eſt cum Jurisprudentiâ, quòd *alii Commentatores* reperian-
tur, chartam meliùs impenſuri.

### §. XVIII.

AD IDEM TENDANT.] Nempe *Auctori* ſunt *ea-*
*dem* actiones, quæ *eundem* * *effectum* habent. Aliàs ſanè 3557
*non ad idem* tendunt: nam * *objecti formale* utrobique 3558
*differt;* ut ne dicamus, de * *cauſis cæteris:* & hinc opor- 3559
tet, ut * *alternativè* inſtituantur. 3560
VEL QVASI.] Pulchra phraſis, quando * ex *c. 3.* 3561
*pr. d. ſent. & re jud. in 6.* probabitur: cujus ſpecies talis
eſt, ut ne quidem inſtitui ibidem * *actio Publiciana* po- 3562
tuerit. Quodnam verò dominium ibi per * *quaſi domi-* 3563
*nium* intelligatur, de eô vide vel ſolum *Gothof. Antoni.*
*Diſp. 1. Feud. th. 2. lit. C.* Optimè *Jus Civile* * *l. 7. §. 6.* 3564
*d. Publician. ad inſtar* proprietatis. *j. l. 136. d. R. j.* Neque
vocula *quaſi* ſufficit, ſed potiùs * *b. f. poſſeſſionem* & *titu-* 3565
*lum* in libello allegari oportet.
SUBORDINATA.] At verò * *diverſa* quæ ſunt, *ſub-* 3566
*ordinata* dici non poſſunt.

### §. XIX.

AD FICTUM DOMINIUM.] Sed hoc falſum
eſt. Quia enim *Reſciſſoria* datur *reſtitutis* in integrum:
*l. ult. C. ex quibus cc. maj.* hinc eſt idem ac ſi res uſucapta
non eſſet, ùt in §. 5. *Inſt. d. Actionib.* Videlicet recupe-
rant * *priſtinum ſtatum dominii:* ſaltim quòd cùm * *Juris* 3567
*Civilis* non ſit illa quæ reſtituitur actio, inde *utilis* dicatur. 3568
*d. l. ult.* Quocircà * jus illud, quô nititur hæc actio non 3569

3570 eſt *fictum;* (ùt in *Publicianâ*, quod proinde * *cedit juri*
*vero:* neque enim Publiciana valet adverſus Dominum,
3571 neque b. f. poſſeſſor eſt * verè Dominus:) ſed eſt domi-
3572 nium *verum* idem, quod * *amiſſum* fuerat, quodque *adver-*
3573 *ſus * omnes* valet; illum quàm maximè, qui rem uſuce-
perat. *l. 17. pr. ex quib. cc. maj. arg. l. 16. §. 3. d. pignor.*

RESTITUTIONEM.] Nec tamen hæc reſtitutio
3574 unicè *cauſam * Dominii* concernit; ùt nec *reſciſſoria* actio
3575 tantùm * *realis* eſt. *§. 5. verſ. Quod genus. Inſtit.*
*d. Action.*

IN USU MODERNO.] Non vacat inſpicere *Uſum*
illum *non uſum.* Videbitur aliquando cui *uſui* ſit.

§. XX.

IN SOLO HOC DOMINIO.] Ac ſi verò Prætor
3576 ipſi * *Jus Dominii* purè *reſtitueret!* Miſerum imploran-
3577 tem, ſi ipſi Prætor * reſtitueret, quod *nunquam habuit:*
3578 nam ita non poſſet experiri * ſi Dominus non fuerit, *rei*
3579 *vindicatione.* Quid verò * ſi nec *Auctoris* prudentisſimô
conſiliô uti poſſet? Eſt enim ipſi reſtitutum dominium,
& propterea non poteſt uti Publicianâ; quippe quæ ei re-
ſtituta non eſt. Ingens ſubtilitas in hac *cautelâ!* Dicen-
dum eſt, dum petit formulam agendi à Prætore, isque pe-
tenti actionem dat, ſimulatque per hoc *in eventum reſcin-*
3580 *dit* uſucapionem: in *priſtinô* eſſe * *ſtatu* actorem, & hoc
ipsô agere poſſe, *ùt potuit anteà*, cùm à Prætore non niſi
*Publicianam* fortè petere potuit; vel nunc *in Forô*, nullâ
formulâ datâ inſtituit, quaſi integrâ causâ, actionem
*realem.*

PUBLICIANAM.] Quòd ſi verò poſſeſſor ille intereà
uſu-

uſucepit, dum reſtitutus abfuit, annon putabimus *reſciſsâ*
iſtius * *uſucapione*, potiùs reſtitutum intereà *plenè uſuce-* 3581
*piſſe?* qui jam anteà poſſedit & huc usque posſidere vide-
tur. At verò completâ notoriè uſucapione * tutò *Rei* 3582
*Vind.* uti poteſt, neque opus habet, ut jam denuò ſe in-
volvat *difficultati probandi* * titulum, & requiſita uſuca- 3583
pionis alia. Vide quàm procedat felicisſimum hoc *Aucto-*
*ris* repertum, quod ante *Ipſum* nemo vidit! ipſeque con-
ſultisſimum eſſe deprædicat! Quòd ſi enim adverſus ipſum
præſentem, is qui abfuit, reſtitui non poteſt, quòd iſte
poſſeſſor jam eô tempore, quô abeſſe cæpit reſtituendus,
hôc *potior* fuerit: * fruſtranea eſt de reſciſſoriâ quæſtio. 3584
Datâ verò * reſtitutione, quid indiget adverſus hunc actio- 3585
ne *Publicianâ?* Nam ſanè reſtitutio non datur ob cau-
ſam aliam, niſi quòd tempus illud, & * poſſesſio tertii, re- 3586
ſtituto officere non debeat.

NEC A PROBATIONE DOMINII.] Sanè ſi * do- 3587
minium probare non audet, vel ſaltim b. f. poſſesſionem
& * *ſtatum uſucapiendi* tum temporis ſibi, cum abeſſe in- 3588
ciperet, competiiſſe: non poteſt ipſi cauſa *redintegrari*,
quam non integram habuit. Indeque fruſtrà reſtitutio-
nem petit. Si verò actione aliquâ obtinere ſperat, non
eſt neceſſe, ut *Auctor* pro ipſo aliam * actionem inveſti- 3589
get, quàm eam, quâ tunc temporis obtinere poterat. Ita
verò dubium non eſt, ſi *potior* fuerit *in conditione uſuca-*
*piendi* eô, contrà quem reſtituitur; quò minùs intereà * 3590
*plenô jure* Dominus effectus fuerit, atque *Publicianâ* ne
quidem ampliùs indigeat. Eſt enim remedium id * *reſcin-* 3591
*dens* & *reſciſſorium*, *unum* illud *&* *idem* cum eô, quod in
eventum reſtituto *re integrâ* competere potuit. Cæte- 3592
rùm ex formulâ *Auctoris*, quam tantâ ſollicitudine ex *Uſu*

*forenſi* concinnavit, nemo colligere poteſt, actionem
*Publicianam* ab actore inſtitutam eſſe.

§. XXI.

EX JURE CONDOMINII.] Sed hoc falſum eſt.
3593 Non enim datur * *actio communi dividundo*, niſi adver-
ſus eum, qui actorem pro eà parte, quam is profitetur,
3594 *pro domino agnoſcit:* eſtque actio communi dividundo*
3595 *merè perſonalis.* Non ſecùs atque actio *familiæ* * *erciſcundæ*
non datur adverſus eum, quem reus *cohæredem* eſſe *ne-
gat;* ſed h. c. actorem ab eô *partem hæreditatis per P. Hæ-
red. petere* oportet, priusquam cum eô dividere familiam
3596 poſſit. v. omninò * *l. 2. §. 1. Fam. erc.* Quanquam ſi *in
3597 communione* * *poſſesſionis* ſit, fruſtrà alter neget actorem
cohæredem eſſe; quin potiùs Judex tanquam ſuper exce-
ptione, protinùs *eodem judiciô,* eò quòd *pari Jure* niti vi-
deantur, cognoſcet. *d. §. 1.* Franzk. *d. t. n. 10.* Eſt verò
apertisſimus, etiam quoad communi dividundo Judicium,
3598 *textus* in * *l. 18. d. Except.* ibi: non permittere Prætorem
debere petitori, *priusquam de proprietate* conſtet, *hujus-
modi judiciis,* (utrinque ſi vel ego fundum, vel tu, posſi-
deamus,) *communi dividundo* experiri. Et hi *textus,* qui
3599 ad prima lineamenta * Actionum harum pertinent, fu-
giunt *Auctorem!*

MIXTUM REDDUNT HOC JUDICIUM.] Ac ſi
3600 illud *reale* foret: quin potiùs * *totum perſonale* eſt; quod
*ſuperiùs* evictum dedimus.

EX ACCIDENTI FACTO ALTERIUS.] Ac ſi
3601 verò * *per ſe* eveniret, quando quis *factô ſuô* alteri ſe
3602 *obſtringit?* Quid eſt evenire * *ex accidenti?* An eò mi-
nùs

nùs *empti venditi* actio *perſonalis* eſt: quòd * *ex accidenti* 3603
ſit, emptorem venditori & viciſſim *obligari*. An unquam
contractus aliquis * *per ſe* initur? Poſtquam verò initus 3604
eſt, jam non ampliùs *actionem perſonalem ex accidenti*, ſed
* *per ſe* producit. 3605

PRODUCERE NEQVIT.] Eſto dari *poſſeſſionem*
*communem*, in quâ * *nil impenſum*, nil *neglectum* fuerit: 3606
annon ipſa obligatio, * ad *dividendum* rem eam, actionem 3607
communi dividundo producit? & annon ipſa ſufficit *com-
munio rei* ad hoc, ut inde tanquam ex * *quaſi contractu*, quô 3708
continetur, quicquid unum alteri in re communi præſta-
re convenit, *actio perſonalis* oriatur? Nonne ſatis eſt * 3609
*facti* in communis rei *translatione?* Et an ergò commu-
nio rei eſt *quaſi contractus* * *per accidens?* Perinde atque 3610
*Uſusfructus* eſt jus utendi fruendi re alienâ * *per acci-* 3611
*dens?*

§. XXII.

PRINCIPALITER NASCITUR.] Et hoc principali-
ter falſum eſt. Nam actio *finium regundorum* * nullate- 3612
nus ex dominio, verùm *unicè ex confinio*, tanquam *ex quaſi
contractu*, naſcitur, & *merè perſonalis* eſt.

DUPLEX JUDICIUM.] Quaſi verò *duplicitas* judi- 3613
cii conſiſteret * in *causâ efficiente*, & non potiùs * in *ſub-* 3614
*jectô*, quòd quilibet in judicio duplici ſit *actor* & *reus?*
*l.* 2. § *1. comm. div.* ibi: * *In duplicibus judiciis* quæritur, 3615
quis *actor* intelligatur? eôdemque *tx.* Gaji *in l.* 13. *d. Judic.*
*l.* 37. §. *f. d. O. A.* ibi: in quibus *uterque actor* eſt. §. *du-*
*plicia. I. d. Interdict.* atque *mutuæ* ſint in illis judiciis * 3616
utrinque præſtationes *perſonales*.

REM SUAM ESSE.] Et tamen eſt * actio *perſona-* 3617
*lis*,

3618 *lis*, quanquam finibus diſcretis * *per conſequens* quod *ſuum*
3619 eſt *recipiat:* neque enim de eo, * *quantum* ad quemlibet
pertineat, in hoc judicio agitur, neque pro hac vel illa
3620 parte quis * *declaratur* Dominus. Sed ſi contradicat al-
ter, quem ad finium diremptionem provoco, me ex par-
3621 te tertiâ non eſſe Dominum, oportet ut hoc * priùs *R. i*
*Vindic.* evincam. Nec poteſt admitti ad Judicium finium
3622 regundorum is, cui negatur *proprietas:* eò quòd detur de *
*finibus* agrorum v. c. *regendis*, quoad agri ad nos perti-
nent.

3623 EX ACCIDENTI SUPERVENIUNT.] Etiam ad *
*ſuperVenientiam* relabitur. Enimverò certum eſt, non
3624 poſſe de * *præſtationibus* ex *quaſi contractu* confinii diſqui-
ri, niſi priùs de Dominio *jureve aliò* conſtet. Hinc verò
3625 ſequitur, iſtam quæſtionem * *præjudicialem* eſſe, nec ad actio-
3626 nem finium regundorum pertinere. Unde * non *ſuper-*
*venit* fruitio v. c. finium alienorum, illi juri, ex quo datur
actio finium regundorum; ſed ipſa fruitio, ex qua naſci-
3627 tur obligatio, eſt *cauſa* * unica actionem finium regundo-
rum producendi: non etiam *condominium*. Quid enim ſi
3628 Adverſarius * fateatur, me pro tertia dominum: an hìc
de proprietate agitur? an verò de parte tertiâ illâ ſolùm
3629 * *diſtinguendâ*, quod unicè *perſonale* eſt; quamvis *circà*
3630 * *rem* verſetur, quæ pro parte illâ deinceps dirimendâ mihi
3631 propria eſt: quâ ratione non efficienter, ſed ſolùm * *obje-*
3632 *ctivè* cauſam *proprietatis* continere, item * *pro vindicatio-*
*ne* eſſe dicitur: quæ tamen actio de cætero verè & uni-
3633 cè * perſonalis eſt. *l. 1. ff. Fin. reg.*

§. XXIII.

CONNEXITATEM MATERIÆ.] Et tamen nil ha-
3634 bet *commune* * cum *poſſeſſione* proprietas. *l. 12. § 1. d. A. A. P.*
*l. 1. §. 2. uti posſid.* MEM-

# MEMBRUM II.

## De

## *Poſſeſſione & Remediis inde competentibus.*

§. I.

JUS POSSESSIONIS APERTE EXPRIMAT.] Quis
verò unquam dubitavit de * *Jure poſſeſſionis?* Neque 3635
hoc tantùm *Papinianus d. l.* expreſſit: quanquam is ibi-
dem opponat poſſeſſionem * *actu ſecundò*, poſſeſſioni in 3636
actu *primò* ſeu *juri* poſſidendi, vi cujus poſſeſſio actualis
ad quem pertinet; verùm & alibi in *l. 49. §. 1.* ibid: *Poſ-*
*ſeſſio non tantùm corporis ſed & iuris eſt.* Indeque *poſ-*
*ſidere*, quod *juris* eſt, ab *eſſe in poſſeſſione*, * quod *facti* 3637
eſt, ubique diſtinguitur. *l. 6. §. is qui de precario. l. 49.*
*§. 1. d. A. A. P. l. 48. §. hæc quoque. d. V. O. &c.*

AB IPSA DETENTIONE CORPORALI.] Ergo-
nè poſſeſſio non eſt, niſi * *corporaliter* rem detineas? Er- 3638
gò *jus apprehendendi* poſſeſſionem eſt * *jus poſſeſſionis?* 3639
Ergò poſſeſſio poteſt *acquiri*, * ſi non *corpore & animò* ac- 3640
quiratur? Ergò * *habet* poſſeſſionem, qui eam *non ha-* 3641
*bet?*

FACULTATEM APPREHENDENDI.] Quis verò
unquam aſſeruit, quòd *poſſeſſio* ſeu * *jus poſſeſſionis* in *hæ-* 3942
*redem transmittatur*, ideò quia in ipſum transmittitur * 3643
*jus poſſeſſionem apprehendendi?* Et quis poteſt aſſerere, niſi
jurium imperitus, quòd *poſſeſſionem quis habeat*, quam

3644 *habet* * *alius*, & eô ipsô non habet actor, quòd illam * *re-*
3645 3646 *petat* per judicem; quod & ipſi * *rationi* repugnat.
NON ACTUALE DOMINIUM.] Et hoc abſur-
dum majus eſt, iisque inauditum, qui principia Juris didi-
3647 cerunt? annon *hæres* ipſum *dominium* à defunctô conſe-
3648 quitur? Nam ea, * quæ *Juris* ſunt, ad hæredem omninò
protinùs, atque ſe hæredem gerit, tranſeunt: (eſt autem
*dominium juris*, non facti.) *l. 37. d. A. O. A.* ibi: Hæres in
omne *jus* mortui, non tantùm ſingularum rerum *domini-
um*, ſuccedit: cùm & ea quæ in *nominibus* ſunt, ad hære-
3649 dem tranſeant. Sed de * *jure poſſesſionis*, (nam jus *ap-
prehendendi* poſſesſionem, & ſic demum *acquirendi poſſes-
ſionem*, non eſt ipſa poſſesſio, nec *jus poſſesſionis*,) nullibi
3650 tale quid legitur, nec legi poteſt. Unde in * *l. 23. pr. d.
A. & A. P. Javolenus:* Cùm hæredes inſtituti ſumus, aditâ
hæreditate, omnia *quidem jura* ad nos tranſeunt: poſſes-
ſio tamen, (quippe quæ non conſiſtit in Jure, & ſic non
eodem modo eſt * jus, ſcilicet ut absque *corporali appre-
3651 henſione* posſit acquiri, ſicuti poteſt *dominium*, auctore do-
3652 minii illius ſic * volente; quale quid *non velle potuit* ra-
tione poſſesſionis *defunctus:*) niſi *naturaliter compreben-
ſa* ad nos non pertinet. Adeò ut ne quidem poſſesſio-
3653 nem ejus, quod *per* * *colonum* poſſedit defunctus, posſideat
hæres, *niſi ipſe nactus poſſesſionem* fuerit. *l. 30. §. 5. eod.*
3654 Unde ne quidem * *ſuus* conſequitur *jus poſſesſionis*, qui
tamen *ipſo jure* in omnia defuncti *jura* ſuccedit. *l. 1. §. 9.
ſi is qui teſt. lib. eſſe juſſ.* Neque ulli hæredi *Interdictum*
3655 **retinendæ poſſesſionis* competit. Thoming. *Dec. 11.* Gail.
3656 *2. O. 129.* Quod tamen omni ei competit, qui * *jus posſi-
3657 dendi* habet. De * jure verò poſſesſionem *apprehenden-
di* vel *acquirendi* non quæritur, quando dicitur, quòd pos-
ſesſio,

ſeſſio, ſive quà *juris*, ſive quà *facti* eſt, in hæredem non
tranſeat: quò minùs enim * jus ad acquirendam poſſeſſio- 3658
nem, imò *remedia adipiſcendæ poſſeſſionis*, in hæredem
tranſeant, de eò nemo unquam dubitavit. Sed craſſus
error eſt, * hoc ipſum cum *jure poſſeſſionis* confundere: 3659
craſſus etiam, * à *dominii acquiſitione* ad *acquiſitionem poſ-* 3660
*ſeſſionis* argumentari. Craſſus porrò, comparare *jus* * *poſ-* 3661
*ſeſſionis acquirendæ* cum *jure dominii*, ex quô *vindicatio*
ad *rem* perſequendam hæredi competit: ſiquidem is, qui
rem vindicat, habet * *actu dominium*, aliàs non poſſet rei 3662
vindicationem inſtituere: quippe quæ ex *dominio*, quod
*jam habet* actor, naſcitur. Neque verò ille * *dominium* 3663
vindicat, quoniam hoc ipſe habet; ſed * *rem*, in quà jus 3664
ei jam competit: cùm non aliò ſenſu dicatur in §. 4. *Inſt.*
*d. Action. l. 11. C. d. R. V. l. 14. eod. l. 34. §. 2. d. evict.*
vindicari *dominium*, quàm rem vindicari *ex causâ domi-*
*nii*; & ſic in cæteris: ſaltim ut dominus rei petitæ, qualis
jam eſt, * *declarari* debeat. *l. 35. §. 1. d. R. V. l. 40. §. 2.* 3665
*d. procur.* §. 2. *I. d. off. jud.* Et * quomodo poteſt *domi-* 3666
*nium acquiſiviſſe*, in *l. 23. pr. d. R. V.* ſi illud *petit* per rei
vindicationem? Et in * *l. 66.* dicimur vindicare quod 3667
*noſtrum* eſt, & quod *dominium* ejus à nobis *abire* poſſit.
*l. 4. C. eod.* ibi: *dominium* ad te *pervenerit.* &c. Eſtque
falſum penitùs, quod *Strykius* putat, eum qui Dominus eſt,
per rei vindicationem demum conſequi *actuale dominium.*
An ergò is, qui *vindicat*, non habet * *actu* dominium? 3668
An ergò is, qui Dominus eſt * *in potentiâ*, poteſt rem 3669
*vindicare.* Sic * *emptor* ante traditionem poterit rem 3670
*vindicare!* Sic poterit * quilibet rem quandam *vindica-* 3671
*re*, cujus *poteſt fieri aliquando Dominus*; licèt talis *actu*
non ſit. Hac ratione *actuale dominium* habebit * *poſſeſ-* 3672

*ſor*, quia iſtud, per *Auctoris* doctrinam, nos petimus, & non
3673 habemus? ita *fortius* ille habebit *dominium* * *actore*, quip-
pe qui ſolùm habet *potentiale?* aut ſi per actuale domi-
3674 nium intelligas * *fruitionem* rei aut *poſſesſionem?* unde
probabitur poſſesſionem eſſe dominium, aut fruitionem
3675 eſſe dominium? & tamen * *neutrum* venit in *Rei vindica-
tionem*, niſi *in conſequentiam rei* petitæ? Quòcunque ta-
3676 men ſe vertat *Auctor*, nil inferre poterit * ex *dominio* ſuo
*actuali* ad *poſſesſionem*. Nec enim ille poteſt compara-
3677 re * jus apprehendendi ſ. acquirendi poſſeſſionem cum
3678 dominio, quod producit *R. vindicationem:* nam illud *
3679 *nullatenùs* eſt *poſſesſio;* neque agere poteſt * *ex poſſesſione*,
qui *jus* illud *acquirendi* poſſeſſionem habet. *Dominium*
3680 verò eſt tale, ex quô poſſit *agi*, & non eſt * *jus acquiren-
di dominii:* nam * tale jus habet etiam *emptor*, item *do-
natarius* & alii. *Jus* verò *acquirendi dominii* non produ-
3682 cit * *rei vindicationem:* uti * *poſſesſio* producit remedium
3683 pro poſſeſſione illâ aſſerendâ; quod eſt *retinendæ poſſes-
3684 ſionis*. An * itaque poſſeſſio poteſt comparari cum *actuali*
dominio? ut ipſe vocat, quod eſt *effectus dominii* & *conſe-
3685 quens* rei vindicationis. *Poſſesſio* * verò *actualis* non eſt
alia, quam quis in interdicto *retinendæ* conſervat, niſi il-
la quam habet; ſaltim ne in eâ poſtmodum *turbetur*.
3686 Itaque * quod *retinet*, illud non demum *conſequitur*.

§. 11.

NON EX SOLA POSSESSIONE.] Hinc utique
rectè ſtatuunt, quicunque docent, poſſeſſionem, de qua
3687 in §. *præced. Auctor* agit, * ad *jura in re non pertinere;*
ſed per poſſeſſionem in eorum ſerie, quando dicitur re-
rum ſingularium *jura in re* eſſe *quatuor: dominium, poſ-*

*ſesſio-*

*ſeſſionem, ſervitutem & pignus:* intelligi * *poſſeſſionem* 3688
*b. f. cum titulo,* quam in * *petitorio* tueatur *adinſtar do-* 3689
*minii Prætor;* indeque actionem *Publicianam* dederit petitorii judicii. Nam utique poſſeſſio eſt *jus rerum.* Sed
* jus rerum eſt vel *Petitorii* Judicii vel *Poſſeſſorii.* Hoc 3690
demum * *ſolam Poſſeſſionem* ſibi vindicat; indeque illa ad 3691
iura in re, quæ Petitorii Judicii ſunt, non pertinet.

§. III.

ACTIONES IN FACTUM.] Jam *ſuprà* admoni-
tum eſt, hanc *appellationem* * paucis locis occurrere. 3692
EX IPSO JURE POSSESSIONIS.] Et tamen *Ipſe*
§. *1.* * poſſeſſionem cum jure poſſeſſionis acquirendæ *in* 3693
*idem recidere* opinatur. Sanè qui * habet *jus poſſeſſionis,* 3694
ille non indiget remedio *acquirendæ poſſeſſionis.*

NUNQUAM HABUERIT.] Si igitur non habet hæres poſſeſſionem ſeu jus poſſeſſionis, quod veriſſimum
eſt: quomodo potuit *Auctor* dicere §. *1.* quòd * *jus poſ-* 3695
*ſeſſionis* in hæredem *transmittatur?* Et tamen hic ait, il-
lum *non* poſſe *agere* * *ex jure poſſeſſionis, Remedio* poſſeſ- 3696
ſoriò, *ne quidem acquirendæ.* Ergò habet * *jus,* ex quo ne 3697
quidem acquirendæ poſſeſſionis remedio *agere* poteſt; quod omnium eſt infirmiſſimum.

RECTIUS REFERTUR.] Omninò! *Interdictum*
* *Quorum bonorum* eſt ſpecies *hæreditatis petitionis?* Re- 3698 3699
medium * *poſſeſſorium* eſt *petitorium!* Contraria * ſpecies 3700
fit *ſpecies ſpeciei oppoſitæ!* & * remedium *poſſeſſorium* fit 3701
*ſpecies* oppoſiti remedii *petitorii!* Quia * Interdictum Quo- 3702
rum bonorum datur bonorum poſſeſſori: bonorum verò
poſſeſſio eſt *ad inſtar hæreditatis!* Hinc * ad poſſeſſionem, 3703
quæ *Interdicta* producit non pertinet! Optimum argumentum!

3704 tum! Utiq; *Remedia poſſeſſoria etiam *Dominis* rerum
competunt; & tamen per hoc non pertinent ad *cauſam*
3705 *dominii.* Ex * *ſubjecto agente* non oportet deſumere ra-
3706 tionem judicii petitorii vel petitorii; ſed ex *cauſâ* * *effi-*
*ciente*, *objectò*, *fine*. Aſt hæc eſt *Philoſophia Strykiana*,
ut in prædam cedere poſſit dupondiis!

AGEMUS.] Uti ſolet doctrinas ſuas, ſi non ad Phi-
loſophiæ modum & rationabiliter; ſaltim juxta inſana prin-
cipia Juris & contralegaliter, diſponere.

NON POSSESSIONIS.] Hoc verum eſt. Sed fal-
3707 ſum foret, ſi * *poſſeſſio* idem foret, quod ſuprà tradiderat
3708 *Auctor*, cum *jure poſſeſſionis acquirendæ.* Cur ergò hîc *
3709 *diverſum* ſentit? Nimirum ut poſſit * abjicere *ab hoc Ca-*
*pite* Interdicta *adipiſcendæ Poſſeſſionis;* quippe, cùm ea *ex*
*poſſeſſione* non naſcantur, ipſi non videntur ullatenùs tra-
3710 hi poſſe ad *jus poſſeſſionis*, * quod ipſi *jus in re* habetur.
Sic datô unô abſurdô, dantur plura! Neque enim poſſeſ-
ſio *jus in re* conſtituit.

SED PIGNORIS JURE.] At verò hoc falſiſſimum
3711 eſt. *Interdictum* * quoddam, quod eſt utique judicium
3712 *poſſeſſorium*, naſci *ex pignore* ſeu *jure in re;* quod * *peti-*
*torium* judicium, ùt haud dubiè eſt *hypothecaria actio*,
producit. Diſcat à Philoſophis *Auctor*, quid ſit *conditio ſinè*
*qua non;* & ſic evadet ignominiam tot errorum, qui nec in-
fimi ſubſellii Juvenibus ignoſcuntur: Deſinat ſcribere Libros
fundamentales; aut verò carptim deſcribat eos ex loculis
3713 & centonibus aliorum. *Pignus* * utique non eſt cau-
ſa *Interdicti Salviani*, ſed ſolùm *conditio ſinè quâ non:*
3714 at verò hæc *effectum* illum non producit, ſed * *Edictum*
*Salvianum*, & exinde profluens Interdictum, quô *Jus*
*adipiſcendi poſſeſſionem pignoris* creditori comparatum eſt.

TRACTA-

TRACTABITUR.] Æquè commodè! * Judicium 3715
poſſeſſorium inter petitoria.

EX JURE UNIVERSALI IN HÆREDEM DE-
VOLUTO.] Et hoc falſum eſt. Quomodo enim poteſt
*Interdictum* hoc procedere * ex *jure in hæredem devolutô?* 3716
cùm tamen in ipſum nil devolvatur, niſi quod defunctus
*habuit.* At verò quod * *poſt mortem* defuncti *cauſam* 3717
accepit, ùt eſt occupatio Legati à Legatario propriâ au-
ctoritate: illud defunctus habuiſſe non potuit. Qua-
propter *jus agendi* omninò * *hæreditarium,* ſeu ad hære- 3718
dem à defuncto devolutum, eſſe non poteſt. Et quid opus
fuiſſet hoc Interdicto, ſi *ex poſſesſione defuncti* agi potuiſ-
ſet, ſive ex * jure ejus *in poſſeſſoriô?* Defunctus autem 3719
non potuit agere * Interdictô *Quod legatorum.* Neque 3720
etiam * *ex Jure univerſali* procedere poteſt; quamvis 3721
detur * ei, *qui* jus univerſale *habet:* quâ ratione iterum 3722
* *cauſam efficientem* actionis quærit *in ſubjectô agente;* 3723
non aliter ac ſi tu deduceres * actionem *Legis Aquiliæ,* 3724
vel * condictionem *furtivam,* ex *dominio,* & per hoc eâ- 3725
dem viâ ad * *reales* eas deduceres. Quidni enim realis 3726
fuerit *L. Aquiliæ* actio, ſi penes *Strykium* ſtet, ſententiam
dicere. Sanè quantumcunque *juris univerſalis* ad hære-
dem devolutum ſit; tamen non datur ei iſtud *Interdictum,*
* ſi res tempore mortis teſtatoris *apud Legatarium* fuerit: 3727
*l. 26. ad L. Falcid.* non etiam * in *quôlibet caſu,* ubi *ceſſat* 3728
*Falcidia: l. 1. §. 5. Quod Legator.* non * ubi *pro hærede* 3729
alter rem posſidet; *d. l. 1. §. 6. eod.* adverſus quem tamen
debebat poſſe *Interdictô* hoc experiri actor, ſi, per *Aucto-
ris* doctrinam, ex *jure univerſali* procederet. Itaque di-
cendum eſt, hæredi, *nullô habitô reſpectu* * *ad jus defuncti,* 3730
quantum ad cauſam effic. Interdicti pertinet, atq; ſic primò,

&*ini-*

3731 & *initiò* ab * ipsô ſumtô, dediſſe Prætorem *Interdictum* * ex
3732 jure adipiſcendæ poſſeſſionis rei, quam ex bonis defuncti
propriâ auctoritate, legati ſimilique nomine, aliquis
occupaverat: *l. 1. §. 2. d. t.* non tantùm ad hoc ut *Falci-*
3733 *diam* deducere poſſet hæres; verùm etiam, * quòd *in lo-*
*cum ſuum reſtitui poſſeſſionem* oporteret, quam ſibi quis
privatô auſu arripere non debuit. Neque enim ſolùm
ob Falcidiam, ſed & ob *cauſas alias*, Interdictum hoc in-
ſtitui ſolet. v. *l. 38. §. 16. d. V. O. l. 21. l. 65. l. 75. d. Cond. & Demonſtr.*

3734 VI CUJUS.] Poſtquam * hæres acquiſivit hæredita-
tem, in illâ ſi quis deprehendatur *poſt mortem* defuncti
3735 quid *propriâ Auctoritate* attrectâſſe, ex * *propriô jure*, quod
*Prætor* ei *dedit*, iſtud emendare poterit.

AMPLIUS PRODUCERE NEQVIT.] Difficilis du-
3736 bitandi ratio: nam & *res * amiſſa* fortè *effectum actionis*
ampliùs producere nequit?

NON EXTRA DUBIUM.] Pueris hoc objiciat dubium. Sed graviter ab ipſo §. *ſeq.* diſcuſſum!

## §. IV.

3737 RECEPTIOR OPINIO.] Ille vult metiri *prima* *
*principia Juris* ex *receptiori opinione*. Et undenam oſten-
3738 det, eſſe * *receptiorem* opinionem, quòd Interdicta *recu-*
3739 *perandæ* poſſeſſionis reſultent * *ex poſſeſſione?* quomodo
3740 poteſt *ſpoliatus* * agere *ex poſſeſſione*, qui *poſſeſſionem non*
3741 *habet?* ac eô ipsô * *fatetur*, dum de recuperandâ poſſeſ-
ſione agit, quòd eam non habeat ampliùs. En quanta
eſt hæc ἀῤῥωστία!

SED EST IPSA ILLA CAUSA.] Si verò debet
3742 eſſe cauſa * *Interdictorum*, non poteſt utique cauſa eſſe

Inter-

Interdictorum * *recuperandæ poſſeſſionis*, æquè ac non poteſt 3743
producere Interdictum poſſeſſionis * *adipiſcendæ:* nam 3744
ſola interdicta *retinendæ* poſſeſſionis oriuntur * *ex poſſeſ-* 3745
*ſione;* quoniam hanc *ſe habere*, ſeque in eâ *manutenen-*
*dum*, actor intendit. Cur itaque * non etiam *recuperan-* 3746
*dæ* poſſeſſionis Interdicta æquè hinc *ſemovit?* atque in-
terdicta adipiſcendæ poſſeſſionis: niſi quòd *hæc oportere*
*referri* opinatus ſit *ad* * *jus hæreditatis* vel *pignoris;* abſur- 3747
dâ opinione! Quæ verò hîc de * *occaſione* denuò loqui- 3748
tur, inepta ſunt: non intelligit ille, quid ſit *occaſio?* Sic &
ineptum eſt, quando dicit, *vi poſſeſſionis* habere me facul-
tatem poſſeſſionem *tuendi*, & poſſeſſionem * *repetendi.* 3749
Nempe poſſeſſio, quam * non habeo, dat mihi faculta- 3750
tem eam repetendi. Quin & poſſeſſio ipſa eſt * *facultas*, 3751
ob quam poſſum me *tueri* in rei detentione, ſive extrà ju-
dicium ſive per viam actionis; nec datur inter poſſeſſio-
nem & actionem *facultas* * *media.* 3752

FACTUM TURBATIONIS NON CAUSA EST
SED OCCASIO.] Imò verò uti * *poſſeſſio* ex parte acto- 3753
ris, ita *turbatio* ex parte rei, cauſam conſtituunt Inter-
dicti *Uti poſſidetis.* Et an ergò * *ſpolium* non eſt cauſa 3754
actionis de ſpolio, ſed *occaſio:* & quid tandem eſt *occaſio?*

JUS POSSESSIONIS.] Iterum confundit * *jus poſſeſ-* 3755
*ſionis*, & imò * *jus recuperandi poſſeſſionem*, cum *poſſeſſio-* 3756
*ne ipſâ.* Sanè qui habet jus *inſtituendi* Interdictum *adi-*
*piſcendæ poſſeſſionis:* hunc oportet dicat *Stryckius* habe-
re *jus poſſeſſionis;* & pari itaque ratione, quòd is habeat
Interdictum * *recuperandæ.* At verò in aprico eſt, neu- 3757
trum habere *poſſeſſionem.* Sic itaque differunt habere
*jus poſſeſſionis*, & habere *poſſeſſionem.* Quin & differunt
*jus poſſeſſionis* & *poſſeſſio*, in ipsô *Interdicto* * *retinendæ* 3758

*poſſesſionis.* Hinc ſi vel maximè naſcantur Interdicta,
adipiſcendæ & recuperandæ poſſeſſionis ex Jure adipiſcen-
3759 di & recuperandi poſſeſſionem; tamen * non oriuntur ex
*Jure poſſesſionis ipſius*, nec ex *poſſesſione:* quod enim non
3760 oritur ex poſſeſſione: illud * multò minùs naſci poterit
ex Jure poſſeſſionis: quàpropter in ipsô etiam poſſeſſorio
3761 *momentaneo* ad * *factum* poſſeſſionis magis, quàm ad *jus*
poſſeſſionis, reſpicitur.

NON UT DELICTUM.] Vult ſcilicet *Auctor* evi-
tare objectionem, quam §. *1.* injecerat, quia *factum* ſup-
ponant Interdicta: hinc oportere illa non ad actiones
reales, ſive ad jura in re, tanquam cauſas ſuas, referri, ſed
3762 ad *jura* * *ad rem* ſ. obligationes. Studiò autem hìc ſolùm
Interdicta *retinendæ* poſſeſſionis tangit, veritus, ne quis
juvenis objiceret in Interdicto *recuperandæ* poſſesſionis
3763 * *ſpolium* occurrere; quod non poterat adeò eximere
3764 *Strykius* ex numerô *delictorum:* cùm quidem * *turbatio*
faciliùs *ad defenſionem* aliquam *juris* ſui putativi per ad-
verſarium ſeu turbantem referri poſſet. Quàm verò in-
3765 ſipida eſt hæc reſponſio! Ac ſi non etiam in * *Interdictis*,
3766 3767 imò in * *petitoriis* actionibus *realibus*, * *facta* occurrerent,
3768 quæ non modò occaſionem, ſed * *cauſam* utique, *actioni-*
3769 *bus* præberent? quaſi verò * *omnes obligationes* pro causâ
productrice *factum* rei conventi agnoſcerent? Nempe
3770 obligationes vel cauſam ſuam habent *à* * *Lege*, vel *à facto*
3771 *hominis.* Sed & hôc * *non alio*, quàm quod *à Lege* ad
producendum *obligationem* firmatum eſt, quodque *obli-*
*gatorium* eſſe partes ſuâ conventione voluerunt. An
3772 verò * *turbatio* in Interdictô Uti poſſidetis, item in
3773 * *ſpoliô*, quatenus producere debet, juribus ita conſtituen-
3774 tibus, Remedia * poſſeſſoria, eſt *factum conventionale* vel
ſaltim

ſaltim factum *illicitum*, ad *obligationem* * ordinatum? Et 3775
tamen negari non poteſt, juxta *Interdicta* retinendæ vel recuperandæ poſſeſſionis, ipſum quoque *factum* turbationis, item ſpolii, ùt * delicta ſunt, omninò & *privatas* pro- 3776
ducere * *obligationes*, indeque procedentes *actiones*, pro 3777
qualitate & naturâ exceſsûs ſ. formæ delicti, & perſecu-
tiones * *publicas*; ùt vel ex ſolô *ſpoliô* ſatis conſtat, cum- 3778
primis ſi *violentum* iſtud fuerit.

SED RESPONDEO.] Elumbis & multis erroribus inquinata reſponſio! De vi *objectionis* ipſius videamus! Objicit ſibi *Strykius*: Si interdicta retinendæ ac recuperandæ poſſeſſionis fuerint ex Jure poſſeſſionis, tanquam ex *Jure in re*: exinde neceſſariò ſecuturum eſſe, fore interdicta illa *actiones reales*. Quod quidem cùm aſſe-
rendum ſit * *per Ipſum*; obſiſtere jam, quòd actio ex In- 3779
terdicto *Uti posſidetis*, itemque de *ſpolio*, ſint potiùs actiones *in perſonam*; id quod etiam agnoviſſe videatur *Ulpianus* in *l. 1. §. 3. d. Interdict.* Dicam, erroneum eſſe peni-
tùs, quòd *Auctor* poſſeſſionem ſ. Jus poſſeſſionis * ad 3780
*Jura in re*, hàc ipsâ tractatione, referat; quicquid ſit, quòd quàm plurimos, & ipſos ἀκατασκόπως & inexploratè principia illa tractantes, præeuntes habeat. Nec enim cum rebus humanis, (ipsâque *Jurisprudentiâ* noſtrâ, ſi ad *Doctores populares* redeat, quibus tædio eſt *accuratio Romani ſtudii*,) tam bene agitur, ut meliora *pluribus* placeant: & rectè *ſapiens Romanus* Seneca *V. de Vitâ beatâ*: Argumentum pesſimi, *turba* eſt! Sed tamen non hæc ſunt talia, φιλοσοφήματα quippe Juris, ut non *unius* aut *paucorum*, qui *evidentiâ principiorum utuntur*, præ *omnibus* iſtis, & vel *ipſorum principiorum, potior ſit auctoritas*. Etenim qui *poſſesſionem* * amiſit, non habet am- 3781

pliùs *jus poſſeſſionis*, ( quamvis habeat *jus poſſeſſionem re-*
*cuperandi*, ) ſed *dominus*, qui *poſſeſſionem* rei amiſit, pro-
3782 ptereà *non* * *amittit rei dominium ;* indeque ſatis colligi-
3783 tur, *dominium* niti *jure*, ( cùm *poſſeſſio*, & imò * *jus poſ-*
*ſeſſionis*, *factò* nitatur. *l. 15. d. A. A. P. l. 5. d. Uſurp. &*
3784 *Uſuc.*) eôque *Jure petitorii :* cùm tamen * *poſſeſſio* jus
3785 *petitorii* non fundet. *Jura* verò * *in re omnia* ſic com-
parata ſint, & oporteat ejus eſſe efficaciæ, ut judicium
aliquod *petitorium* fundare posſint. Enimverò Jura Ju-
3786 diciorum Petitoriorum ubique talia ſunt, ut ex *causâ* *
*nullâ* vel *injuſtâ* acquiri aut amitti, vel cuiquam ſemel
3787 quæſita * eripi, citrà injuriam non posſint; cùm tamen
3788 * *poſſeſſio*, & imò ipſum *jus posſeſſionis*, ex *nullâ* etiam &
*injuſtâ causâ* oriri & amitti queant. *l. 2. Uti posſid.* Qua-
propter etiam poſſeſſoria judicia non habent *jus ſtabile*
3789 & *perpetuum*, ſed naturâ ſuâ *poſt ſe* * *aliud*, in quô non
quidem de Jure poſſesſionis, ſed de *Juſtitiâ*, disquiratur,
expectant. Atque hinc etiam liquidò conſtat, *Interdictum*
3790 *Uti posſidetis* non procedere * *ex Jure in re*, eô ipsô quòd
*poſſeſſio* jus in re non eſt; nec *jus poſſeſſionis*. Sequitur
3791 etiam Interdictum * *Unde vi* multò minùs *ex Jure in re*
procedere: quia ne quidem procedit ex *poſſeſſione* ſ. *Jure*
3792 *poſſeſſionis ;* ſed * ex *Jure* poſſeſſionem *recuperandi*. Nec
3793 minùs ſequitur, nullum *Interdictum* eſſe * *actionem rea-*
3794 *lem*, eô ipsô, quòd ex Jure in re non naſcitur; nec * *per-*
*ſonalem*, quia actiones hæ ex Jure ad rem proficiſcuntur,
3795 quod Juri in re contradiſtinctum eſt. Id verò * *Jus ad*
*rem per ſe* ad *Interdicta* producenda non pertinet: ſiqui-
3796 dem nullum interdictum ex Jure ad rem oritur, *quà* * *in-*
*terdictum* ſ. quà tale eſt. Proinde ſe fruſtrà torquet *Au-*
3797 *ctor*, quomodo Interdicta * ad unam vel alteram ſpeciem,
realium

realium vel perſonalium actionum, referre poſſit? *Ulpia-*
*num* verò in * *d. l. 1. §. 3. d. Interdict.* non intelligit. Nam 3798
*Interdicta* quidem in Edictis *in rem*, i. e. * indefinitè, con- 3799
cepta ſunt; *actiones* verò, quæ pro Interdictis competunt,
in certam perſonam diriguntur, & ſic * *Interdicta vi ipsâ* 3800
*perſonalia* ſunt. Ex quô non ſequitur, *actiones* * illas *per-* 3801
*ſonales* eſſe. Neque etiam fieri poteſt, ut quamvis ſuo
modo Interdicta, ob certos reſpectus, * ad actiones vel 3802
perſonales, non quidem ratione *cauſæ efficientis*, (ex quâ
aliàs diſtinctio illa actionum procedit,) ſed ob *alias cau-*
*ſas*, indeque procedentes *effectûs*, referri oporteat: quòd
tamen propterea omnes in univerſum ex Interdictis pro-
cedentes, illâ quoque ratione, ad actiones * *perſo-* 3803
*nales* pertineant: quod nec propterea aſſerere potuit *Ul-*
*pianus*. Itaque ſi quod *Interdictum* ſupponit *conventio-*
*nem* aliquam aut *delictum*, tanquam * *cauſam ſinè quâ non:* 3804
ita referri poterit actio inde competens ad perſonales, ùt
ſunt de *precario*, *ne vis fiat ei*, *qui in poſſ. miſſ. erit*, item-
que *ſpolii*; ſi verò jus quoddam *in re*, ùt de *itinere actu-*
*que privato*, vel jus quoddam dominii, ùt Interdictum *de*
*liberis exhibendis*, tum & de *ſuperficiebus*, vel *inſiſtentiam*
rei, ex jure poſſeſſionis, quod actor tenet: ad *reales* * actio- 3805
nes referenda eſt actio. Quapropter hujus generis actio-
nes *adverſus* * *quoscunque* intentari poſſunt: non ita quæ 3806
*prioris generis* ſunt; ſaltim *ſpolii* actio, *civili Jure*. Nec
*obſtat*, ſi quis reales adhuc dicere velit, quòd *de poſſesſio-*
*ne* competant. Nam, ùt dixi, poſſesſio ſi vel maximè,
quatenus eſt * *inſiſtentia rei*, accedere *quadantenus* poſſet 3807
juri in re, (cùm tamen non ejusdem vigoris ſit, ùt *jus*
*v. c. Dominii*, quippe quod *cum re non amittitur:*) ta-
men Interdicta omnia non procedunt *ex poſſesſione* * *effi-* 3808
*cien-*

*cienter ; (* licèt omnia eam *objectivè* reſpiciant: ) ſed actio-
3809 num *perſonalium* & *realium* diſcrimen * *ex objecto* non
procedit. Imò ſunt *etiam perſonales* actiones *petitoriæ*,
3810 quæ * *de poſſesſione* competunt. *l. 25. §. 1. d. Condict. In-
deb.*

QUEMVIS POSSESSOREM.] Quomodo verò quis
Interdictum *retinendæ* poſſeſſionis intentaret *contrà quem-*
3811 *vis * poſſeſſorem?* cùm tamen *neminem alium poſſeſſorem*
eſſe concedat; ſed ſe tantùm aſſerat poſſeſſorem. Sanè
2381 adverſus quemlibet * *turbantem*, quisquis ille fuerit, com-
petit, & turbatam poſſeſſionem vindicat; quod hactenus
3813 ad actionem realem ſufficeret. Actio * verò de *ſpolio*,
ſaltim *Jure Canonicô*, adverſus *quemlibet poſſeſſorem* inten-
tari poteſt: quòd verò id non habeat locum Jure *Civili*,
inde eſt; quia magis ibi ad factum illicitum ſ. *delictum*,
unde ſpolium pendet, reſpicitur.

CONTRA QUEMVIS POSSESSOREM.] Itaque
3814 *Auctor * omnes* actiones ex Interdictis *ad reales* refert?
neceſſitate erroneorum principiorum eò compulſus, quòd
3815 *poſſesſionem* * ad *Jura in re* referret, & Interdicta omnia
3816 * *ex poſſesſione* oriri putet. Sic *ubi ſemel rectò deerratum
eſt, in præceps pervenitur;* quod *Vellejus H. 3.* ait.

IN EXERCITIO SERVITUTIS TURBAT.] Quaſi
3817 verò * hoc non eſſet, contrà *quemvis* experiri, qui *cauſam*
actioni præbet, quamvis *nullò jure* nobis *obligatum?* Pro-
3818 pè eſt, ut *Auctor* actionem * *confeſſoriam* ad actiones *per-
ſonales* referat. Oſtendat verò *Strykius*, Interdicta
omnia *ex jure poſſesſionis* oriri: & ſic eum non ur-
gebimus, etiamſi quædam illorum non contrà omnes
dentur.

§. V.

§. V.

NEC NOSTRA ADEO REFERT.] Scilicet ipſius nihil intereſt, modò difficultates evadere poſſit, & perſuadere Juvenibus, hæc talia inſuper haberi poſſe. Et tamen ſubinde, perſuaſus ſibi, quid reperiſſe, quod pueri in fabâ, prorumpit, & egregiè fallitur. Quid verò * non 3819
referret *inveſtigatori* Actionum, & *quâ earum quâlibet experiri utiliter* oporteat? noſſe, quænam illarum *realis*, quænam *perſonalis* ſit? Quod * ſi ignoret actor, *quomodo* 3820
ille, *adverſus quem* & *ubi*, quô etiam *effectu*, *jus* ſuum perſequetur?

EXCIDERIT.] Itaque * non ſunt *actiones poſſeſſoriæ* 3821
apud *Strykium*, quæ ad *adipiſcendam poſſesſionem* competunt?

§. VI.

DETINEAT.] Falſum * hoc eſt, niſi *poſſideat*. 3822

§. VIII.

QUEMVIS TURBANTEM.] Is * verò eſt ille *adverſarius*, *à quô* non vitiô *poſſidet*. 3823

AN PRO SE ACTUS POSSESSORIOS.] Ac ſi * adverſus ullum competeret remedium retinendæ, qui 3824
non poſſit pro ſe actûs poſſeſſorios allegare?

SUMMARIUM.] Imò * *ſummarium* in foro nunquam 3825
*ordinarium* dicitur. Quomodo enim ſummarii Judicii nomen mereri poteſt judicium, quod * *ordinariô* plenô- 3826
que *proceſſu* peragitur? Quin potiùs *ſummarium* * & *ſum-* 3827
*mariisſimum* eodem ſenſu veniunt. Nempe hæc talia,

ad

ad *Introductionem ad Praxin forenſem Strykii* perti-
nent.

§. IX.

CONVENIENS NON VIDEATUR.] Sanè ad *In-
terdictum Uti posſidetis* provocare nemo poterit, niſi *de
3828 præſenti* poſſideat, vel * *recentem* poſſeſſionem pro ſe al-
legare poſſit. *l. 1. pr. b.* Quâ ratione enim poſſet petere,
3829 ut in poſſesſione * *manuteneatur*, eamque retinere poſſit?
niſi eam ſibi aſſerere poſſet ex actibus recentibus, & *circà
3830 tempus litis conteſtatæ.* Videlicet in Interdicto * *Uti pos-
ſidetis*, utrôque & *Canonicô* & *Civili* Jure, is obtinet, qui
circà *litis conteſtatæ* tempus, *non vi, non clam, non preca-
riò*, posſidet; idque vel *verè* probare debet ad Judicium
3831 provocans, vel *præſumtivè.* Eſt verò * *præſumtio* non vi-
tioſæ poſſesſionis, quam ſibi quis competere, tempore li-
tis conteſtatæ, aſſerit; quando probat ſe *antiquiùs* poſſe-
3832 diſſe: & eò tantùm pertinet * *c. 9. x. d. probat.* Quid ve-
3833 rò ſi non minùs *adverſarius, ſe retrò * poſſediſſe*, probet,
quanquam fortè *recentiùs*, ſed *titulum* unà oſtenderit: ita
3834 ſanè * ſi reliqua dubia ſint, & turbulenti actûs recentes,
is qui titulum probat, *potior* eſt; Maſcard. *Concl. 1139. d. pro-
bat.* quin & eum qui tempore *ſententiæ* poſſidet, potio-
rem eſſe inter hos, quorum *uterque* & *titulum* habet &
litis conteſtatæ tempore *poſſedit*, *Facbinæus* docet. *8. Contr.
3835 c. 18.* Qui verò * *litis conteſtatæ* tempore *planè non pos-
ſidet*, ſive *actor* ſive *reus* ſit: Ille vel fruſtrà provocat ad
*manutenendum*, vel fruſtrà actori reſiſtit; cùm hôc ipsô
fateri eum oporteat, quod non habeat poſſesſionem *re-
3836 centem*, * ſaltim non proximè ante actûs qui offecerunt,
3837 ut alter in *ſummario* obtinuerit. Quin potiùs, * quando
fateri neceſſe habet, alterum poſſidere, nec oſtendere
poteſt,

poteſt, quòd *à ſe* poſſeſſionem vi, clam aut precariò habeat, hoc interdictô non obtinebit: eô ſolô enim, quòd probat, * ſe *olim poſſediſſe*, utique non obtinet; cùm hoc 3838
ſolùm, ſi *pares* in poſſeſſione ſint, efficiat, ut qui *actûs antiquiores* pro ſe habet, *ſuperior* ſit; etiamſi uterque *circà tempus litis conteſtatæ*, *ſaltim prætensè*, poſſideat: quoniam *Jure Civili* * ne quidem ſatis eſt, tempore litis con- 3839
teſtatæ poſſediſſe, ſi non *juſtè* poſſideatur. Indeque falſum eſt, * diſcedere *Jus Canonicum* à *Civili*. Falſum 3840
quoque, comprobatam * *Foro* ſententiam, ut obtineat, 3841
qui *antiquiorem* poſſeſſionem oſtenderit; *quamvis lite conteſtatâ non poſſederit, nec oſtendere poſſit adverſarium ſuum à ſe vi clam aut precariò poſſeſſionem accepiſſe*, vel ipſum vi, clam aut precariò à poſſeſſione *arcuiſſe*: nam
* hoc ſi probet, ne quidem *Jus Civile* talem poſſeſſorem, 3842
*litis conteſtatæ tempore* qui fuerit, tuetur.

§. X.

SEU JURIUM.] Ut tamen ſint * utiliora ſæpè re- 3843
media ſeu *Interdicta ſpecialia*, quæ pro Juribus nonnullis competunt. *l. 3. § 7. Uti poſſid. v. t. t. d. itin. actuque priv. de fonte &c.* Utique *Gipbanius* * & *alii*, ei qui ſervitu- 3844
tem *urbanam* & *continuam* ſibi aſſerit, interdictum hoc Uti poſſidetis non largiuntur. Unde non adeò eſt *absq. dubio* hæc disquiſitio: quanquam meritò ab illis diſcedatur. *v. §. 14. b.*

§. XI.

PERTINET QVOQVE HVC.] Et verò hoc Judicium * *Manutenentiæ* ipſum eſt Judicium *ſummarium*, de 3845
quo §. *8.* egit *Auctor*. Nec dubium eſt, ſi * inter partes 3846

*Prætor* olim *interdiceret*, leviter expenſis actibus poſſeſ-
ſoriis, quod *ſummarii inſtar* fuerat, isque cui poſſeſſio-
nem vel detentionem addixiſſet, non acquieſceret, quò
3847 minùs potuerit, *actione extrà ordinem datâ*, * pleniùs
poſſeſſionis *jus* deducere: id quod nobis *ordinarium* eſt;
3848 non ſecùs atque * *in Camerâ*, ſi *Mandato* cur parere non
debeat, *cauſas* ſuas quis plenè deducturus ſit, ad *ordina-
rium* lis reſpicit, & plenè *jus poſſeſſionis* diſcutitur. Nam
3849 * & *Jure Civili*, ſi uterque poſſeſſioni inſiſtere vellet, ob
metum armorum, neceſſarium erat, ut *celeriùs* interdi-
ceretur; deinceps verò cauſam poſſeſſionis accuratiùs
3850 perquiſitam fuiſſe, extrà dubium eſt. Indeque * in *unô
& eôdem interdictô Uti poſſidetis* uterque *modus* contine-
tur: quoniam ſi non exactè, tamen quantum ad ſumma-
rium ſatis eſt, non minùs in *ſummario*, an *vi clam aut
precariò* alter ab altero posſideat, disquiritur; ſæpè et-
3851 iam, * re protinùs deprehensâ, victus in ſummariô ad
*ordinarium* non procedit.

§. XII.

3852 ELECTORATVS.] Quin & * *Ducatuum Saxonico-
rum* cæterorum.

CONFIRMATVR.] Factâ autem *paritione*, eâque demonſtratâ, vel probatâ ſummariè causâ, quare *pareri non debeat*, tollitur & *caſſatur*. Tunc verò, ſi cauſæ non ſtatim idoneæ eſſe videantur, ſed ſuper eis *disquiri* oporteat: inhibitio *in vim ſimplicis citationis* reſolvitur, ut ordinariò proceſſu lis terminetur; nullô interim in *momentaneô* pro poſſeſſore declaratô. Quâ ratione ſolùm
3853 * *in contumaciam*, aut ſi cauſa ex parte inhibiti * apertè
3854 *iniqua* deprehendatur, *confirmatio interdicti* locum habet.

§. XIII.

§. XIII.

RARO AGITVR.] Imò * agi debet, per *d. l. 3. § 7. Uti poſſidet.* 3855

EX EMPTO VEL LOCATO.] Enimverò * non ibi *Ulpianus* agit de tempore eo, quô *Prætor* jam *edixerat*: nam tunc, quia conſtabat in Jure ſuperficiei neque emptionem neque locationem conductionem eſſe, non ampliùs ad *civiles actiones* recurri oportebat: ſicut anteà. Verùm * exponit ille cauſam, quæ *Prætorem impuliſſet*, quare is *Interdictum peculiare de ſuperficiebus* propoſuerat; poſtquam declaravit, ex *lege* ſ. *modo* hujus negotii, *certum* jam eſſe quòd non ſit emptio, nec locatio. Quâ ratione illæ actiones adeò * non obtinebunt ampliùs; uti ſi quis hodiè, *poſt conſtitutionem Zenonis*, ob *jus Emphyteuticum*, experiri actione empti vel locati vellet. Unde perperam exponit *textum Strykius*, imperitus Interpres! & malè * de *utilitate* majori unius vel alterius Remedii circà ſuperficiem hîc disquirit. Nil enim hîc, quod ad inſcriptionem Tractatùs *de utiliori actione* pertineat.

3856 (beside "EX EMPTO…"); 3857 (beside "Verùm * exponit"); 3858 (beside "illæ actiones"); 3859 (beside "malè * de")

§. XIV.

POSTEA AD SERVITUTES IN GENERE.] Ubinam * hæc ad *ſervitutes omnes in genere* extenduntur? Cæterùm etiam interdictum quoddam eſt *de * refectione itineris, actûs, viæ. l. 3. §. 11. d. t.* In quô oportet actorem docere, ſibi *jus* eſſe *reficiendi: d. l. 3. § 13.* quâ ratione conjunctam habet *cauſam proprietatis*; ut per illud hæc etiam *finiatur. pr. l. d. Interd. l. 2. §. 2. ff. eod.* 3860 3861

USU FORI.] Quin & * ipsô *Jure Civili* hoc certum eſt. Nec enim impedit decretum *manutenentiæ*, quòd 3862

3863 *Interdictum* * generale ſive *Uti poſſidetis* exſtet; quippe
quod & *ſummariam* & *plenam* cognitionem promittit.
Quid igitur impediret, quòd hîc *Interdictum ſpeciale* de
3864 *itinere actuque privato* extat? quò minùs & Judex * *duplici cognitione* defungi queat.

§. XV.

3865 SPECIALE INTERDICTVM.] Quin potiùs * *duo*
ſunt; *unum* de aquâ *quotidianâ*, *l. 1. pr. d. aqu. quot. &*
*æſtiv. alterum* de *æſtivâ*, *l. 1.* §. *29.*

REMEDIA RETINENDÆ POSSESSIONIS.] Et
3866 quònam * aliò! licèt quandoque *hoc*, (ùt & cætera *Interdicta* de *ſervitutibus ruſticis*,) *reſtitutorium* eſſe poſſit. *l. 1.*
§. *1. h.* Cujac. *π. eod.* add. *l. 3.* §. *ait Prætor. Ne vis fiat ei.*
3867 Nec * enim idem eſt, *recuperandæ* poſſeſſionis, & *reſtitutorium*, dici.

3868 FALLIT IN HOC CASU.] Quid * falleret? cùm
*nec detur* poſſeſſorium, (h. e. *finiatur* Interdictum, ùt *l. 1.*
§. *f. d. aqu. quot.*) ſi non *titulus* ſit in *h. aquâ publicâ*,
3869 nec * *per ſe* pro causâ *poſſeſſionis* detur.

MALE RECURRERET.] Quid malè recurreret?
3870 cùm * *disertè* ei hoc *Interdictum*, & * *utile* quidem, detur
3871 in *l. 1.* §. *36. d. aqu. quot. & æſtiv.* Nam & hæc videtur
3872 eſſe * ſententia *Edicti Prætorii*, cùm non videretur, eum
manutenendum minùs eſſe, qui *hac æſtate aliquandiu* duxit, (quamvis non duxiſſet *priori* æſtate,) atque eum, qui
*planè* hâc æſtate *nondum duxit;* duxit ſuperiore. Adde
de aquâ *hyeme ductâ d. l. 1.* §. *35.* Porrò nec * *Menochio* accedendum eſt, quando is putat, ſi quis non poſſit oſten-
3873 dere, ſe *priori æſtate* non duxiſſe, quamvis *retrò* duxerit
annis pluribus: tunc eundem hoc *Interdictô* uti non poſſe.

ſe. Nam licèt hoc *in ſummario*, iſto quidem caſu, non
procedat: tamen *propterea* actori interdictum denegan-
dum non eſt. Frider. *Tit. XI. d. Interdict. n. 39.*

§. XVI.

HUC USQUE AQUAM DUXERIT.] Nec *aliter*
* aquam nunc ducat, quàm anteà uſus eſt; *l. 1. pr. §. 1. & 9.* 3874
*d. Rivis.* & de *damno infecto* caveat. *l. 3. §. pen. eod.* Quid
itaque pinguius foret? Cumprimis * quòd non poſſit dici 3875
*pinguius* eſſe remedium alterô, ſi illa *ad diverſa* tendant,
neque circà eandem rem aut cauſam competant. Jam
verò *Edictum* hoc eſt *de rivis*, alterum illud eſt *de aquâ*
*ex caſtellò ducendâ.*

§. XVII.

DE ITINERE ACTUQUE PRIVATO.] Sed de
eò meritò dubitaveris: quid * enim Interdicto de *itine-* 3876
*re actuque privato*, cum *Fonte?*

ILLI SIMUL COHÆREAT.] Hoc falſum eſt; nec
verbo mentionem * *refectionis* facit Prætor in *Interdictô* 3877
illô *l. 1. pr. h.*

HOC INTERDICTUM.] Intelligit *Auctor* Interdi-
ctum * *de Fonte:* & *Ulpianus* loquitur de *peculiari* Inter- 3878
dicto, *de fonte* * *reficiendô;* quod *Prætor* h. eôd. titulô 3879
ſtatim §. *proximè præcedente 6.* propoſuerat. De *hôc In-*
*terdictò* ait *Ulpianus*, quòd iſtud *utilitatem eandem* ha-
beat, cum *Interdicto de rivis reficiendis.* Tantâ ſcilicet
incuriâ & ἀβλεψίᾳ *Auctor* tractat jura, ut ne quidem ſciat
*duo Interdicta* in *h. t.* exſtare, nec viderit *Interdictum to-*
*tum*, quod *illi* §. à ſe citato *immediatè* præmittitur!

UBI REGULARITER SUFFICERE.] Ex hoc ipsô
 ſequi-

3880 ſequitur, * *Interdictum Uti poſſidetis* competere circà ob-
jecta *ſpecialia* Interdictorum, quæ præterea *Prætor* pro-
poſuit, non poſſe; quando in his *ſingularia* quædam *re-
quiſita*, de quibus in Interdicto *generali Uti poſſidetis* non
agitur, obveniunt; atque exhinc falſum ſit, quando *Au-
ctor* docuit *ſuperiùs*, quòd Interdictum Uti poſſidetis *cum
3881 his ſpecialibus*, & viciſſim *, *concurrant*. § 10. 13. 14. 15.

§. XIX.

STRICTO JURE ] Sed *an jure benigno?* Extrà *Le-
3882 ges* * illa diſtinctio ſuſpecta, & paupertini Doctoris eſt. *Ri-
3883 gor* verò juris * in *c. 5. de reſtit. ſpol.* non idem eſt ac *jus
ſtrictum*; ſed *vindictam ſpolii* innuit. Dicam: in cauſis
Interdictorum *adipiſcendæ* & *retinendæ* poſſeſſionis, quia
3884 faciliùs in ſuo loco manet poſſeſſio, * *exceptionem domi-
nii* admittendam eſſe; dummodò reus principaliter &
cumprimis ad *argumenta poſſeſſorii* reſpondeat. Cùm e-
nim integrum ſit *actori*, an petitoriô remediô ad adipi-
ſcendum uti, an relictô petitoriô ad poſſeſſorium confu-
gere velit: omninò etiam *reo* permittendum eſt, ut *peti-
torii argumenta* pro tuendâ poſſeſſione ſuâ deducere
queat; modò id non fiat *protrahendi* causâ: unde & Ju-
dex *ſuper petitorio* pronunciare poteſt; idemque in poſ-
ſeſſoriis *retinendæ* hactenùs obtinet, ut poſſeſſorium per
petitorium *abſorberi* queat: de quô inter alios *Carpzov.
3885 in Reſponſis* dilucidè agit. Cæterùm * ſpoliatus in *odium
3886 ſpolii* ante omnia *reſtituendus* eſt: *Casûs* verò, quibus non
3887 reſtituitur, non * pendent ex *Jure benigno*, ſed ſunt *recti
juris*, & in quibus *ceſſat ratio Canonis*. V. *Analecta Lyn-
keriana* ad *Tit. Dig. d. Vi & Vi arm. th. 110.* & ad *Deſſelii
Jus Can. Lib. II. Tit. 13. q. 4.*

CON-

CONCLUDUNT DD.] Imò ſunt *aperti textûs*, in 3888
*c.7.8.d.reſtit.ſpol.c.22.d.off.Jud.deleg.*

§. XX.

APPLICENTVR.] *Gipbanius* exiſtimat in *Prole-*
*gom.* ad *Lib.VIII. Cod.n.16.* potiùs ampliationem * *Juris* 3889
*Canonici* eſſe *referendam* ad Interdictum *Unde vi*; neque
enim Pontificem *diverſum* ab eô *remedium* attuliſſe. Sa-
nè quòd *Strykius* pronus ſit in eorum ſententiam, qui * 3890
*Interdictum Unde vi* putant *ab aulâ receſſiſſe*: in eô pro-
dit, & ignorantiam *Romani Juris*, & odium ejus ſive aver-
ſationem, pariter, atque aulæ ſ. curiæ trituram ſe non pe-
netrâſſe.

§. XXI.

MAXIME REALE EST.] In errorem ſuum relabi-
tur *Strykius*, quô * num actio aliqua *realis* ſit? *à ſubjectô* 3891
*paſſivô* petit. Etiam ſic remedium hoc * *perſonale* eſſe 3892
non deſinit. Et tamen, * ex *Auctoris* ſententiâ, oporteret 3893
remedium *ex can. redintegranda.* magis eſſe *reale*; quip-
pe quòd hoc ipſum, ſeu *extenſio* potiùs illa *Interdicti Un-*
*de vi*, (ſi *Gipbanium*, ùt & *Cujacium*, quis ſequatur,) etiam
ad * *tertium* deductum ſit, qui ſpolii *non eſt conſcius.* 3894

§. XXII.

NULLA ALIA FERE ACTIO.] Et tamen in *illô*
*canone* nulla planè eſt * *actio*: neque aliud ibi habetur, 3895
quàm quòd ſpoliatus ſit * *reſtituendus*; adeò ut nil quic- 3896
quam in eô diverſum ab Interdicto *Unde Vi* inducatur.
Deinceps verò *recentiori Pontificiâ Conſtitutione* in *C. ſæ-*
*pe.18. x. de Reſtit. Spoliator.* * noviter *extenſum* eſt Inter- 3897
dictum *Unde vi*, (communiter *ex d. cap. condictionem pe-*

*culia-*

*culiarem* effingunt, ) ut *adverſus tertium* m. f. poſſeſſorem
ſpolii *conſcium* obtinere debeat; idque ob periculum
*animæ:* quod *Pontifex* cum *Conciliò* reſpiciendum, in hoc
3898 etiam *poſſeſſoriô*, voluerat: ( nam * *jus civile* aliô modô
adverſus talem poſſeſſorem ſpoliato *ſuccurri* voluit, nec
propterea malam fidem ejus probavit, quòd Interdictum
*Unde Vi* adverſus ipſum non dirigeret: ) Hinc veriſſimum
eſt, *non* tam *reſtrictum* eſſe dictum *Canonem: redintegran-*
3899 *da.* per *Capit.* illud *ſæpè.* quàm potiùs * *ſeparatam* hujus
*Capituli conſtitutionem* eſſe: indeque falſam *communem*,
quam vocant, *ſententiam*, quæ malè *textûs* interpretatur.
Neque enim in b. f. poſſeſſore *periculum animæ* verſa-
tur.
3900 NON ADEO INIQUAM.] Eſto * illam *extenſionem*
& *abuſivam interpretationem* ſequendam eſſe, ubi intro-
ducta fuerit. Utique non congruit illa Judicio *ſpolii*, quod
acerbum ſatis eſt *adverſus b. f. poſſeſſorem:* qui nec præ-
3901 ciſè illô remedio conveniri debuit. Utcunque * enim
æquum videatur, ſpoliato quôvis modô ſuccurri, ex quô
*æquitatem* ſuæ ſententiæ conciliare voluerunt *Interpretes;*
& decepti fuêre prætereà *generalitate textûs* in *can.*
*redintegranda.* Tamen ex parte b. f. poſſeſſoris *duram*
illam non immeritò quis exiſtimaverit. Nec ſequitur,
3902 ùt * vult *Auctor*, quia *rem furtivam* repetere licet à b f.
poſſeſſore *in petitorio*, per R. Vindicationem: Ideò etiam
poteſt ille conveniri in *poſſeſſorio;* & quidem *de ſpolio.*
Nam & ille de re per *vim* ablatâ *petitoriò* conveniri pot-
3903 eſt. Et longè prudentiores fuêre * *Auctores cap. ſæpè.*
in *Concilio Lateranenſi*, qui *vix* de ſpolio conveniendum
eſſe *m. f. poſſeſſorem* arbitrati ſunt; niſi ad *peccati rationem*
3904 reſpexiſſent. De cætero nemo dubitat, rem * *vi ablatam*
poſſe

poſſe *vindicari* à tertio b. f. poſſeſſore; quod *Auctor* hic,
quaſi dubium fuerit, ex *l. 23. C. d. R. V.* à re *furtivâ* in-
ducit. Sed an * hinc *ad ſpolium* inferri queat? de eô uti- 3905
que *Auctor* nunquam ex *d. l. 23.* decernere poterit.

§. XXIII.

QUATENUS QUID PERVENIT.] Nec * ſi con- 3906
dictio *ad 30. annos* detur ex *Canonicô Jure*, eandem ad-
verſus *b. f. poſſeſſorem* aliter competere æquum foret.
IMPEDIAT.] Quoniam verò hæc ſpecies * non 3907
cadit in *præſcriptionem longiſſimam*, quæ in *ſolo lapſu*
*temporis* conſiſtit; ſed quæ *requiſita* præſcriptionis, *ſolâ*
*rei habilitate exceptâ*, habet. Hinc utique oportet *longiſ-*
*ſimi* temporis, quod aliàs in præſcriptione immobilium
non requiritur, effectum aliquem eſſe *potiorem*, quàm in
eâ, ubi ſolus lapſus temporis reperitur. Oportet etiam
ut *decennium* iſtud, & inter abſentes *vicennium*, ipſi *ad ſe-*
*curitatem* proficiat, cùm * aliàs nil per iſtud in poſſeſſo- 3908
re, qui *titulum* & *bonam fidem* habet, ſuppleatur. v. *l. 8.*
*§. 1. C. de Præſcript. 30. vel 40. ann.* Gebhard. *d. Uſuc.*
*c. 3. n. 3. ſeqq.*

§. XXV.

POST ELAPSA SPATIA.] Quòd * ſi ejuſmodi Re- 3909
mediorum aliquod ad requiſita Interdicti *Unde vi* non
congruat: cenſendum eſt, *Imperatoriis Conſtitutionibus*
illud eò extenſum, & in hoc tempus *perpetuum*, pro ge-
niô *Juris Civilis*, illi circumpoſitum eſſe. Neque enim
proptereà ſtatim pro Remedio *peculiari* habenda eſt * quæ- 3910
libet *extenſio*. Quod & *ad * reliqua* obſervandum eſt. 3911
Sanè in hac ipsâ * *lege 1. C. ſi per vim.* nil ampliùs con- 3912

ſtituit Imperator *Conſtantinus*; niſi quòd officere non de-
3913 beat ei, qui *abfuit*, * decurſus illius temporis, quod In-
terdicto Unde vi præfinitum eſt. Ex quô nullatenùs in-
3914 ferri poteſt, * *novum* & ſeparatum hoc eſſe ab *Interdicto*
*Unde vi* remedium. Quicquid ſit, quòd *ſervos* etiam in
causâ abſentium audiri voluerit, item quòd *ad quascunque res* hæc tutela *abſentium*, etiam ad *mobiles*, porrigatur. Hucusque enim ad *textum* hunc recurrere, eum-
3915 que * Interdicto *circumponere* non utile modò, ſed & ad
iſtos fines neceſſarium, eſt.

§. XXVI.

ADMITTO.] Quamvis autem Interdictum *Unde vi* non habeat locum eò caſu, remque reſtitui oporteat,
3916 an propterea * non *aliud Interdictum* ad hoc in promptu
eſt?

§. XXVII.

3917 DE SOLA POSSESSIONE.] Neque * igitur in
*h. l. 10.* eſt *diverſum remedium* recuperandi poſſeſſionem
3918 ab Interdicto *Unde vi*; ſed ſolùm * *qualitas* ei *adjecta*,
ut *ſimul pœnam* h. c. liceat, *à Zenone* ſtatutam, petere.
3919 Quis enim diceret ob * pœnæ hujus exactionem *novum*
*Remedium poſſeſſorium* conſtitui?

POSSESSIONIS RECUPERANDÆ REMEDIUM.]
3920 Quaſi * verò non ibi teneretur *Conductor* rem *ex contractu* reſtituere? P. Barboſ. *ad l. 12. ſol. matrim. n. 32.* & *al.* vid. *d. l. 25.* ibi: *titulò* conductionis.

§. XXVIII.

3921 CONVENIT.] In quonam * verò alio convenit; niſi
quòd aliquô caſu oporteat ſpoliatorem reſtituere *rem* ſpo-
liato

liato & *æſtimationem.* Sed ne hoc quidem in terminis ſimilibus, ùt in *l. 10. C. Unde vi.* Nam in * *l. 10.* rei *ſuæ*, 3922
quam (ſibi aſſerit conductor, & ſic propriæ, æſtimationem præſtare debet locatori; dum eam reſtituere detrectat, nullâ etiam vi verè adhibitâ, niſi *reſiſtendò.* Hìc verò in * *l. 7.* dejiciens alium æſtimationem *rei alienæ* ipſi præ- 3923
ſtare cogitur, quam *ſuam* eſſe *putavit.*

REMEDIO.] Sed uti in *l. 13. quod metûs causâ.* non* 3924
*actio* introducta eſt; ſed *pœnâ*, ad * *implorationem Magi-* 3925
*ſtratûs.* Ita in *l. 7.* itidem * *pœna* interdicto *Unde Vi* cir- 3926
cumpoſita eſt.

§. XXIX.

CONTEXTUS.] Imò * *verba expreſſa textûs in fin.* 3927
(ibi: *Salvâ* videlicet in hôc caſu domino rei, qui eas perſonas ad detinendum miſerat, adverſus eas *omni actione*, ſi qua *ex legibus* ei *competit:*) ſatis innuunt, *adverſus detentores* ſuos ipſi abundè proſpectum eſſe: nam hoc ſolùm intendit Conſtitutio. verſ. *Hoc etenim tantùm ſancimus.*
De cætero nil, quoad * *Remedia adverſus tertium* com- 3928
petentia, ibidem diſponitur. Solâ tantùm decisâ *contro-*
*verſiâ veteri*, de * *interversâ poſſesſione:* an poſſesſio in- 3929
tervertatur domino, per negligentiam vel dolum ſervi, v. c. diſcedentis.

§. XXX.

HOC REMEDIUM.] Neque hoc etiam * *peculiare* 3930
eſt *Remedium;* cùm ſatis ad poſſesſionem fugitivi *viâ Juris conſuetâ* domino proſpectum ſit, *Interdictô* nempe
* *Utrubi*, ſicut *ad d. l. 14.* notat *Cujacius.* Sic enim reſtitu- 3931
tâ coloni illius, ſe colonum poſſesſoris eſſe negantis, poſſeſ-

3932 poſſeſſione, agitur deinceps de jure * *proprietatis* ſ. *colo-*
3933 *natûs* in *præjudiciô*. Nam & *Interdicta* dicuntur alibi *
*reformationes*.

§. XXXI.

NON QUIDEM AD PETITORIUM.] Quanquam
3934 verò *petitoriô* experiri * *primò* ad *actiones reales* perti-
neat. *l. 36. d. R. V. l. 28. d. O. & A. l. 178. §. 2. d. V. S.*
*l. 49. eod. l. 2. d. Oo. N. N.* Tamen quia non minùs reme-
3935 diis *poſſeſſoriis* actiones quoque *perſonales* * opponuntur.
3936 Hinc nil repugnat * *condictionem* ſuô modô Judicii *peti-*
*torii* eſſe.

NON TAM QVATENUS HÆC EST RESTI-
3937 TUENDA.] Imò verò * *poſſeſſio* ipſa *condicitur*, quate-
3938 nus eſt * *æſtimabilis*; *l. 1. d. condict. tritic.* ùt *ſuprà* oſten-
3939 ſum eſt. Nil pro *Auctore* in * *l. 3. eod.*

GENERALIOR EST.] Ex hoc ſequitur, ſi *genera-*
*lior* eſt, (ùt eleganter loquitur,) eô ipsô ſub eâ generali-
3940 tate non generaliori venire etiam * *recuperationem* poſ-
3941 ſeſſionis. Sed non eſt de poſſeſſione, verùm de * *re ipsâ*,
quæ ad alterum pervenit; idque ùt accipiendum ſit, *ſupe-*
*riùs* vidimus. Ex quô conſtare poteſt, *pro recuperandâ*
3942 *poſſeſſione* ex * *d. l. 32.* agi non poſſe.

SUSPECTUM EST.] Sibi ipſi dicam *h. l.* ſcribit
3943 *Strykius*, quando jam toties * *implorationem officii judicis*
in *ſuprà* dictis effinxit, ubi lege omni & ratione deſtitu-
tus fuerat.

AD

# MEMBRUM III.

## De Jure Hæreditario & Remediis pro Hæreditate competentibus.

§. 1.

DOMINIUM JURIS.] Sicut verò dominium proprie-
tatis rerum ſingularium non eſt * dominium Juris, ſed 3944
*rerum;* quanquam & ipſum *Jus* ſit: ita & *hæreditas*, quan-
quam ſit *Jus univerſale*, & per excellentiam * *nomen Ju-* 3945
*ris; l. 178. §. 1. d. V. S.* & ſinè corpore, quatenus *forma-*
*liter* accipitur, intelligi poſſit. *l. 24. d. t.* Tamen pro *ob-*
*jecto* habet *res* in univerſum, etiam *corporales:* ut proin-
de dominium * Juris, ne quidem eâ facilitate dici poſſit, 3946
quâ *dominium* * *Jurium* appellari poteſt. Et ubinam eſt 3947
dominium Juris, quod * *genus* conſtituit, ut hæreditas ad 3948
illud, tanquam *species* [illegible]ferri queat?

DOMINIUM [illegible]ONTINUATUM.] Sed vix eſt, ut
* *dominii* nomine continere liceat *jus omne*, quod *in bo-* 3949
*nis* vel *ex bonis* ſuis ſ. *intrà patrimonium ſuum* habuit *de-*
*functus*. Hinc malunt *Auctores Juris* noſtri dicere, quòd
hæreditas ſit ſucceſſio *in* * *jus univerſum*, quod defunctus 3950
habuit. *d. l. 24. d. V. S. l. 62. d. R. J.* Quâ definitione ea
quoque continentur, quæ *in bonis* defuncti necdum fue-
runt; ſed tamen * *in jure* ejus: Indeque *continuatum* 3951

 *domi-*

3952 * *dominium* dici non poſſunt; ne dicam de aliis pluribus,
3953 ex quibus nil penitus in hæredem * tranſit, indeque nec
3954 * à defuncto quid in ipſum continuatur. *l.38. pr. d. leg. 1. l.169. d.R.J.* § *3. d. uſufr. l.25.* §. *1. l.40. d. pact.*

§. [V.]

BONORUM POSSESSIONEM.] Sicut verò bono-
3955 rum poſſeſſio non eſt *hæreditas:* ita nec * *poſſeſſoria petitio* hæreditatis, pro *petitione hæreditatis*, *propriè* accepto nomine, ùt in *petitione civili* accipitur, haberi pot-
3956 eſt: eô ipsô quòd *ex J. Prætoriò* *, & bonorum * poſſeſſo-
3957
3958 ribus, detur. *l.1. d. poſſ. hæred. pet.* ibi: poſt * *civiles actio-*
3969 *nes hæredi* propoſitas: &: quos ipſe Prætor * *velut* hæredes facit. *junct. l.2. eod.*

ARG. L. LXIII. D. RE JUD.] *Textus* eſt apertus
3960 in * *l. 8. h.* add. *l. 97. d. A. O. H.* & poteſt, qui ex *uno* capite teſtantem impugnavit & ſuccubuit, etiam ex *altero*
3961 & *tertio* adhuc * *impugnare. l.47. d. Pet. Hæred.*

VINDICATIONE.] Quid verò ſi rem teneat vel
3962 jus quoddam, quod *aliter poſſideat*, quàm ut pro eo * *vindicatio* detur: ita ubique vindicatio locum non habebit. Igitur meliùs *noſtri* rem exprimunt.

§. VI.

ET PRO EJUS PARTE.] Hinc patet, quoniam
3963 *fructûs* ſunt * *pars* ipſius *hæreditatis*, ideò ipſos perperam
3964 dici *contineri in* * *præſtationibus perſonalibus.* v. *d. l.25.* §. *18. d. hæred. petit.* Nec enim quæ *pars* eſt hæreditatis, poteſt dici eſſe *præſtatio perſonalis.*

§. VII.

RECEPTUM PRÆCIPUE IN SAXONIA.] Quin & *ubi-*

& *ubique* * rationis eſt, ut potiùs præſumatur is, qui diu 3965
abfuit, & ſeptuaginta annorum eſt, diem ſuum obiiſſe; quòdq; homo centum annos vivere poſſit, huc quidem non pertinet: ùt rectè hactenus *Carpzovius d. l.* Quòd verò, ſi interea, à tempore abſentiæ, quis bona ejus, qui abiit, ſub cautione detinuit, ſublatâ cautione, cùm ſeptuaginta annorum eſt abſens, bona inter agnatos proximos dividenda ſint: illud eô caſu locum habere poteſt, quando detinens bona illa fuerit *extraneus:* nec tamen æquum eſt, ut bona inter eos diſtribuantur, qui tempore illô, quô abſens ſeptuageſimum ætatis annum implevit, eidem proximi eſſe reperiuntur; ſed potiùs illi, qui exſtitêre *proximi eô tempore*, quô *abeſſe cœpit.* Quòd ſi enim poſthac de ipsô nemo quid comperiatur, nec de vitâ nec de morte ejus: omninò potiùs eſt, ut cenſeatur *mortuus*
*eſſe ab eô * tempore* protinus, *quô abiit.* Et hinc eô re- 3966
ſpectu bona illius ſolent committi * *agnatis* iis *ſub cau-* 3967
*tione*, qui eidem *ſub tempus iſtud* ſunt *proximi;* ut ſi quando ille non revertatur, agnati illi bona retineant, *cautione* tandem aliquando *ſublatâ*, eaque in hæredes &
ſucceſſores ſuos quaſi ſua transferant; niſi * poſteà quis 3968
vel *vitam* ejus probet, atque tunc propior abſenti ſit, vel quòd *tunc* quidem *mortuus* ſit: quippe quòd is, qui vel in vitâ vel in morte abſentis ſe *fundat*, id probare debeat, & tunc vel cura bonorum vel ſucceſſio ad tem-
pus illud dirigatur; indeque non ſint expectandi * *ſe-* 3969
*ptuaginta anni*, cùm potuerit diu anteà deceſſiſſe: quin potiùs *ad tempus*, quô *abeſſe cœpit*, ùt in *cautione* agnatorum, ita & in eorum *ſucceſſione* perdurante, reſpiciendum ſit.

ORDINARIVM REMEDIVM. ] Valdè ineptum hoc

3970 hoc eſt! An enim *Interdictum quorum bonorum* eſt * *ſum-*
*marium*; ùt *Auctor* putat? an cùm illud ſit poſſeſſorium,
3971 etiam *hæreditatis petitio* eſt * *poſſeſſorium?* ſed *ordinari-*
3972 *um?* an idem quod eſt petitorium, * *ſimul* eſt poſſeſſorium?
& an unquam *ex Jure hæreditariò poſſeſſorium* remedium
3973 competit? Aut ſi hoc fieri poſſet, an illud eſt * *petitio*
3974 *hæreditatis?* Anne dantur * *ordinaria* & *ſummaria* re-
media *diverſi generis;* ut unum eorum ſit petitorium, al-
terum poſſeſſorium? An in poſſeſſoriis ipſis diſtinctio illa
3975 pertinet ad alia, quàm * *retinendæ* poſſesſionis Remedia?

AD HÆREDEM CIVILEM.] Nec tamen hoc ſim-
3976 pliciter; ſed * quatenus & hi *B. P.* à *Prætore* obtinuiſſe
cenſeri poſſunt. *l. 1. C. Quorum bonorum.* Sanè ſi tra-
mites *Juris Civilis* ſequamur, in eô longè eſt hoc *Inter-*
3977 *dictum* * infrà petitionem hæreditatis, quòd oporteat hoc
Interdictum ab agnitâ hæreditate vel bonorum poſſesſio-
3978 ne * *intrà annum* peti. *l. 1. §. 12. & 16. d. ſucceſſ. Edict. add. Frider. d. Interdict. Tit. 16. n. 63. ſeq.*

§. IX.

AD RECONVENTIONEM REMITTVNTVR.] Non
3979 eſt hæc propriè * *reconventio:* neque ita * *pronunciari*
3980 ſolet. *add.* Anton. Fabr. *XX. Conject. 5.*

TANTVM DEVOLVTIVVM.] Dilucidè exponam rem quotidianam in *Foro* & neceſſariam. *Civili Jure Appellatio* nulla *in cauſis poſſeſſoriis* locum habuit; ne quidem quoad *effectum devolutivum:* quippe quòd ex *l. un. C. ſi de moment. poſſeſſ. fuerit appell.* non ſequatur: Appellatio *interpoſita* eſt. Ergò id *Jure* factum eſt. *v. t. t. C. quor. appell. non recip.* Adeò ut nullum hîc *diſcrimen* inter

inter *judicia poſſeſſoria* ſit; verùm æquè non admiſſa prorſus fuerit appellatio in Interdictis *adipiſcendæ* poſſesſionis, *l. 6. d. t. C. quor. app. non recip. l. fin. pr. ff. d. appell. recip. vel non.* item *retinendæ:* ſive *ſummarium* id judicium fuerit, ſive *plenum; l. 14. C. d. Agricol. & Cenſ.* ibi: *celeri reformatione.* (quanquam de cætero ſimile quid in *Romanô* etiam *Foro* obtinuerit in iſtis *retinendæ* Judiciis, ut alia *levis*, alia *uberior* cognitio ſuſcipi ſolita fuerit; quicquid poſt *Giphanium*, *Friderus* repugnet, *d. Interdict. Comm. 13. n. 24. ſeqq.* & ſolùm reſpectu *petitorii*, quod ſperari poterat, *quodlibet* judicium *poſſeſſorium*, & poſſesſio obtenta, *momentanea* habeantur;) tum & *recuperandæ. d. l. un. C.* Quin & diſtinctio illa *effectûs* Appellationis in *devolutivum* & *ſuſpenſivum* Civili *Romanô* Jure ne quidem recepta fuit. v. *l. 1. §. ult. ad SC. Turpill* ib: *Extinguitur* per provocationem *ſententia.* Proinde hoc Jure Poſſesſionis *reformatio* effectum ſuum omnimodò ſortiri debuit, *ſpretâ omni appellatione;* eò quòd ſalva fuerit cauſa proprietatis ſive *petitorii*, & vel *modicum* haberetur *præjudicium* poſſesſionis, *reſpectu petitorii* ſuperſtitis: vel conſervandæ omninò, *ad tranquillitatem publicam*, poſſesſiones rerum fuerint, probè *cognitâ causâ:* maximè quòd petitoriii causâ inſtructus *ad Judicium Petitorium* protinùs, *ſepoſitô poſſeſſoriô*, ingredi potuerit; ſi nullam vidiſſet in poſſesſione fiduciam ſe collocare potuiſſe. Et tamen extrà dubium eſt, ſi *annexam* habuiſſet poſſesſio *cauſam proprietatis*, vel *alia* cauſa involuta fuiſſet poſſesſorio *per ſe appellabilis*: quòd tunc v. l *ob hanc appellationi* locum dari oportuerit. Ad *Jus* verò *Canonicum* ſi reſpiciamus, in Judiciis *adipiſcendæ* poſſesſionis *appellatio* admittitur; ſed non niſi *ad effectum devolutivum.* v. *c. 59.*

*x. de appell.* & *txx. ſim.* In judicio *retinendæ* ſummario ſeu *momentaneo*, *veteri* quidem *Jure* etiam *appellatio* recipiebatur; eò quòd illô Jure à *quolibet gravamine* appellari poſſe debuerat; *d. c. 59.* & *c. 11. d. appell.* ſed non niſi *ad effectum devolutivum.* Gratian. *ad can. fin. II. qu. 6. verſ. de poſſeſſione & ejus momentô.* Poſtquam verò *Concilium Tridentinum* hanc appellandi licentiam reſtrinxit, ut cumprimis etiam *ab interlocutoriâ*, cui *ſimilis* habetur lata in *momentaneo* ſententia, appellari non poſſit, quoties gravamen non eſt *irreparabile* aut *vim definitivæ* non habet. Inde etiam *Jure Pontificiô* deinceps penitùs ceſſat ab illô momentaneô *Appellatio*. Sed in poſſeſſoriô *ordinariô*, non ſolùm quoad *effectum devolutivum*, ſed & quoad *ſuſpenſivum*, Appellatio admittitur: v. *c. 2. ut lite non conteſt. c. 10. c. 15. d. reſt. ſpol. c. 36. d. teſtib. cl. un. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* quippe quòd in eô *commodum* poſſeſſionis *diuturnæ* victo ſubducatur, atque ferri poſſit *iniqua* in hoc judiciô poſſeſſoriô ſententia, quâ poſſeſſione excedere jubentur, qui in eâ *ſuperiores* fuerant. Quid etiam ſi *probatio* illis deficiat in *Juſtitiâ ſui Petitorii*, quod ſæpiùs fieri poteſt: ita utique cauſam amittere eos oporteret. Videlicet deficientibus ſuper proprietate probationibus, ſi tunc quoque deficit poſſeſſio, unà etiam dominium v. c. perditur: eſtque vel in eo *magnum* poſſeſſionis *commodum*, ſi utrinque probationes æquales ſunt. Denique non minùs in *recuperandæ* remediis *ad effectum devolutivum* appellare licet. *dd. txx.* Sed ſi *praxin Fori communem* reſpiciamus, *adipiſcendæ* poſſeſſionis Interdicta *appellationem* habent *devolutivam.* *Momentaneum* poſſeſſorium ne quidem hanc; eò quòd ſalvam quis habeat cauſam poſſeſſionis in *ordinario*, nec mo-

momentaneum magni adeò habeatur præjudicii. Gail. *1. O.7.n.6.* Carpz. *Tit.17. Proc. art.4.§.3. n.21.* Utique in *Curiis Saxonicis* ab *inhibitione*, (quæ ne quidem *ſummario*, quippe quod cauſæ cognitionem habet, per omnia *ſimilis* eſt,) *non appellatur*; (id quod *communi juri* conſentaneum eſt. Poſth. *O.106. d. Manut. n.1. ſeqq.*) ſed tamen à *ſententiâ* ejus *confirmatoriâ* vel *caſſatoriâ*, ſaltim ob *mulctæ* annexæ *præjudicium*, ſive parti ſive Fiſco impendens. v. *id.* Carpz. *d. l. n.28.* & *3. Dec. 238.* In *retinendæ* verò Poſſeſſoriô *ordinario* haud dubiè *plenè* obtinet, etiam quoad *ſuſpenſivum* effectum, *appellatio*. Gail. *1. O.147. n.9.* & Carpzov. *d. art.4. n.29.* Denique in *recuperandæ* poſſ. Interdicto vel cauſa ſpolii, *ne quidem* quoad *devolutivum* effectum, Appellatio admittitur. Et tamen ubicunque oſtenditur *Nullitas evidens*; ùt quando ſolùm una pars audita fuerit, item ſi nimis præcipitanter actum ſit, adeòque *causâ non cognitâ*, ſi in petitorio vel planè non, vel difficulter, præjudicium *reparari* poſſit. Ita etiam in cauſa *ſpolii*, & quidem ad effectum quoque *ſuſpenſivum*, admittitur appellatio; (ùt rectè *Mevius* cum *Afflictis Dec.269. aliisque* à ſe citatis. *I. Dec.25.*) multòque magis his caſibus, ad eundem effectum, in Judiciis quoque *adipiſcendæ* poſſeſſionis, & quidem etiam *Interdicto Quor. bonorum:* quicquid ſit, quòd illud *exceptiones altioris indaginis* non admittat. Tunc verò in judiciô quoque *Momentaneô retinendæ*, ad effectum *ſuſpenſivum* adeò, appellare licet, quando in eo proceſſum eſt, *ùt in ordinariô*; ut quando hæres in poſſeſſione hæreditatis, quam quidem quà talis habere non potuit, manutenetur. Si protinùs ei *admixtum* eſt *petitorium* judicium. Si in ſententia ejus *unicè* judicium *petitorium reſervatum* fuit. Quin

& ſi *notoria* fuit admiſſa *Nullitas*, prætermiſſa citatione,
nec *cauſa cognitione* habitâ; adeò ut formam judicii ne
quidem habeat. Nam ut appellatio admittatur cum
*Poſthiô d. l.* ſi evidentis *injuſtitia* decretum argui velit,
intutum & vix admittendum eſt. Quid verò tandem
3981 *Strykius?* ille quod reſolvere non audet, * leviter, ùt ſo-
let, tranſilit; modò tranſiliat, nec errores ſuos propinet.
3982 An enim non poteſt unquam appellari * ab *Interdicto*
*Quorum bonorum* ad effectum *ſuſpenſivum?* An *com-*
3983 *mune* eſt reliquis * Judiciis *Poſſeſſoriis*, quòd in illis ſolùm
3984 poſſit appellari quoad effectum * *devolutivum?* Annon
craſſus eſt error & indignus Icto, qui *praxin Forenſem*
ſcribere auſus eſt, quòd *à poſſeſſoriò ordinariò retinendæ*,
quod Poſſeſſorium frequentiſſimum & tantùm non quo-
3985 tidianum eſt, poſſit *ſolùm* appellari quoad effectum * *de-*
3986 *volutivum?* Anne * *par* haberi poteſt *ratio* omnium ju-
diciorum *poſſeſſoriorum?* Anne poteſt quicquam probari,
3987 3988 etiam de * *civili Jure*, ne dicam de * *Fori uſu*, quem ubique
crepat, *Auctor*, (æquè Scholæ ac Fori periculo,) de appel-
3989 lationis effectu *devolutivo*, in *Poſſeſſoriis*, ex * *L. un. C. Si de*
*moment. Poſſ. fuer. appell.* cùm tamen lex illa *omnem* pla-
nè *appellationem deneget*, & gravatum *ad petitorium* re-
mittat? Et quâ ratione poteſt *Auctor* hanc quæſtionem
3990 *omnem ex illâ Lege* * *Civili* deducere? qui ignorare non
debebat, quantum *Jus Canonicum* ab iſtô in hoc diſcre-
pet, quòdque *neutrum* noſtri *Fori uſu* obtineat. Quan-
3991 quam * hæc ad *Uſum Codicis* pertineant, *Strykius* adhuc
in *Uſu ſuô Pandectarum* verſetur.

§. X.

3992 AD ORDINARIUM JUDICIUM.] Imò ad * *pe-*
*titorium.* Nec enim hîc eſt *ſummarium* & *ordinarium.*

POSTE-

POSTERIOR NEGARI NEQVEAT.] Quidni * ne- 3993
gari poſſet? nam datô hôc, ſequetur, ex *teſtamentô* * *nun-* 3994
*cupativô* ſemper dari remedium hoc; quod tamen omnes
negant. *arg. d. l. f.* verb. *teſtamentum oſtenderit.* Perez.
*ad d. t. n. 6.* conf. *rubr. h.* ibi: & quemadmodum * 3995
*ſcriptus* hæres. *l. 2. eod. tit.* ibi: *ſcriptus* hæres. At verò
non eſt nuncupativum teſtamentum, niſi quod vel firma-
ri poteſt à teſtibus ſuperſtitibus: aut quod his vel parte
eorum aliquâ, exſtinctis, in Inſtrumentô Notarii ſupereſt.
Sed hoc tamen quid ampliùs eô ipsô conficit, quantum
ad cuſtodiendam veritatem nuncupationis vivi teſtatoris,
ab initio. Quamvis autem vix accedendum ſit *Antonio*
*Fabro*, quando is in *Lib. VI. C. S. T. 5. def. ult.* j. *Dec. 3.*
*Err. pragm. 7. & 8.* exiſtimat perire *nuncupativum* teſta-
mentum, per Notarium in tabulas redactum, quando Te-
ſtator *tabulas* illas * *conſciderit.* Adhuc enim teſtes de 3996
nuncupatione ipſius deponere poterunt; nec *ſubſtantia*
teſtamenti nuncupativi in illâ ſcripturâ conſiſtit. Tamen
videri poteſt *faciliùs* admittendum * Inſtrumentum No- 3997
tarii ſuper nuncupatione Teſtatoris, *adinſtar* teſtamenti
*ſcripti*, *arg. d. l. f.* it. *rubr. & l. 2.* cùm ſanè ſcriptô hoc
irrefragabili, licèt teſtes teſtamentarii non audiantur, vel
ſaltim non omnes, (quippe quòd vel unô deficiente to-
tum teſtamentum corruat,) oſtendi poſſit protinùs *volun-*
*tas Teſtatoris*, ac ſi ab ipſomet *ſcripta*, vel ſaltim *juſſu ejus*
*ſcripta*, eſſet, cujus non eadem facies, nec ratio *Edicti*, oc-
currit in * voluntate ejus, ſuper quâ teſtes denuò per 3998
Judicem juratò examinari oportet: cùm experientia quo-
tidiana teſtetur, quàm ſæpè illi teſtes diſcrepent ac incerti-
tudinem rei inducant, quale quid in *Inſtrumento Notarii*
metuendum non eſt. Neque enim hic ſimpliciter de
fide

fide & auctoritate, quæ fidem conciliat, quæritur; ſed
3999 de * *ſcripturâ* ejusque *certitudine:* ſcripturam verò talem
4000 non conficit * *Protocollum* ex ore & depoſitione teſtium,
qualis eſt ſcriptura ex ore *Teſtatoris* & ſuper *actu ipsô* coram teſtibus celebrato.

ALLEGAT.] Quid opus allegatis vel 490. Docto-
4001 ribus? cùm * *textus* apertisſimè excludat hæredem ab inteſtato; eô ipsô dum ubique & *ſcripti* hæredis fit mentio, & *teſtamentum* oſtendendum eſt, quodque *nullô vitiô vi-*
4002 *ſibili* laboret. Neque etiam, ſi * *Codicilli* adfuerint, illi hæredem continere poſſunt. §. *ſeq. b.*

§. XI.

4003 AB INTESTATO SUCCEDAT.] Et quidni urge-
4004 ret? cùm ne quidem *hæredi* * *legali* detur ſ. *fiduciario*, quem *Codicilli* quidem non efficiunt; ſed ipſe tamen eô, qui Codicillis deſignatus eſt, *fideicommiſſariô*, omninò *potior* eſt.

SOLENNE TESTAMENTUM.] In aliud genus
4005 tranſit *Auctor*, & *à Codicillis* ad * *Teſtamentum* perſultat: maximâ inconſequentiâ! Unde quamvis *reſtitutio verbalis* facta ſit fideicommiſſario ex Codicillis: (qui enim reſtitutionem ab eô *re* ipsâ habet, remediô aliquô *poſſeſſoriô* non indiget, v. *l. 63. ad SC. Trebell.*) tamen ei nequaquam hoc remedium dabitur; ſed tamen dabitur ei, quan-
4006 do *ex* * *teſtamento fideicommiſſum* ei debetur; quin & *utile* eidem dari volunt, ſi *in Codicillis* ſcriptus ſit. Eſt
4007 enim utrobique * *hæres ſcriptus*; utut *obliquè*, nec directò, ſuccedat.

RESTITUTIO.] Ergò exiſtimat *Auctor*, *fideicommiſſario* competere hoc remedium, qui *in Codicillis* ſcriptus eſt:

eſt: cùm *reſtitutio* nil faciat ad jus actionis, ſed ſolùm ad
hoc, ut actu introduci poſſit. Eſt enim quis fideicom-
miſſarius *etiam ante reſtitutionem.* Et tamen * carere 4008
fundamentô, ait, doctrinam, quòd *ex Codicillis* competat
hoc remedium. An ergò ſe fundat fideicommiſſarius * in 4009
*reſtitutione?* Profectò ſi non *Codicillos* produxerit * *vitiô* 4010
*viſibili* carentes, etſi vel centies ei reſtituerit hæres verbô
hæreditatem: non habebit ille ob hoc fundamentum hu-
jus remedii. Et fundamentô ergò carere hanc *Auctoris*
doctrinam exiſtimo.

IN SE VALIDUM ESSE.] Nec tamen validum
* quodlibet teſtamentum fundat hoc remedium. Proin- 4011
de ſufficit, quando *ſcriptum* fuerit *teſtamentum patris.*
Nam & teſtamentum *Principi oblatum* ſufficit.

§. XIV.

EX JURE HÆREDITARIO] Jam *ſuprà* hunc er-
rorem notavimus; & quàm ineptum ſit *cauſam* actionis
* *à ſubjecto patiente* petere; ac * *conditionem ſinè quâ* 4012 4013
*non* confundere cum *causâ effectum* producente. Ac-
cedit, * quòd ex Jure hæreditario agens rem *ſingularem* 4014
non proſequatur, *quà talis* eſt, etiam * *in poſſeſſorio.* 4015

UT FALCIDIAM] Imò * etiamſi *Falcidiæ* nomine 4016
non intereſſet, juxta *ſuperiùs* dicta.

CUMULARI POSSE.] Nec tamen hâc *lege unicâ*
doctrina hæc * *alternativæ* cumulationis abſolvitur, v. *Comm.* 4017
Lyncker. *ad Digeſt. Tit. d. Edend.* §. *1.* & *4.* Neque rurſus
hæc * *cautela* eſt. 4018

§. XV.

CONDICTIO.] Sed non eſt *in eâ L.* * *Condictio*; nec 4019
enim

4020 enim * *actio* ibi proditur, ſed potiùs *actionis* * *amiſſio* in-
4021 dicitur, pro re, quam quis ſubtraxerit: indeque * *pœna* eſt
4022 4023 mera. Sic & in * *l. 48. ad SC. Trebell.* eſt denegatio peti-
tionis & ſic *pœna;* nullum ibi nec hæredi nec fideicom-
4024 miſſario proditum * *remedium.*
4025 NISI CONCESSISSET.] Hæc verò non eſt * *re-
ſtrictio* vel *limitatio* ejus, quod in *l. 5. & l. 48.* proditum
eſt; ſed potiùs caſum *oppoſitum*, & *extrà terminos* illorum
*textuum*, conficit. Nam ſecundùm *Auctorem* idem eſt,
ac ſi diceres: Non licet res ſubtrahere aut furari; licet
tamen, ſi teſtator id conceſſerit: quod ineptum eſt.
Deinde quòd teſtator alicui licentiam *propriâ auctoritate*
4026 ſibi rem habendi vel ſumendi concedere poſſit: illud *
non habet neceſſe *Auctor* à *Dd.* & eorum *auctoritate* pe-
tere; quippe quòd hanc in rem *textûs expreſſi* proſtent.
v. *l. 34. §. 1. d. Legat. 2.*

§. XVI.

4027 INTERESSE.] Nec tamen * quod *verè intereſt:* quo-
niam contumaciæ pœna ex hoc æſtimatur, propter quod
*exhibitio petita* eſt. *l. 1. §. 11. ſeqq. d. tabb. exhib.*
4028 HOC REMEDIUM.] Sed * qualenam hoc eſt Re-
medium? Cur non *Auctor* nomine ſuô id deſignat, quòd
*Interdictum* ſit. *l. 3. § 7.* & *t. t. d. tabb. exhib.* Niſi quòd
de eô inter cœtera non egerit ſuperiùs; ſed illud huc ad
4029 * *hæreditatem* commodiùs pertrahere voluerit. Mirum
quòd non etiam hoc *ex Jure hæreditario* deducat: Et fe-
ciſſet fortaſſis, ſi hæredi tantùm, ùt *Quorum bonorum* &
*Quod Legatorum*, competeret.
4030 TESTAMENTUM.] Nec tamen ſolùm *pro* exhi-
bendo * *teſtamento* datur, ſed & pro *Codicillis. l. 1. §. 2. eod.*
Quin

Quin & ratione * *nuncupativi teſtamenti*, per Notarium in ſcripturam redacti. *arg. l. 1. §. 2. eod.* 4031

HÆRES.] Nec non * ipſe *teſtator* pro *ſuis tabulis. l. 3. §. 5. b.* 4032

§. XVII.

INTERVERTI SOLEAT] Perperam * *interverti* dicitur. Neque enim *hæres* dici poteſt, niſi quando ſub tempus mortis * *teſtamentum* non adeſt; quippe quod excludit proviſionem Legis. 4033 4034

§. XVIII.

PARENTIBUS ET FRATRIBUS.] Et ſi non adſint Parentes, * *fratribus* competit: qui ne quidem cum Patribus, in caſu turpis perſonæ inſtitutæ, *concurrunt*. 4035

§. XIX.

CERTA FORMA PRÆSCRIPTA.] Imò * exhinc non pendet ſententia illorum, qui putant *Querelæ inoff. teſt. hodiè locum non eſſe*: quin potiùs eum, qui ad formam illam reſpicit, concedere oportet, quòd quidem *formâ iſtâ neglectâ* teſtamentum ſit *nullum*; ſed tamen ſi teſtator eam obſervaverit, ùt ſi Pater filium innocentem *expreſsè exhæredaverit*, additâ aliquâ ex *cauſis*, quas in *N. 115. Juſtinianus* conſtituit, quòd tunc filius *quereiâ* agere ad *reſcindendum* teſtamentum, *ipsô Jure* firmum, opus habeat. Non itaque *auctori* * cognitum eſt, in quonam *ſententia* eorum, qui querelam *Jure noviſſimô* ſublatam eſſe, indeque nec *liberos* nec *parentes* Querelâ ampliùs uti, putant, verſetur. Nimirum in eô verſatur: Si fuerint *inſtituti*, ajunt, ſufficit ad ſalvandum teſtamentum, licèt id 4036 4037

in re minimâ fuerit; indeque datur *condictio ad ſupplendum legitimam* ex *l. 30. C. d. inoffic. teſt.* Si *non inſtituti:* tunc vel *præteriti* ſunt; & ſic teſtamentum eſt nullum: vel *exhæredati,* (quò etiam *præteritio materna* pertinet;) & ſic vel *addita* eſt *cauſa* exhæredationis, vel *non. Hoc caſu* teſtamentum eſt *nullum. Illô,* vel eſt *cauſa falſa* nec probabilis; & ſic iterum teſtamentum eſt *nullum.* per *N. 115. c. 3. 4.* Habituros autem ſemper exhæredatos vel præteritos cauſam pro falsâ, & ſic potiùs inſtituturos *Querelam Nullitatis:* vel eſſe *veram;* & ſic quoque locum non habituram eſſe Querelam Inofficioſi teſtamenti. Sicut autem *prior* illa *ſententia,* quæ ad *formam* præſcriptam in *N. 115.* reſpicit, *vera* eſt; eaque locum dat querelæ, ſi forma illa *ſervata,* & ſic teſtamentum *ipsô Jure firmum,* ſed *iniquum* ſit, ut propterea *reſcindi* illud per querelam *oporteat;* ceu non minùs ea ſententia *in Foro* obtinet: ita *poſteriori* accedere minimè licet. Num enim addita cauſa exhæredationi vel præteritioni ſit *falſa nec ne?* illud non poteſt diſceptari aliô, quàm *querelæ judiciô:* nec *Nullitas* teſtamenti argui poteſt; ſiquidem Nullitas *non ex falſitate cauſæ,* ſed ex *non expreſſione ejus,* pendet: dum expreſſio *de formâ* ejus requiritur; non veritas, utpote quam ut *hæres* ſ. reus nunc quidem *probet,* ad ipſum pertinet: idque ſi non fecerit, non propterea teſtamentum ſit nullum, quippe quod formam ſuam habuit; ſed ſolùm *iniquum* eſt, & *reſcinditur.* Quòd ſi autem probaverit, ſubſiſtit teſtamentum eò magis, & querela quidem effectum ſuum non ſortitur; intereà tamen locum habere potuit, & *deficere* poterat *in probando* cauſam etiam veram reus ſ. hæres ſcriptus.

NIHIL CAUTUM.] Videlicet non opus eſt, quoad *fratres,*

*fratres*, ut *cauſa* præteritionis in teſtamento *expreſſa* ſit. Adhuc enim ſubſiſtit præteritio nihilominùs. An verò
ideò, quòd * *forma* exhæredationis vel præteritionis in 4038
liberis & parentibus *Jure Novellarum immutata* eſt, querela ceſſat? nam & *ante Novellas* habebant *ſuam formam*; & tunc eâ obſervatâ querelam adhiberi oportebat: annon etiam *hodiè*, ſi forma à Novellâ præſcripta ſervata fuerit:
& cur minùs? Et cur * in *fratribus* eam adhiberi neceſſe 4039
eſt? ſi *forma vetus* in illis ſervetur: an * magis vel minùs 4040
forma eſt, quæ *vetus* eſt aut *nova*? Et annon * ubicun- 4041
que forma eſt adhibita, & ſic teſtamentum Jure ſubſiſtit, neceſſe eſt ut *reſcindatur*? & an aliud ad hoc ſuppetit
*remedium*, quàm * *querela* inofficioſi teſtamenti? 4042

REGULARITER.] Jam dixi * *regulam*, per quam 4043
non poteſt aliter quàm ut obtineat. Sanè non poteſt ob
hoc dici non obtinere *regulariter*, quando * *alio remediò* 4044
teſtamentum impugnare licet. Nam ita planè non da- 4045
tur querela *naturâ ſuâ*. An hoc eſt, non obtinere illam
*regulariter*? & quid *Auctori* eſt * *regulariter*? Saltim in 4046
eâ ſpecie penitùs locum non habet; *aliàs* omninò vigorem ſuum exerit: an hoc eſt non obtinet *regulariter*?
Anne dici poteſt * actionem *de dolô* non ampliùs ſuper- 4047
eſſe *regulariter*, quia ſi dolus *ordinariâ actione* emendari poteſt, veluti actione bonæ fidei, actio doli non compe-
tit? Nam utique ubi non quæri poteſt, an * actio quæ- 4048
dam detur, ibi ineptè dicitur, in illô caſu non competit
*regulariter*. Et quid *Auctor* ſibi cum ſuô *regulariter* * Ju- 4049
re *noviſſimô*? quidni etiam dicere neceſſe habet * *anti-* 4050
*quô Jure*, querelam inofficioſi teſtamenti non competiiſſe *regulariter*? nam & ab initio non potuit admitti querela, ſi aliô remediô ſuccurri poſſet exhæredatis vel præteritis.

4051 SI ERGO NULLUM EST.] De hoc * nemo un-
quam dubitavit: quòd querela non detur, ſi *jure* illô *ſpe-*
*ciali nullum* ſit *teſtamentum*, ſeu non obſervatâ formâ illi
præſcriptâ Quanquam enim *Vinnius, aliique* ante ipſum,
exiſtimaverint, *nullitatem* non induci teſtamentô, ne hò-
diè quidem, ſi *cauſa* in teſtamentô, v. c. parentum, *non*
*expreſſa* fuerit. Tamen in eo & Ipſi conſentiunt omni-
bus, quòd *inofficioſi* teſtamenti *querelâ* oporteat experiri,
quoties teſtamentum *Jure* ſubſiſtit.

§. XX.

UNO TAMEN CASU.] Nihil ineptum magis eſt.
4052 Ac ſi tu diceres: *Rei vindicatio* * *regulariter* ampliùs non
obtinet, quoties ſcilicet actor *non* eſt *Dominus;* ſed unô
4053 tantùm caſu locum habet, isque * *per exceptionem* admitti-
tur, quando ſcilicet actor ſe fundare poteſt *in Dominio.*
4054 Anne unquam * aliter *inofficioſi querela* obtinuit, niſi eô
caſu, quô exhæredatio vel præteritio *ritè ſcripta* eſt? nam
4055 hoc unicum fundamentum, (ſed non * unicus *caſus*, ùt in-
ſcitus *Auctor*,) eſt, cui actio illa tota inſiſtit; ac in quem
finem, ut nimirum teſtamentum *ipsô Jure* ſubſiſtens, ſed
*iniquum* tamen, *reſcinderet*, tota & unicè comparata & in-
troducta fuit.

DEFECTVS DEMVM POST MORTEM.] Inſi-
pidum eſt hoc. Quaſi verò *iniquitatem* demum accipe-
4056 ret teſtamentum * *poſt mortem* defuncti *teſtatoris.* Vi-
4057 detur, *Auctorem* non percipere diſcrimen, quid * interſit
inter *ritè* eſſe exhæredatum, & *iniquè?* cùm ad teſtamenti
4058 * *validitatem* ſufficiat, *ritè* quem exhæredatum eſſe, licèt
4059 4060 *iniqua* ſit exhæredatio; idque * *ab initio:* nam hoc * *fa-*
4061 *cti*, illud *juris* eſt. Et * *iniquitas* non reddit teſtamen-
tum

tum *Jure nullum*, ſed ut *reſcindatur* viâ actionis & officio Judicis. Quid etiam ſi hæres * *probare* non poſſit cau- 4062
ſam ingratitudinis, quæ tamen vera eſt. Ita verò *non iniquè* foret exhæredatus; & tamen teſtamentum *reſcindendum* foret.

ET HOC CASU.] Quaſi * *Legata* non citiùs *ſal-* 4063
*vari* poſſent, quando teſtamentum ex capite querelæ inofficioſi *reſcinditur*; quàm ſi ex capite *Nullitatis* * ab ini- 4064
tio non ſubſiſtit. Nam de caſu inofficioſi querelæ nemo
* dubitare potuit; ſed ſolùm de caſu *Nullitatis*. Vinn. *II.* 4065
*quæſt. 12.* Et quid opus eſt exiſtimatione *Strykii?* ſi ex-
preſſa * diſpoſitio *Novellæ 115.* in caſu querelæ inofficioſi 4066
proſtat.

SECUS EST.] Et * cur ſecùs foret? quoniam e- 4067
nim illud ſolùm per querelam inofficioſi tollendum voluit *Juſtinianus*, in quô *injuriam* fecerant teſtatores iniquè
*præteritis* vel *exhæredatis*. Ideò nec in *teſtamentis* * *fra-* 4068
*trum* ratio illa ſeponi poterit. Non enim quicquam in 4069
contrarium efficit, quòd cùm fratres * *nullum* non poſſint dicere teſtamentum fraternum, ſed eosdem *ſemper querelâ inofficioſi agere*, & ſic in *periculum* ſe conjicere oporteat, omnia ſibi aliàs relicta *amittendi*, ſi in causâ non obtinuerint: eapropter æquitati conſentaneum videatur, ut, obtentâ causâ, etiam omnia bona, & ſic legata aliis, totô evacuatô teſtamentô fraternô, retineant. In *liberis* autem ſecùs ſit, qui & *Nullitatis* querelam intentare poſſint: in quâ de legatis ſibi vel relictis non periclitentur. Quid enim * ſi *Nullitatis arguere* teſtamentum Pa- 4070
tris *non poſſent*: & tamen ſic etiam damnum ſubirent legatorum dimittendorum, cùm illa non minùs ſalva ma-
neant. Adeò ut ſi liberi * in *terminis habilibus* cum *fra-* 4071

*tribus* comparentur, *inſtituendæ* ſcilicet *querelæ inofficioſi*
*teſtamenti:* non appareat ratio, cur *liberi* debeant lega-
tis & fideicommiſſis *carere* in teſtamentô inofficiosô;
& *fratres* ea *lucrari.* Quin potiùs quia *ratio* eadem quæ
4072 in liberis, quòd nimirum * *injuria* circà *ſolam inſtitutio-*
*nem* admiſſa ſit: idem quoque *conſequens*, & multò *fa-*
*ciliùs*, in *fratribus* obtineat. Unde & hanc ſententiam
meritò recepit *Franzkius* ad *Tit. Dig. d. Inoff. teſtam. n. 84.*
& *Perezius* in *C. eod. n. 21. 22.* cumque illis *Struvius* in *Dig.*
§. *22.* tum & *Peregrinus art. 36. d. Fideic. n. 49.* ubi non
4073 ſolùm * ex ratione *textûs* hanc opinionem validè inferri,
4074 ſed & * *humaniorem* eſſe; tum & *Baldo, Salyceto, Claro*, pla-
cuiſſe, nec minùs *Senatui Neap.* teſte *Afflictis* probatam
4075 eſſe, tradit: quam & *in * Foro* ſequendam vult *Theſſaurus*
*Dec. 128. n. 7.* De cætero nil quicquam ad peritos Juris va-
niſſimus ille & macerrimus *Strykii Uſus Pandectarum mo-*
*dernus.*

§. XXI.

4076 TRICENNALIS EST.] Cùm verò *Nullitas* hæc *
*non communis* ſit, ſed reſpiciat formam inſtitutionis circà
liberorum cæterorumque *exhæredationem* vel *præteritio-*
4077 *nem* neglectam, ſitque non minùs * *odioſa* atque *inofficioſi*
4078 *querela:* quin & in aliis, velut * *legatis ſalvandis*, eundem
effectum habeat, atque inofficioſi querela. Hinc non
apparet, quâ ratione *Auctor* admittendam voluerit hanc
4079 Nullit. querelam ad *triginta usque annos?* add. * *l. 34. in f.*
*C. d. Inoff. teſtam.* ibi: quinquenniô *tacuit. l. 9. ff. eod.* ibi:
intra quinquennium *non egerit.* Neque igitur Nullitatis
4080 querela *pinguior* eſt. Imò ne quidem * cum querelâ in-
officioſi teſtamenti *concurrit.* Quid ergò eâ pinguior fo-
ret? Neque enim dari poteſt, ubi teſtamentum inofficio-
ſum

ſum & *ritè conditum* eſt. En, quomodo *Auctor utiliores actiones cautè* ſubminiſtret! Propediem egregias has conſultationes ad *Cautelas ſuas* referet.

LEGATUM AMITTIT.] Nec tamen * amittit, niſi *improbè* dixerit *inofficioſum*, & in eò * *perſeveraverit*. *d.* §. *14*. Ad quod evitandum ſufficit, ſi *probabilem cauſam* habuerit. 4081 4082

VIDEAT.] Videat quantum poterit: non videbit, quòd ſibi competat * Querela *Nullitatis*, ubi teſtamentum ritè conditum & ſic *verè inofficioſum* eſt. 4083

EXISTIMO.] Cùm verò * ratio *Auctoris* ſit falſa, quòd remedium *Nullitatis h. l. ordinarium* ſit: quia potiùs ad * *cauſam* ſuam reſpicit, quæ cùm ad Patris vel conjunctæ perſonæ teſtamentum evertendum vergat, *odioſa* eſt. Hinc probabiliùs contrarium aſſeritur, & quòd eadem fata etiam, quoad *transmiſſionem*, cum querelâ inofficioſi ſubeat. Aliàs oporteret quoque competere *hanc Querelam Nullitatis* * *aliis*, quàm quibus Querela competit; quod dici non poteſt: cùm nullius niſi *conjunctorum* illorum interſit, *ſpecialem* illum *ritum* inſtitutionis in teſtamento ſervari. 4084 4085 4086

§. XXII.

COMMODIUS.] Quaſi verò * non rectè dicatur *condictio ex l. 30. & 36. C. h.* legitimæ *ſuppletoria*, item *expletoria*; nec enim alia eſt. 4087

QVIA CIVILIS EST.] At verò etiam querela inofficioſi * *civilis* eſt. Nimirum *condictio* retinet terminum *civilium actionum*, quia * non eſt *odioſa*, eò quòd ſalvum teſtamentum relinquat. 4088 4089

§. XXXIII.

§. XXXIII.

EX JURE HÆREDITARIO.] Quòd actio F. E. *ex*
4090 *Jure* * *hæreditario* non deſcendat, nec * *realis* ſit, jam *ſuprà*
4091 oſtenſum eſt.

4092 VIDEATUR.] Imò reverà eſt *ex* * *quaſi contractu*,
nec *cauſam* habet *aliam*. Et ineptum valdè eſt quòd *Au-*
4093 *ctor* velit, eam oriri ex quaſi contractu *per* * *accidens*: de
quô non minùs *ſuprà* vidimus. Amat enim *Strykius* ſub-
tilia commenta ſua toties Lectoribus inculcare. Neque
4094 verò ipſum per omnia * juvare poſſet *Lauterbach*, (quan-
4095 quam nil efficiat in principiis adeò evidentibus * *Auctori-*
*tas*,) dum enim *pro indiviſo* de *parte quotâ*, & ſic de *Jure*
*hæreditariò* conſtat: nil ampliùs in hac actione quantum
4096 ad res ipſas attinet, quæritur, quàm * *diremptio* rerum,
4097 quæ *factum perſonale* concernit, nec diviſio ſunt * *res*
*ipſæ*; quippe in quibus, quòd ad *actorem* jam *pertineant*,
nullâ actione opus eſt. Nec igitur *Lauterbachius* aliud
4098 dicere poteſt, quàm dixit in ſimili *JCtus* * *l. 1. finium re-*
4099 *gundorum*. Imò ipſe *Auctor* ſolùm *de parte* * *debitâ* acto-
rem contendere ait, parùm ſibi conſtans: Res *ſua* verò
non eſt res *debita*; aliter quàm ut *diremptionem* ejus pati
*obligatus* ſit, qui eam in *communione* detinet. De cætero
4100 nil impedit, ſi vel maximè ego, qui * *in poſſeſſione* hæredi-
tariæ rei non fui, adverſario meo & ipſe ad dividendum
4101 teneor, (eſt enim * *duplex* hoc judicium, ubi quilibet
actor eſt,) quò minùs ipſi *ex quaſi contractu* obſtrictus ſim.
4102 Neque enim quaſi contractus ille * in *adminiſtratione* ſeu
operâ & *facto* crudè acceptô, ùt falsò *Auctor* perſuaſus eſt,
4103 conſiſtit; ſed in ipſa * *communione rei hæreditariæ*, in qua
me comprehenſum eſſe reus alter fatetur: indeque ego

ipſi

ipſi vi quaſi contractus illius communionis *ad dividen-
dum* teneor; quicquid ſit, quòd ratione *adminiſtrationis*
ego ipſi obſtrictus non ſim; ceu nec ipſum hoc actio illa
in * *quolibet reo* exigit: cùm plerumque * *unus* tantùm *al-* 4104 4105
*terve* rem hæreditariam *adminiſtret:* id quod *accidens* * 4106
*perſonæ illius* dici poteſt; *actionis* verò * *accidens* nullô 4107
caſu, & ne * eô quidem, quô cohæredes *omnes extrà rem* 4108
*poſiti* hæreditarias res dividunt, & deinde quisque ſuam
partem inquirit apud hunc illumvè poſſeſſorem; quippe
quòd nihilominùs Familiæ erciſcundæ actio * *naturâ ſuâ* 4109
illam *præſtationem adminiſtrationis* contineat; qualia quæ
ſunt, non poſſunt utique dici ad actionem pertinere *per
accidens.* Mittat modò terminos *Philoſophicos,* (ſaltim
carere illis in rebus humanis, & cumprimis in doctrinis
rerum, liceret,) & Philoſophiam, quam penitùs ignorat
*Strykius,* contemnat! ſed & calamum ponat, aut exſcribat
ex Indicibus, & cum aliis per confeſſa, ùt ſolent tutiùs Ha-
maxarii tales, incedat.

NIHIL PERSONALE.] Erravit itaque * *Juſtinia-* 4110
*nus,* quando non ad mentem *Auctoris* principia Juris col-
locavit, & errarunt * haud dubiè omnes à tot ſeculis *JCti,* 4111
quando nullus eorum dubitavit, quòd *familiæ erciſcundæ*
actio *ex quaſi contractu* oriretur & certò *perſonalis* ſit; tan-
tùm, quòd à *Quibusdam,* poſteris temporibus, diſputatum
fuerit, an * *realis* & propterea *mixta* ſit. Quid verò *per-* 4112
*ſonale* magis eſſe poteſt, ac quando cohæredem * *ad divi-* 4113
*dendum* familiam ſeu res hæreditarias (nam * *jus hæredita-* 4114
*tis* jam *diviſum* eſſe oportet,) adigimus. Eſt autem non
aliud hoc judicium, quàm * *dividendæ hæreditatis; l. 1. pr.* 4115
*h. l. 3. l. 8. l. 18. C. eod.* item diviſionis hæreditariæ: *l. 77. pr.
d. leg. 2. l. 51. §. 1. l. 2. pr. h.* ad ipſum enim *jus hæreditarium,*

 (quod

4116 (quod *realem actionem* parit,) dividendum **Judice* non
4117 opus eſt. *l. 2. §. 1. eod.* Unde & * *nomina* in hanc actio-
nem non veniunt, quia dividua ſi fuerint, diviſa jam ſunt;
*l. 6. C.* individua verò dividi nequeunt. *l. 18. §. 4. 6. l. 25.*
4118 *§. 9. ſeqq. h.* Deinde hoc judicium * *inter cohæredes* da-
tur: *l. 1. pr. h. l. 2. 3. C. eod. l. 2. 10. 11. ſ. d. t. l. 36. pr. h.* nam
4119 ſi reus neget actorem eſſe *cohæredem*, * ceſſat hæc actio;
*l. 1. §. 1. l. 51. §. f. h.* de quô *exactiùs ſuprà* dictum eſt. Quid
4120 ergò hîc dici poteſt * *vindicari* ex rebus, cùm ſanè in quali-
bet actione reali neceſſe ſit, inque hoc intentetur actio,
4121 ut quis * *declaretur* eſſe Dominus, ut declaretur eſſe *hæ-
res*: quale quid ſanè in hâc actione F. E. nequaquam fit,
4122 *nec* fieri *poteſt*; quippe quod non ampliùs * *in controver-
4123 ſiâ* eſt. Neque etiam actor ſe * *fundat* in *Jure hæredita-
rio*, ſed in eô, quòd reus ipſum habeat jam pro cohærede
& Domino rerum hæreditariarum, v. c. pro parte tertiâ;
4124 indeque ob * *communionem* illam, tanquam *quaſi contra-
4125 ctum*, ad *dividendum* res illas * ad *modum* hunc actori te-
neatur; ut cùm jam habeat bona illa & ipſe cum reo com-
muniter, ſed *pro indiviſo*, impoſterum teneat partem
ſuam pro *diviſo*. Hinc etiam hoc judicium eſt inter eos,
4126 * quorum *aliqui poſſident*, *aliqui ſecùs*. *l. 1. §. 1. l. 25. §. 2.*
4127 *l. 22. §. f. eod.* Neque hîc diſcrimen * *poſſeſſionis* habetur,
utrum agat poſſeſſor contrà non poſſeſſorem, an non
4128 poſſeſſor contra poſſeſſorem. Imò quando * non poſſeſ-
ſor agit, vicisſim tamen alter, ceu in *duplici* judicio, tan-
quam *poſſeſſor*, adverſus actorem æquè experitur. At
4129 verò hoc non convenit *naturæ* * actionum *realium*, quip-
pe quæ nunquam dantur *poſſeſſoribus*, nec *contrà non poſ-
4130 ſeſſores*. Adeò ut vel ipſa * *hæreditatis petitio* nunquam
detur *poſſeſſori*, nec contrà *non poſſeſſorem*; ſed ſolùm
con-

contrà eum, qui *pro hærede* aut *pro poſſeſſore* poſſidet.
Quid porrò eſt, quòd * in *perſonas*, & quidem *omnium*, fieri 4131
debeat *condemnatio*, *l. 25. §. 20. l. 27. eod.* quòd ſæpe in
* certam *pecuniam* alter alteri condemnetur. *l. 55. h. §. 4.* 4132
*l. d. Off. Jud. §. 20. Inſt. d. act.* & * indemnes invicem ſer- 4133
vari oporteat. *l. 25. §. 16. Fam. erc.* Denique quòd * *bonæ* 4134
*fidei* ſit hæc actio. Quæ quidem omninò inferunt, hanc
actionem * *naturâ* ſuâ & *per ſe perſonalem* eſſe. 4135

MIRANDUM.] Imò mirandum eſt, cùm perſo-
nalia ea ſint in hac actione, & * nil reale occurrat, quare 4136
*Auctor* merè realem & mixtam non niſi * *per accidens* ha- 4137
beri velit?

SALVO JURE.] *Auctoris* ſcilicet, qui jus contur-
batum & erroribus inquinatum habet. Quòd enim *obli-
gatio* * non niſi ex ipſâ *communione*, tanquam ex *quaſi con-* 4138
*tractu*, competat, tum & ob *præſtationes*, quæ eam ſæpè
comitantur, indeque & *ipſæ* * *perſonales* dicuntur, *l. 22.* 4139
*§. 4. h.* certo certiùs eſt. Hæ verò perſonales ſingulari
ratione, imò *perſonales actiones* dicuntur, eò quòd non
omnes cohæredes hanc partem obligationis, ſed ſolùm
*illorum* * *perſona* habeat, qui rem communiter admini- 4140
ſtrarunt: cùm quidem cæteri ſolùm *ad* * *dividendum* 4141
rem obſtricti ſint: idque ex *legibus*, ipſoque *Fori tractatu*,
plus quàm apertum eſt.

NON CONVENTIONALIS EST.] Aſſertum,
quod in prima Juris *principia* impingit! An enim pro-
ptereà * *conventionem* non poteſt conſtituere, in quod 4142
partes *fortuitò* incidunt? Neque verò *Paulus* in *l. 25. §. 16.*
quando ait: cum cohærede non contrahimus, ſed *incidi-
mus* in eum: negat communionem hanc * *conventiona-* 4143

4144 *lem* eſſe; ſed ſolùm quòd non exigatur *talis* * *diligentia*,
quæ in ſuſceptô *mandatô* alicujus, ut ejus negotia gera-
mus, & ne quidem ùt in *negotiorum geſtorum* actione, exi-
gitur. Videlicet hinc ſufficere, ait, ſi quis *culpam levem*,
non in *abſtracto*, ùt quilibet diligens Paterfamiliâs, (quo-
niam ſimpliciter volens ad rem communem non acceſſit;
verùm ut *& ſuam rem* curare *in communione* poſſet,) ſed
qualem in *ſuis rebus*, & ſic *in concreto*, præſtet. De cæte-
ro hac talia ſunt, ex quibus neceſſariò convincitur *Auctor*
pudibundi erroris, quòd in hac communione ille agno-
4145 ſcere * *præſtationem perſonalem* ex *obligatione* nolit. Nam
4146 ut *quaſi contractum*, qui ſanè * *conventio* eſt, quique non
4147 realem, ſed *perſonalem* producit actionem, * à *communio-
ne* illa abſtrahat, ipſum prohibet penitùs *d.* §. *16.* ubi *in fin.*
4148 dicitur: *non conſenſus*, puta verus, *ſed* * *res*, h. e. *commu-
nio*, (licèt in eam *incidant*, cùm nihilominus, quamvis
non verus conſenſus in eâ verſetur; tamen ipſa hæc res
4149 ſive iſta * *communio*, illud *factum* ſit, per quod unus alteri,
*lege* id *volente*, obſtringatur:) ad *ſocietatem* jungere co-
4150 hæredes dicatur; tum & *Auctorem* ab eo * *t. t. Inſt. d. obl.
quæ ex quaſi contractu naſc.* & *tit. F. E. in Dig. & C.* per
ſingula capita prohibent. Jam verò aut ipſe *quaſi con-
tractum* in eô negotiô non agnoſcit, aut actionem *perſo-
nalem* eſſe fateatur neceſſe eſt; & rurſus dum hanc ne-
gat, non tantùm verum, ſed & *quaſi contractum* ſubeſſe
*negat*, quem errorem tyrones exſibilent oportet.

§. XXIV.

VIDEBIS.] Non vacat nunc inſpicere hunc Tracta-
tum: cùm ſatis hîc errorum expurgandum veniat.

§. XXV.

§. XXV.

MINUATUR.] At verò hoc non eſt * *gravamen legitimæ*, ſi cui legitima *non tota* relinquatur; ſed ſi *relicta* alicui *gravetur* adjectione diei, fideicommiſſi vel aliter. Quomodo enim *in legitima*, quia * *non plenè relinquitur*, ùt hîc, quando uni ex filiabus dos inofficioſa data eſt, ſi reliqui liberi plenam accepturi legitimam non ſunt, poteſt haberi *gravamen* quoddam *pro non adjectô?* ùt in *l.32. & l.36. pr. C. d. inoff. teſtam.* Neque etiam *non plena* legitima poteſt dici * *legitima*, & ſic etiam gravamen ei adjectum dici non poteſt: & fruſtrà quæritur * de *gravamine*, ubi *legitima non exſtat*, quæ *gravata* dici poſſit. 4151 4152 4153 4154

HOC FACTUM SIT.] Et tamen * aliæ quoque ſpecies dantur *inofficioſæ dotis. l. un. C. h.* junct. *Perez. ibid.* 4155

§. XXVI.

SIVE EX LIBERIS.] *Donellò* hîc non indiget *Auctor.* Eſt * *textus expreſſus* in *l. 1. d. inoffic. donat.* 4156

§. XXVII.

INTEGRAM] Imò non ſufficit ad *revocandum omne*, quod donatum eſt, * *conſilium tantùm* fraudandi, niſi & *re ipsâ* legitima *tota* erepta ſit. Neque enim rectè *Auctori* * cognita eſt *Doctorum* ſententia. Enimverò ſic *diſtinguunt*, ut per donationem legitimæ præjudicium factum ſit, vel tantùm *re*, vel tantum *conſiliò*. Si tantùm *re*: tunc volunt donationem non eſſe retractandam in totum; ſed ſolùm *in quantum officiat legitimæ. l. 5. C. d. inoff. donat.* (ubi de *revocatione* donationis, ob *liberos* donatori *poſtea natos*.) Si tantùm *conſiliò*, non re: ita 4157 4158

ſimiliter non niſi quoad *legitimæ officiat*, eam revocari poſſe. *A.* Faber. *d. Tit. C. Sab. def. 3. 7.* Quòd ſi verò *re & conſilio*: tunc vel *nihil penitùs relictum* eſt conquerenti, & ſic quia tota eum lædit donatio, *totam* etiam revocandam eſſe. *l. 87. §. 3. d. Legat. 2. l. 16. ff. d. Jure patronat.* Vel *relictum quid* eſt conquerenti, infrà legitimam: & ſic revocari poſſe non niſi *quatenus inofficioſa* eſt. *l. 6. 7. 8. C. d. inoff. donat.*

IPSIS TANTUM VOLUERIT SALVUM.] At ve-
4159 rò * *l. 5. C. Auctori citata* non agit de donatione, *conſiliô* legitimam liberis eripiendi, factâ; itaque rem totam ma-
4160 lè decidit. Et ſi hoc ſequeretur, * *Imperatores* ſolùm voluiſſe ſalvam eſſe liberis legitimam: tunc etiam non fuiſſet liberis danda *inofficioſi querela*; quâ poſſint, nullô ipſis relictô, *totum teſtamentum evertere.* Utique enim & *donator*, qui nil relinquit liberis, idem feciſſe videtur, quod is qui nil liberis in teſtamento reliquit. Unde pariter *omne* quod *donatum* eſt, legibus anteà adductis unà ſuffraganibus retractari poterit.

QVINQVENNALIS PRÆSCRIPTIO.] Quod tamen non videbatur poſſe evinci irrefragabiliter ex *l. ult. C. h.* quippe quòd ibi poſſent intelligi *tempora* utrobique *mortis teſtatoris & donatoris*, à quibus remedia hæc exercentur. Vel etiam *diſtingui* poſſe videbatur, an *in totum* reſcinderetur donatio, ut tunc id fieri deberet, *intrà quinquennium*; an verò ad *ſupplementum* usque legitimæ: ut tunc revocatio adusque *triginta annos*, ad exemplum *Condictionis* ex *l. 30. C. d. inoff. teſtam.* locum habeat. Nil officiente de cætero Interpretatione *Aniani*, in *Cod. Theodoſiano*, quæ *authentica* non eſt; nil etiam quòd tempore *Conſtantini* de jure condictionis ex *l. 30. C.* nil innotue-

notuerit: cùm ſatis ſit, non apparere, cur actio *ad ſupplementum* Legitimæ *quinquenniô* debuerit conſtringi. Cùm verò *Cujacius*, *Dionyſius* & *Jacobus Gothofredus*, & plerique alii, vocem *temporibus* etiam de *quinquenniô* interpretentur: reſpiciendum eſt ad *uſum* cujusque *Fori*, num interpretatio eorum *ibidem* recepta ſit; cùm non minùs ſint, qui *perpetuam actionem* illam eſſe velint.

§. XXIIX.

JURE HÆREDITARIO.] At verò hoc falſum eſt penitùs. Nequaquam * enim *Gerada* defertur proximæ 4161
cognatæ *jure hæreditariô* & ùt hæredi; verùm jure cognationis & ex *ſpeciali Juris Saxonici diſpoſitione*, ùt lucrum quoddam adventitium. Ita Coler. *1. Dec. 12. n. 58.* Modeſt. Piſtor. *P. 1. qu. 14.* Moller. *1. Semeſtr. c. 11.* & *comm.* Hinc etiam * in præjudicium cognatæ *alienari* non poteſt: 4162
non etiam defertur *marito*, * unico hæredi mobiliari mu- 4163
lieris: non ſolvere tenetur vidua * *æs alienum* mariti de 4164
Geradâ, eô ipsô quòd illam non obtineat *titulo ſucceſſionis hæreditariæ*; ſed ſimplici legis * beneficio; H. Piſtor. *l.* 4165
*qu. 31. n. 4.* Carpz. *2. conſt. 14. def. 62.* utut * cognata pro- 4166
xima *Mulieris* æs alienum, & tamen non aliter, quàm * *in* 4167
*ſubſidium*, ſolvere teneatur. Id. *def. 65.* Itaque pro Geradâ * *hæreditatis petitio* nullatenùs dari, ùt nec *Interdi-* 4168
*ctum* * *Quorum bonorum*, poteſt; quin potiùs *condictio-* 4169
*ne ex* * *Statuto Provinciali* utendum eſt. Unde hanc 4170
ſuam doctrinam vix perſuaſurus fuerat *Strykius* Senatui *Appellationum Dresdenſi*, ſi ſententiam rogatus eam deprompſiſſet: qui & hac poterat ſuperſediſſe *Coronide*, temerator imperitus * *Juris Saxonici*. 4171

## AD
# MEMBRUM IV.
## De
## *Servitute & actionibus inde competentibus.*

§. 1.

4172 SERVITUS IPSA.] Quidnam verò aliud, quàm **ſervi-*
*tus vindicatur? t. t. ſi ſervit. vindic.* Sic & in *l. 1. §. 2.*
4173 *eod. & l. 9. d. N. O. N.* ibi: de **jure*, id eſt, de *ſervitute*:
4174 it. *vindicatio ſervitutis.* Nam in hoc judicio de **jure*
ſervitutis pronunciatur; *l. 35. d. act. emt. vend.* & per ſen-
4175 tentiam *ſervitus* quæ eſt * *declaratur. l. 8. §. 4. ſi ſerv.*
*vind.* & ut *liber* ſervitutis *uſus* præſtetur, *l. 1. 7. l. 12. &*
*paſſim eod.* Sed non *poſſeſſio* & exercitium per ſe & dire-
4176 ctò, verùm *per * conſequens.* Non enim unquam in actione
4177 **reali* hoc agitur, ut *primò* vindicem poſſeſſionem; ceu vel
4178 ex Rei vindicatione patet. Videlicet hoc * vindico, quod
mihi *negatur.* Atqui *non exercitium* aut *poſſeſſio* ſervitu-
tis mihi negatur, neque hanc ego mihi tantùm in hoc ju-
4179 dicio aſſerere cupio; quoniam id *judicii * poſſeſſorii* eſt:
4180 ſed *jus* ipſum *ſervitutis.* De cœtero imperitè *Auctor* *
vindicationem rei ex dominio, cum vindicatione ſervitu-
tis, in eo comparat. Nam qui dominii nomine agit, is
4181 omninò * *dominium* non vindicat, ſed *rem primò*, quippe
4182 cujus **ſubſtantia* ad ipſum pertinet; indeque non ſolùm
*jus in re* ſimpliciter, ſed planè **in rem* habet. Qui verò
4183 *ſervitutem* vindicat, is utique non vindicat **rem*, quippe
4184 quæ *aliena* eſt, ſed *jus* ſibi *in eâ* competens; v. *l. 23. §. 2.*
*d. S. R.*

*d. S. R. P. l. 12. quemadmodum ſerv. am.* ùt * *rubricæ* 4185
utriusque tituli & *Leges* omnes teſtantur. Nec verò di-
citur §. 4. *Inſt. de Actionibus*, quòd quis dominii exerci-
tium vindicet, ſed quòd * *Dominium*. (Unde *Auctor* de- 4186
bebat inferre, ſaltem *ex* §. *illô*, licèt malè intellectô, *Ergò*
& ſervitutem vindico actione confeſſoriâ.) Et tamen ibi
loquitur *Imperator* in oppoſitione ad * *Jus Prætorium*, 4187
idemque eſt ipſi: *Jure Civili* quis *dominium ſuum* vindi-
cat, ac ſi dixiſſet, *rem* quis *ſuam eſſe* * ex dominio aſſe- 4188
rit: nec enim vicisſim dicere poterat, *Jure Prætoriô* id agi,
ut quis *bonæ fidei poſſesſionem vindicet*; verùm * *rem* ad ſe 4189
pertinere *ex b. f. poſſesſione*. Ergò rei vindicatione non
vindicamus nec *dominium*, nec *exercitium*, nec, (ùt ele-
ganter loquitur *Auctor*,) *actuale exercitium dominii*; ſed
* *rem* ipſam *ex causâ* noſtri dominii. V*indicatione* verò 4190
*ſervitutis* non vindicamus *rem* alienam, nec *exercitium*
ſervitutis, ſed *ſervitutem ipſam*, & per conſequens diſpo-
ſitionem fundi vel rei ſervientis, ut ſervitute illâ, poſtquam
*ad nos pertinere* declarata eſt, ( in quo ratio *petitorii* con-
ſiſtit, ) per conſequens *liberè*, * jure nobis aſſertô, & *non* 4191
*vi tantùm poſſesſionis*, uti queamus.

EANDEM.] Niſi quòd in * *quaſi Uſufructu* diver- 4192
ſum obtineat.

§. II.

EX SUA VERO PARTE REUS.] Inauditum eſt,
quòd * *reus* teneatur *probare* in *actione confeſſoriâ*. Quòd 4193
teneatur probare * *turbationem* adverſus uſum liberum. 4194
Quòd teneatur probare * *contrà ſe ipſum*. Nam hoc 4195
tantùm novimus, oportere probare actorem ex parte
ſui * *jus ſervitutis*, & ex parte *rei*, quòd is ſe actorem in 4196

eô jure *impediat. l. 10. §. 1. ſi ſervit. vind. l. 1. §. 25. d. aqu. quotid. l. 2. C. d. ſervit. & aquâ. l. 6. §. ult. ſi ſerv. vind.*

LIBERUM PRONUNCIET.] Nec immeritò. Eſt
4197 enim * *fortior præſumtio poſſeſſionis*, quando juſtè, *non vi, clam, nec precariò*, ſervitutem poſſidet actor, quàm *præſumtio libertatis*; quippe cujus actus & habitus eâ ratione, cùm reus *in poſſeſſione ejus non eſt*, ſed actor potiùs in *ſuppreſſione* libertatis illius *jure* agit, non apparet. Hinc etiam in *actione Negatoriâ*, licèt pro ſe poſſit aliàs ad præſumtionem libertatis fundi vel rei ſuæ provocare, inque
4198 eâ ſe *fundare* actor. Tamen ſi reus ſit in * *quaſi poſſeſſione ſervitutis*, vix eſt, ut actor non debeat *probare* fundamentum intentionis ſuæ. Neque enim præſumtio illa locum habere poteſt, ubi *major præſumtio ſervitutis*, ùt dictô caſu, reperitur. Atque hinc verius eſt, quod *A. Faber*, *Menochius*, *Lauterbachius*, *Vinnius* & *alii* aſſerunt, à præſumtione libertatis & ſimul à *regulâ*, quòd in actione negatoriâ reo probatio ſervitutis incumbat, (Scheffer *1. qu. 21.* Carpz. *1. R. 67. ſeq.* Richter. *Dec. 98. n. 63.*) ob circumſtantias ejusmodi, abſcedendum eſſe. v. *l. 6. §. 1. ſi ſerv. vind.* junct. *l. 8. §. 3. eod. & l. 14. d. probat. l. 7. §. f. d. liber. cauſ.* Quò & *Mevius* inclinat *8. Dec. 292.* Et omninò in *pronunciando* id ſervamus.

4199 PRÆSUMTIO JURIS.] Ac ſi non etiam * *poſſeſſio*
4200 habeat *præſumtionem juris*, & multò * *fortiorem*. Utique *poſſeſſio ſervitutis* cum prædio in actione confeſſoriâ in
4201 tantum ſublevat actorem, ut * *dominium* prædii, cui ſervitutem aſſerit, *probare non debeat. l. 17. d. except.*

§. III.

EX JURE SERVITUTIS.] Quisnam verò eſt qui dicat,

cat, *negatoriam* actionem * *ex jure ſervitutis* compe- 4202
tere?

DE RE SUA PERFECTE DISPONENDI.] Imò non hæc eſt ſimpliciter * ratio actionis negatoriæ; quip- 4203
pe cui ſufficit, * *reſpectu adverſarii liberum* eſſe *prædium*; 4204
quamvis *alii* ſervitutem debeat. *l. 4. §. 7. ſi ſerv. vind. l. 28. C. d. Rei vind.* Quin & adverſus reum non ubique intendimus,* ut *perfectam* diſpoſitionem, ne quidem quo- 4205
ad ipſum, in re eâ habeamus: ſed ſi vel ipſi in noſtrô ſervitus competat, ut ſaltim *intrà* * *limites modumque ſervi-* 4206
*tutis* ſe contineat. *l. 14. pr. ſi ſerv. vind.*

VINDICATIO SERVITUTIS.] Et tamen cùm non pariter * *libertatem meam vindicare*, ſ. ab alio petere ne 4207
ceſſe habeam. Inde longè aliter *Leges Romanæ*; dum *ſervitutem* * dicunt *vindicari*, *rubr.* & *l. 1. ſi ſerv. vind.* 4208
vel ad alium pertinere *negari*. Quocircà non tam *vindicamus* per actionem negatoriam * *libertatem* noſtram, 4209
quàm potiùs eam *defendimus*. §. *2. I. d. Act. l. 1. l. 2. pr. l. 8. pr. b. l. 7. d. aqu. quot.* Saltim quoniam * *realis* eſt 4210
hæc actio: *l. 2. pr.* §. *7. ſi ſerv. vind.* hinc cautè loquuntur Leges, *vindicari* hâc actione, *jus* adverſario *non eſſe*, *l. 3.* §. *8. d. Rivis*, ut ſic * *negativè* potiùs *libertas* vindi- 4211
cetur, quàm *poſitivè*.

§. IV.

IN SOLA CONTRADICTIONE.] Inauditum eſt, *actionem* aliquam in * *ſolâ contradictione*, & æquè inau- 4212
ditum in *ſolâ* contradictione, & tamen * *potiſſimùm* in eâ, 4213
conſiſtere. An hæc eſt contradictio, ſi * intendo, provo- 4214
cans te ad judicem, *tibi jus non eſſe. l. 8. pr. ſi ſerv. vind. l. 12. l. 14. §. 1, l. 27. pr. l. 8. §. 5. l. 9. in f. l. 13. b. &c.*

4215 §. 2. *Inſt. d. act.* Quin imò * *jus* mihi eſſe *altiùs tollendi* jure *libertatis. l. 4. §. 7. ſi ſerv. vind. l. 15. d. O. N. N. l. 11. ſi ſerv. vind. l. 5. pr. ſi Uſuſf. pet.* Nimirum quoad *reum*
4216 attinet, ei ſervitus negatur; quatenus verò * *actorem* con-
4217 cernit, libertas aſſeritur, & *in rem* eſt, quòd ipſa * *libertas rei* æquè ac dominium *inhæreat;* cujus libertas qualitas aliqua & inhærens *conditio* eſt. *l. 23. §. 2. d. S. P. R.* ibi: *cum ſua conditione.*

HOC SINGULARI JURE GAUDET.] An verò
4218 hoc * inde eſt, quòd in *ſolâ contradictione potiſſimùm* conſiſtat? Quod cum falſum ſit, etiam neceſſe eſt illatum
4219 hoc *Auctoris* concidat. Imò non eſt hoc * *ſingulare;* ſiquidem *omnis actor*, pro quô militat *præſumtio*, devolvit *onus probandi* in adverſarium. *l. 14. l. 8. d. probat. & præſ. l. 18. d. adim. & transf. leg.* Hinc quoniam actor in
4220 negatoriâ pro ſe habet * *regulariter præſumtionem libertatis;* ideò etiam regulariter in eâ onus ptobandi ſervitutem in adverſarium devolvit.

IN NEGATIVA SE FUNDAT.] Reſpectu tan-
4221 tùm * *adverſarii: ſe ipſum* verò *non* fundat *in nega-*
4222 *tivâ*, & tamen in * probationibus reſpiciendum eſt ad eum, qui quid profert in judicio. Ita ſanè per
4223 *Strykium* * nunquam teneretur reus in judicio negatorio probare: quia is *negat* actori libertatem; ſed actor ſibi libertatem *aſſerit*, isque *primus* ad judicium *provocat*, ſuamque actionem *in libertate* fundat. Equi-
4224 dem * *negatoria* non dicitur reſpectu aliô, niſi quòd in eâ *negetur ſervitus.* At verò in eâ *negativâ ſe non fundat reus;* (ſic poſſet dici neganti probationem non incum-
4225 bere,) ſed * *actor*, qui hoc ipsô *virtualiter affirmat:* & ſanè ſi non *præſumtione* ſtaret *libertas* prædii ejus, omninò ipſum

ipſum probare fundamentum ſuæ intentionis aliunde oporteret.

IN FORO APPLAUSUM MERUIT.] Scilicet in * *Foro Strykii*, quod valdè exercitatum eſt! Peritis enim judiciorum, & qui momenta trituræ callent, diverſum innotuit. Nec * verò *Carpzovius*, cæterique *Foro* aſſueti *eliſam* per circumſtantias urgentes *libertatis præſumptionem* attendere potuerunt. Neque nos * *poſſesſionem* vel *turbidam* vel ſubleſtam reſpicimus. 4226 4227 4228

QVALITATEM HANC.] Ad * quid verò opus haberet *actor* in hoc petitorio, ut *qualitatem poſſesſionis*, vitiumque ejus, probaret in adverſario, ſi non poſſesſio adverſarii *ei officeret?* Sanè de *poſſesſione*, ut eâ * abſtineat reus, hîc non agitur. Itaq; *Carpzovius*, poſt *Fulgoſium alios*que, & qui nunc hos *in turbâ* ſequuntur, eô ipsô * largiuntur, multum actoris in actione negatoriâ *intereſſe*, an reus *ſervitutem posſideat*, nec ne. Secùs non poſſet judex actorem adigere, dum is *vitioſam* allegat *poſſesſionem*, ut *vitium* illud *probaret:* nimirum * in hunc finem ipſum probationem ſuſcipere oportet, quò ſi *injuſta* eſt adverſarii *poſſesſio*, hæc eum non ſublevet, quò minùs ſervitutem probare ipſum oporteat: econtrà verò ſi vitium hoc probare non poſſit actor, * officiat ei *poſſesſio juſta* adverſarii adeò in hoc judicio, ut ipſe *libertatem* à ſervitute illâ *probare* omninò teneatur. 4229 4230 4231 4232 4233

§. V.

EXERCITIUM.] Inculcat denuò * *exercitium* ſuum; quod *ad* §. *I.* rejecimus. 4234

ARTIS SARTORIÆ IMPEDITUS.] Jure *quæſito* * ſibique *propriô:* unde principium *Auctoris* de *libertate* 4235

*naturali* inſufficiens eſt; quippe quòd *artem ſartoriam*
exercere non ſit libertatis *naturalis*, ſed facultatis *acqui-
ſitæ* ſibique *propriæ*. Cæterùm in hoc exemplo & ſimili-
bus eò reſpiciendum eſt, quòd *pro ſuo jure* aſſerendo
4236 omninò poſſit experiri *actione* * *confeſſoriâ*, quâ ſibi jus
*factô ſuô quæſitum*, adverſus impedientes ipſum in eô, aſſe-
rit. Quâ ratione *directò* hoc agit, ut *declaretur* eſſe in
tribu, ſibique jura inde dependentia competere *declare-
tur*: quod ſanè non poteſt non eſſe actionis *confeſſoriæ*.
4237 Si * verò id agatur *directò*, ut *Collegium opificum*, quod ipſi
jus illud necdum, vel non plenè, competere prætendit,
ſed ipſi onera quædam ſ præſtanda imponere ſatagit, re-
pellat: ita *negatoriâ* ipſum agere oportet, quâ *negat* ipſis
4238 *jus eſſe*, eum ad præſtandum talia adigere. Nam * & in
*ſervitute altiùs tollendi* quid ſimile reperitur, ut ſi *dire-
ctò* ego mihi aſſeram jus altius tollendi: agam actione
*confeſſoriâ*, ne alter contrà ædificet; ſi verò ego altiùs
ædificare non cupiam, & alter ſibi jus altiùs tollendi ad-
verſus me aſſerat, ego agam actione *negatoriâ*, quod ipſi
jus altiùs tollendi non competat; eô ipsô quòd mihi iſtud
4239 competit. Sic & * *Collegium opificum* quando *jus* ſuum
*probibendi* pro fundamento actionis ſupponit, actione
*confeſſoriâ*; quando verò ſartoris auſûs, qui fortè conceſ-
ſione emendicatâ Magiſtratûs vel aliô prætextu, quô inni-
ti *extra ſtatutum Collegium* vel regulas ejus cupit, utitur,
repellere directò nititur: omninò actione *negatoriâ* ex-
periri neceſſe habet; quâ id agit, ut à ſe illos auſûs &
præjudicia Statuto objecta dimoveat.
4240 ADINSTAR SERVITUTUM.] Quoadusque * lo-
cum ſuſtinere poſſunt *ſimilem*; ad quod neceſſe eſt, ut
*jus* tale alii *quæſitum* ſit, *contrà* id quod mihi *libertate na-
turali*

*turali* competit: atque iſtud quidem peculiariter & *particulari jure*, non etiam ſi libertas illa *naturalis*, per jus aliquod *univerſale* in Civitate, *reſtricta* vel ademta ſit. Nam * ita potiùs hi, qui jure illô *poſitivô communi* utuntur, *jus prohibendi* habent; adverſus quos *libertatem naturalem allegare*, & actione *negatoriâ uti non licet*: imò 4241
tales * ne quidem actione *confeſſoriâ* uti neceſſe habent; 4242
ſed *ſtatutô* ſimpliciter inniti & pœnam inde condicere poſſunt.

§. VI.

CEREVISIAM COQVERE.] Sanè ubi * *ordinatio* Provincialis vel *ſtatutum* civicum ſimpliciter *prohibet* coquere in ſuô cereviſiam, ſed idipſum in loco communi & publico fieri jubet: ibi fruſtrà ad *actionem negatoriam* provocatur; quippe quòd hôc modo *libertas naturalis omnibus ademta* ſit. Non minùs * ſi Collegio cereviſiariorum *Privilegium* aliquod conceſſum fuerit, eique obluctari quis velit, quaſi ad ſe illud pertinere non poſſit, ex prætextu quopiam probabili: ita cum diſtinctione eâ, quam de ſartoribus antè vidimus, jam *confeſſoriâ*, jam *negatoriâ* agere poteſt; prout unô alterové fundamentô actionem ſubſtruere cupit aut valet. Indeque non ſimpliciter actione *tantùm* 4245
*negatoriâ* experiri neceſſe habet; ùt nec * *Collegium* 4246
ſimpliciter *actione confeſſoriâ*.

CONFESSORIA ACTIONE.] Imò hoc caſu, quô 4247
per *privilegium* mihi reſtituta eſt libertas coquendi cereviſiam *adverſus Ordinationem Provincialem*, quâ prohibentes niti volunt: non mihi *confeſſoriâ* utendum eſt; neque enim ego ipſos impedire in Jure ipſorum *acquiſito* cupio: ſed *negatoriâ*, quâ nego *ipſis jus eſſe*, adverſus me

me & recuperatam libertatem meam, ſuâ prohibitione &
4248 *quaſi ſervitute* in me *utendi*. Nec * tamen *jus coquendi*
*cereviſiam*, ùt & cætera *jura ſimilia*, rectè poſſunt dici *ſer-*
*vitutes*: & ſi eorum nomine ad ſervitutes earumq; jura &
actiones recurrere volumus, cautè in eô procedendum eſt;
ne aſſimilatione eâ, quæ ſolùm in aliquibus quandoque,
ſæpè etiam in nullo, procedit, abutamur. Quod enim
4249 falsò * ad ſervitutes ejusmodi jura à nonnullis referantur,
& maximè ſi ubique id fiat ſimpliciter: illud ſatis oſten-
diſſe videri poteſt *Trutina Schmidiana* doctrinarum *Carpzo-*
*vii* & *Brunnemanni*, quæ tantoperè *Strykium* per-
culit.

HINC PROBANDI HOC ONERE.] Quaſi ve-
4250 rò * ideò oporteat aſſerere, *Nobiles confeſſoriâ* hoc caſu
agere, quoniam *probare* teneantur; ad quod nemo teneatur
in actione *negatoriâ*. Id quod valdè jejunum eſt! Nam
4251 * quòd in actione *negatoriâ* non ſit immunis à probando
is, qui *præſumtione libertatis non gaudet*, certum eſt: quia
immunitas illa tota in iſtâ præſumtione fundatur. Jam
verò quænam eſſe poteſt præſumtio libertatis *pro Nobili?*
cùm libertas coquendi cereviſiam *naturalis*, *per Ordina-*
*tionem Provincialem*, *univerſim* ſublata, ipſisq; adeò *Nobili-*
*bus ademta* ſit. Unde oportet Nobilem, præſumtione liberta-
tis, pariter ac ipsâ *libertate*, *deſtitutum* omninò probare,
quônam *titulô* vel jure aliquô dehinc *libertatem* iſtam, quâ
quisque gaudebat ab initio, *recuperaverit*. Hoccine ad-
4252 verſum eſt negatoriæ? & an ob hoc * non oportet eſſe
negatoriam, quia in eâ probare actorem oportet?

4253 LEGE PUBLICA SUBLATA.] Num * verò Nobi-
lis ille ſe fundat *in libertate ſublatâ?* annon potiùs in
4254 libertate ſibi per ſingulare privilegium * *reſtitutâ?* At
verò

verò qui in libertate ſe fundat, ille * *negatoriâ* experitur. 4255
*Confeſſoriâ* autem tunc demum, quando non tam in libertate recuperatâ, quàm in *jure* ſibi *conceſſo* ſpecialiter & *intrà modum*, ſe fundat.

NEGATORIAM COMPETERE.] Imò verò illis* 4256
*confeſſoria* competit, quâ ſibi *jus probibendi* adverſus eum, qui libertate naturali uti volet, aſſerunt. Tunc verò * 4257
*negatoriâ* demum experiri poterunt, quando *Nobilis* ſe fundat in libertate *reſtitutâ* per privilegium, quô adverſus ſe uti eum non poſſe, Civitas prætendit.

§. VII.

VEL PRÆSCRIPTIONEM] Sunt tamen *tributa*, quæ * *ſubjectionem per ſe* comitantur: qualia ne quidem 4258
*per tempus immemoriale* præſcribuntur; ſicut *alibi* ſatis evictum eſt.

CONFESSORIA IPSI UTENDUM] Eſt ſanè incongruum, * per *actionem*, quâ nobis ſervitutem aſſeri- 4259
mus *in alienô*, *immunitatem* defendere velle *in ſuô*. Itaque
*confeſſoria* actio potiùs competeret Domino, ſi modò * 4260
*contributiones in alienô* quæreret, & non potiùs vi *Superioritatis* territorialis *in fundô ſibi ſubjectô:* neque enim
ſic quærit eam jure * *ſervitutis*. Sed *poſſeſſor* fundi ſe 4261
tuetur potiùs * *exceptione*, quàm *actione* negatoriâ; niſi 4262
hanc inſtituere velit * adverſus *non dominum* territorii. 4263
Hinc oportet, ut ad * alia *Remedia* hîc recurratur, quàm 4264
ut aptare velimus actionem *confeſſoriam* & *negatoriam* ad jura talia; quæ ſimilia haberi *ſervitutibus* in *alieno* non
poſſunt. Quod verò * *præſtationes alias* attinet, his de- 4265
bitas, qui *domini ſuperiores non ſunt:* de illis ſanè actionibus *confeſſoriis* & *negatoriis* cumprimis experiri non li-

 cet;

4266 cet; quoniam ſervitutis natura ea eſt, non ut quis * *facere*
quid, v. c. cenſum præſtare, ſed ut quid *pati* in ſuo tenea-
4267 tur. Et ſunt ſanè *actiones* aliæ * tum *perſonales*, tum
*reales*, quæ pro his comparatæ ſunt, extrà quàm neceſſe
4268 ſit *confeſſoriâ* vel *negatoriâ* abuti. Quin & * *poſſeſſoriis*
4269 uti licet, & * *L. diffamari*, aliisque *generalibus* ſ. *communi-*
4270 *bus* remediis. Denique quod * *probationem* attinet, ob
hanc nihilominus *Klockii* ſententia, cumprimis in eô, qui
*cenſum* vel *decimam in alieno* quærit, ubi prædia regulari-
ter oneri ejusmodi obnoxia ſunt, (quamvis ejusmodi
onus *ſervituti* omninò, quoad rationem *formalem*, *diſſimi-*
4271 *le* ſit,) ſubſiſtere poſſet; neque * enim eò minùs *negato-*
*ria* vel *quaſi* eſt actio, quamvis *actorem probare* oporteat,
v. c. *privilegiô*, vel *præſcriptione* in hoc genere præſtatio-
num ſe exemptum eſſe, ut præſumtionem illam com-
munem à ſe dimoveat: ſiquidem nihilominùs & is *in li-*
*bertate* ſe fundare poteſt, qui eam *probare* tenetur: &
4272 annon * actor aliàs in aliquô fundamentô actionis ſuæ ſe
*non fundat?* quoniam id *probare* obſtrictus eſt. Quin &
4273 falſum eſt, *actionis negatoriæ* id *formale* eſſe, quòd * *reus*
4274 *probare* debeat: quidnam enim eſt * *formale* alicujus
actionis? Parcat terminis Philoſophicis *Auctor*, cùm tam
indigna ab eo toties Philoſophia patiatur!

§. VIII.

4275 MEDIATAM.] Igitur ſolùm * *mediante confeſſoriâ*
de Uſufructu, poſſe Uſufructuarium *vindicare ſervitutem*,
admittit *Auctor*; indeque illum de ſervitute *immediatè*,
per *confeſſoriam*, de ipſâ illâ ſervitute, experiri poſſe ne-
gat. At verò *Julianus* diſertè dicit in *l. un.* §. 4. *d. Re-*
4276 *miſſionibus.* Quòd * fructuario *vindicandarum ſervitu-*
*tium*

*tium* jus ſit. An hoc eſt vindicare Uſumfructum & *per hoc*
ſervitutem ? At verò hoc non tantùm literæ diſertè oblo-
quitur; verùm etiam *Ulpianus ibidem* ex oppoſito ait, *non*
*ita, uti adverſus vicinum* Uſufructuarius *ſervitutem* de non
altiùs ædificando *vindicat*, poteſt etiam adverſus dominum;
ſed adverſus hunc *eò * nomine Uſumfructum petere* debe- 4277
bit. Anne hoc eſt adverſus vicinum vindicare uſumfru-
ctum ? Et an igitur *Strykius* hîc tandem ad *textum*
*reſpondet? An idem eſt dicere, * *vindicare uſumfru-* 4278
*ctum, non ſervitutem* altiùs tollendi; & *non vindicare* 4279
*uſumfructum?* An *Julianus*, qui dicit poſſe uſufructua-
rium ab extraneo vindicare * ipſam *ſervitutem*, dicit poſ- 4280
ſe ipſum vindicare uſumfructum, *non ſervitutem?* Equi-
dem *Cujacius* & cum eô *alii*, (ipſumque *Coll. Argent.*
quod *non aliter* poſſe *reſponderi* putat,) *referre* tantùm
putant *Ulpianum* ſententiam *Juliani*, non probare; ſaltim
ut ex *hypotheſi* illâ, licèt *falsâ*, ad *regulam* in *d. l. un.* §. 3. in
ferat. Sed * *aliter reſpondendum* eſt. Videlicet poteſt 4281
omninò *vindicare immediatè* ſervitutem Uſufructuarius
*ab extraneo:* & habet adeò *jus vindicandarum ſervitutium*,
ùt rectè & verè *Julianus*, cumque ipsô *Ulpianus d.* §. 4.
(Quòd enim *Ulpianus Juliano* * accedat, vel ex hoc ipſo 4282
§. 4. *per totum*, & in *fine* quoque ejus, non minùs vi-
dere eſt.) Sed *utiliter* tantùm jus id habet. Nam de
vindicatione *directâ* ſecus eſt; quippe quæ *adverſus ex-*
*traneum, ne quidem Uſufructuario*, competit. *Ulpianus*
*l. 1. pr. ſi Uſusf. pet.* ibi: adverſus tertium *ſervitutem vin-*
*dicari non poſſe.* Idemque in *l. 5.* §. *1. eod.* ubi cum *Ju-*
*lianô: non* debere *ſervitutem vindicare* adverſus vicinum.
Iraque *directa* ſolùm vindicatio ſervitutis ei *denegatur:*
quò facit *l. 16. d. ſervit. l. 3.* §. *3. d. N. O. N. l. 22. pr. d. aq.*

 *& aq.*

*& aq.pl.arc.* Et tamen *confeſſoriâ pro Uſufructu* actione,
ad *ſervitutem* aſſerendam, adverſus *extraneum* non mi-
4283 nùs, * ſi velit, rectè utitur. *d. l. 1. pr. ſi Uſuſ. petet.* Ad-
4284 verſus * *dominum* verò *nec directè nec utiliter con-*
*feſſoriâ* pro ſervitute; ſed ſolùm *ejus gratiâ confeſſoriâ*
*de Uſufructu* agere poteſt. *l. un.* §. *4. d. Remiſſ.* Utique
*Interdicta* Uſufructuario *ſimpliciter* competunt; quippe
quibus *de facto* quæritur. *l. 2.* §. *3. ſi ſerv. vind.* Quid igi-
tur de connexâ *Operis novi nunciatione?* Etiam in eâ in-
ter extraneum & Dominum diſtinguendum eſt. Vid.
*Analecta Lynckeriana* ad *Synt. Jur. Civ. Struvii. ad Tit.*
*d. Uſufr. th. 10.* Quàm ſupinè igitur Jura tractat *Strykius?*
dum, nullâ habitâ diſtinctione inter *Dominum* & *extra-*
*neum*, ſimpliciter negat vindicationem ſervitutis, & ſolùm
4285 confeſſoriam Uſusfructûs. * ne quidem extranei vel Do-
4286 mini mentione factâ, competere ſcribit, & in eô * ſub-
ſiſtit.

4287 CUMULARI POTEST.] Nec tamen * cumulari
poteſt, niſi *Dominus in quaſi poſſeſſione libertatis* ſit.

4288 REPETI POSSUNT.] Quid verò hac repetitione*
*poſſeſſoriorum* in hunc locum opus eſt? ubi de *petitoriis*
4289 ex * Jure ſervitutis agitur.

§. X.

QVASI POSSESSIONEM SERVITUTIS.] At verò
4290 non agitur ad conſequendam * *quaſi poſſeſſionem ſervitu-*
4291 *tis primò*, ſed ad ſervitutem * *conſtituendam.* Nam in
aliquibus poteſt agi ad *quaſi poſſeſſionem*, etiam poſtquam
4292 ſervitus jam *conſtituta* eſt; aliàs quoque * *traditionem*
ſ. implementum contractûs inſequitur ex parte actoris
*quaſi poſſeſſio.* Hæc itaque non implet *ex parte rei*, qui
*conſti-*

*conſtitutionem* debet, quippe penes quem *traditio* urgetur.

ACTIONI EX TESTAMENTO.] Sed tamen, quoniam * *ſervitus realis* ſtatim *à morte teſtatoris*; * *uſusfru-* 4293
*ctus* verò *ab aditâ hæreditate* acquiritur: hinc etiamſi 4294
quis actione ex teſtamento non experiatur, actione tamen
*confeſſoriâ* * protinùs agere poteſt; *arg. l. 64. d. furt. l. 40.* 4295
*d. Leg. 2. l. 19. §. 1. quemadmodum ſerv. am. l. 50. d. Legat. 2.* & quamprimùm adita fuerit hæreditas & Legatum à Legatariò agnitum: *l. 86. §. 2. d. Legat. 1.* indeque *conſtitutione* ad hoc, ut quis jus reale, quod *confeſſoriam* producit, conſequatur, in his non opus eſt. Tantùm quòd ad *quaſi poſſesſionem* obtinendam *traditione* Legatarius indigeat; nempe vel rei *mobilis* in Uſufructu, vel *inductione*, in rerum *immobilium* ſervitute quâlibet. *v. l. 23. pr. d. A. A. P.* Quò pertinent, & ſic ad præſtationem debitam, etiam ratione modi & condictionis, *l. 1. §. 2. l. 2. ſi Uſusf. pet. l. 46. §. f. d. Uſufr.* Quanquam *Bacbovius* quaſi traditionem non eſſe neceſſariam exiſtimet. Nam hoc ſolùm ad ipſum *jus reale* & actionem *confeſſoriam in ſe* pertinet. Unde plus quàm certum eſt, actionem *ex teſtamento* ad hoc, ut ſervitus ſ. jus reale ad actionem *confeſſoriam conſtituatur*, nec competere, *nec* compe- 4296
tere * *poſſe*.

AD

# MEMBRUM V.

De

## *Jure pignoris & Actionibus inde oriundis.*

§. I.

4297 JUS IN RE, PIGNUS.] Scilicet hoc pro * *contractu*
pignoratitio *capitur!* quæ eſt perſpicua ratio docendi
*Strykiana.*

PRO JURE IN RE EX PIGNORE CONSTITU-
TO ORIUNDO.] Ac ſi tu diceres, *pignus, ùt eſt jus in re,*
4298 *ſumitur pro jure pignoris * ex jure pignoris oriundo;* do-
4299 minium ſumitur pro dominio * ex dominio oriundo; &
rurſus illud dominium ùt *ex alio dominio* oritur, & ſic in
infinitum.

4300 CONFUNDUNTUR.] Ubinam * confunduntur?
Videlicet actiones has nulla *lex* confundit, ſed *nomen*
4301 tantùm * *pignoratitiæ* alicubi tribuitur *hypothecariæ;* eò
quòd hypotheca pignus ſit. *l. 11.* §. *fin. d. exc. rei jud. l. 19.*
4302 *d. t.* Quænam verò eſt confuſio * *actionum* illarum *in l. 3.*
§. 3. *ad exhib.* quam citat? Hæc ſunt verba JCti: Com-
petit ei, qui *in rem* acturus eſt, qualicunque actione: *etiam
pigneratitiâ Servianâ,* ſive *hypothecariâ,* (ſcilicet quaſi Ser-
vianâ,) quæ *creditoribus* competunt. [cùm *pignoratitia
perſonalis directa debitori* competat.] Sic & in *l. 41. d. pi-*
4303 *gnerat. act.* dicitur: datur *utilis pignoratitia * creditori.*

AD

AD CONSEQVENDAM POSSESSIONEM PIGNORIS.] Falſum hoc eſt! Nemo in actione ullâ *in rem* agit ad conſequendam * *poſſeſſionem;* non Dominus, non 4304
is qui confeſſoriâ agit, non hîc creditor: v. Vultej. *l. d. Judic. c. 2. n. 35.* in quonam enim aliàs actio hypothecaria illa ab * *Interdicto Salviano* diſtingui poſſet? Vide omninò 4305
A. Fabr. *Dec. 58. err. pragm. 1.* Nempe actio illa hypothecaria eſt * *Pignoris vindicatio*, *l 16. §. 3. d. P. & H. l. 10.* 4306
*C d. pign. act.* ejusque perſecutio: *l. 17. d. P. & H. l. 18. C. eod.* in quâ pronunciatur ſuper * *jure pignoris*, quòd res actori 4307
*nexu* pignoris *teneatur;* indeque ei reſtituenda ſit. *l. 16. §. 5. d. P. & H. l. 12. pr. qui pot. in pign.* Quare in hoc judicio probari oportet, rem *potuiſſe* * *oppignorari* à debi- 4308
tore: *l. 23. d. probat. l. 15. §. 1. P. & H l. 4. quæ res pign.* quô ſanè opus non fuerat, ſi ad conſequendam *poſſesſionem* rei pignoratæ illâ actione intenderetur. Sic enim in *Salviano* ſufficit, quando *debitor* tempore oppignora-
tionis *rem tenuit.* Idque ipſum *Auctorem*, ut * ſemet, 4309
quod ſæpiùs adeò fieri ſolet, jugulet, enunciare, non recordantem ejus, oportet, §. *ſeq. & 10. b.*

ITA TAMEN.] Quisnam verò in libello probat? Egregium * monitum! Oportet ſolùm in *libellô allegare*, 4310
*poſtmodùm* verò *plenè probari!* An verò ſaltim *in libello*
*ſemiplenè probatur?* An etiam adeò rudis quis & tar- 4311
dus fuerit, ut *probet* * *non injunctâ ei probatione?* 4312

§ 11.

QVI RES NON POSSIDET.] Idem eſt, ac ſi diceret, probè attendas, ne ſtupore corripiaris: ſic enim
*ages tu actione in rem adverſus Titium, quam is non 4313
habet. Saluberrima monita in praxi, quæ aliquando magni usûs eſſe poterunt Juvenibus!

NASCI

4314 NASCI APPARET.] Et quisnam * verò unquam
dubitavit? *ex pignore legali* actionem *hypothecariam* dari,
poſtquam eam producit *pignus quodlibet:* unò exceptô
pignore, cui initiò *actio Serviana* deſtinata fuit. Habe-
4315 bimus citrà dubium expedita à *Strykio* omnia * difficilia,
quæ hoc in articulô Pignoris ſpinosô, ſed quotidianô, mo-
veri poſſunt!

§. III.

4316 VEL PER TESTAMENTUM.] Jam * philoſophari
incipit, & per tabulam ab aliis ſuggeſtam incedit, in quam
fortè incidit.

ACQVIRAT.] Anne acquiro ego per conventio-
4317 nem, an * *conventio mihi acquirit?* quod poſterius *Au-
ctori* placet.

PRÆCIPUE NUDA.] Quid hîc eſt diſcriminis?
4318 cur * non æquè *inefficax* ſit *conventio nuda* ad *jus* quod-
dam *reale* producendum, atque conventio, quæ *cauſam*
habet.

4319 SUFFICIT.] Hoc verò falſum eſt. Nam * *edictô
Prætoris immediatè* Jus *reale* producitur: *conventio* verò
4320 non * *cauſa* eſt, indeque non ſufficit ad hunc effectum,
ad quem ne quidem in *cauſando* concurrit; ſed eſt non
niſi *conditio ſinè quâ non.* Invocet Philoſophos denuò
*Strykius*, ut illum edoceant, quid inter hæc interſit? Diſ-
4321 cat ille ſimul, quinam ſit intellectus * *Legis 17 §. 2. d. pa-
4322 ctis*. Et diſcat, *Paulum* fuiſſe Philoſophum, h. e. * ſolidè eru-
ditum; nec *Leges* temeret ineptus earum Interpres. Neque
4323 enim *Paulus* dicit: * *ex pignoris pacto naſci* actionem hanc.
Sed hæc ſunt verba JCti: *de pignore Jure* Honorariô *na-
ſcitur pactô* actio. Quò nil eſt accuratum magis!

§. III.

VEL DOMINUS.] At verò *pignus* etiam dare pot-
eſt * *b. f. poſſeſſor l. 18. l. 21. §. 1. d. P. & H. Creditor* rem 4324
*ſibi oppignoratam. l. 13. §. 1. eod. l. 1. pr. C. ſi pign. pignori da-
tum ſit.* * *Pater* res filii. *l. 26. §. 1. d. P. & H.* Viciſſim dare 4325
non poteſt *Dominus*, ſi liberam rerum ſuarum * *admini-* 4326
*ſtrationem* non habeat. *l. ult. C. ſi res al. pign. l. 1. pr. quæ
res pign.*

INTERDUM.] Sed nonne illud *interdum* vel * tri- 4327
bus verbis exprimere, & *Legem 41. d. P. A.*, quam nonnul-
li cum *l. 22. d. pignorib. & hypoth.* implacabiliter commit-
tunt, cum *citatâ l. 22. d. P. A.* conciliare debuiſſet *Auctor.*
Vel enim * reticere debebat hunc articulum, vel dimo- 4328
vere *Legem 41.* Tantùm quòd ad ipſum nil pertineat, quod
arduum & impeditum eſt: quin potiùs Ille, quæ plana &
expedita ſunt, conturbat & corrumpit.

§. IV.

HYPOTHECAM CONCEDERE.] Suavis ratio! Quia
*Juſtinianus* * dedit *hypothecariam* actionem pro *Legatis* 4329
& omnibus his, quæ perſonali actione *ex teſtamento* pe-
tere licet: hinc multò magis actio hypothecaria datur
ei, cui *hypotheca* * *in teſtamento conſtituta* eſt. Quid ve- 4330
rò hypotheca hæc per teſtamentum expreſsè *ab homine*
conſtituta ad *legalem* & tacitam: iſta * *ſpecialis* ad hanc 4331
*communem* introducta * *noviter* hypotheca, ad jus agen- 4332
dum hypothecariâ *antiquum* illud? An verò nomine * *hy-* 4333
*pothecæ* illius à teſtatore conſtitutæ *anteà* agi non potuiſ-
ſet *hypothecariâ?* priusquam *Juſtinianus*, pro firmandis le-
gatis, hypothecariam introduxit. Aut nunc pro illâ *hy-*

*potheca*, quam *teſtator* conſtituit, *etiam* hypotheca *Juſti-*
4334 *niani* obtinet; atque hujus actio hypothecaria datur *in* *
*acceſſionem* hypothecariæ actionis illius anterioris, tan-
4335 quam *principalis?* Et quid opus eſt inquirere in * *ratio-*
*nem*, cur *ex hypothecâ* actio *hypothecaria* competat?
PRÆSTET.] Id verò negatur; niſi teſtator rem il-
4336 lam *in pignus* * *tradi* voluerit. Quin potiùs ſufficit,
4337 * *ſuppoſitam* eſſe rem iſtam hypothecæ, quam & eò minùs
4338 tradere Legatario vel alii tenetur, ſi * *frugifera* fuerit. Et
4339 quid ſi teſtator *pro credito* * *conditionali* rem hypothecæ
in *teſtamentô* creditori ſuo ſuppoſuiſſet?

§. V.

CUI ÆQVIPARATUR ] Nequaquam æquiparatur.
4340 Nec enim * pro *judiciali* habetur pignus illud communi
jure, ſed pro *publico:* quod privatæ hypothecæ præfera-
4341 tur. *l. 11. C. qui pot. in pign.* Jam verò & hypotheca * in
Inſtrumentum Notarii redacta *publica*, nec tamen *judicia-*
*lis* eſt, aut ei *par* haberi poteſt.
4342 PARUM INTERESSE.] Quidnam verò hoc * *parum*
eſt? quâ voce ſibi conſulunt hi, qui parum ſibi conſcii
ſunt doctrinarum. Anne verò hoc *parum* eſt, quòd *ex*
4343 *cauſa judicati* pignora capiantur * ad hunc effectum, ut
juxta *l. 15. §. 2. 3. d. re jud. vendantur*, & inde victori ſa-
tisfiat? *l. 1. 2. C. ſi in cauſ. jud. l. 3. C. d. exec. rei judic.* An-
4344 ne hoc eſt * *primi decreti*, ad quod *unicè* tendit *Pignus*
4345 *Prætorium?* Quicquid ſit, quod *extrà ordinem* * *poſſit*
Magiſtratus etiam ob *judicatum* mittere, ſolùm *rei ſervan-*
*dæ* causâ. *l. 2. 3. C. qui pot. in pign.*
NEC JUDICATUM PRÆCEDENS.] Quis autem
4346 hîc eſt qui putet, quòd * *judicatum* afficiat rem *pignori?*
& quâ

& quâ ratione ſequitur: quia *judicatum* non afficit rem
pignori, Ergò *non afficit* eam pignori * *immiſſio Prætoris;* 4347
& Ergò afficit non plus eam, & majori longè effectu, im-
miſſio * ex cauſa *judicati,* quàm immiſſio ex qualibet *con-* 4348
*tumaciâ* vel causâ aliâ.

§. VI.

RES COLONI.] Non *quaslibet,* ſed * ſolùm inve- 4349
ctas & illatas. v. *l. 4. in quib. cc. pign. tac. contr.*

PARTIM EX LEGALI.] Sed hoc eſt *contrà* * *ex-* 4350
*preſſos textûs* Juris. v. *l. 7. pr. in quib. cc. pign. tac. contr.*
ibi: in prædiis ruſticis * *fructûs,* qui ibi naſcuntur, *tacitè* 4351
intelliguntur *pignori* eſſe Domino fundi locati, etiamſi
nominatim id non convenerit. Solebat enim quando-
que *convenire. l. 61. §. 8. d. Furt.* Indeque id, quod fieri
*ſolitum* eſt, videtur in proviſionem *Legis* deductum eſſe.
Ubinam igitur eſt hypotheca tacita * *in rebus illatis* in præ- 4352
dium ruſticum? quando *vix in fructibus fundi* hypothe-
cam induxit proviſio legalis. Quin imò *apertus* eò magis
eſt * *textus* in *l. 4. pr. eod.* ibi: Eò jure utimur, ut quæ in 4353
prædia urbana *inducta illata* ſunt, pignori eſſe credantur,
quaſi id *tacitè* convenerit: in *ruſticis* prædiis *contrà* obſer-
vatur. Adverſus quem *textum* * nulla valet cavillatio. 4354
Quapropter non naſcitur unquam, vel ullô caſu, *actio*
* *Serviana* ex *lege,* vel legali aut tacitô pignore; ſed ſolùm 4355
datur à Prætore ex pignore, quod mediante illâ * *conven-* 4356
*tione,* ſuper rebus in prædium ruſticum illatis, conſtitutum
fuit §. 7. *Inſt. d. Actionib.* junct. §. 3. *in fin. d. Interdict.*
Nec datur *Serviana* de rebus aliis, quâm * *fructibus* illis. 4357
*Quaſi Serviana* autem ex * *omni* pignore *tacitô,* item * *con-* 4358
*ventionalibus ceteris,* competit. Non etiam datur in *Le-* 4359

4360 *gibus* hypotheca *tacita*, quæ * *partim conventionalis* eſt:
adeò ut quando locator prædii urbani ſibi de rebus illatis
*expreſsô* pignore proſpexiſſet, non fiat per hoc hypothe-
4361 ca illa *partim Legalis*. Quin potiùs * maneat *per ſe* hy-
potheca *tacita;* nec partim legalis efficiatur. Quia *pro-*
4362 *viſio Legis* hîc non tam facta eſt in * defectum proviſionis
hominis, ſed ob factum conducentis & ſuadente æquita-
te; ùt *Neguz.* tradit, *P. 2. d. Pignor. membr. 4. n. 138.* Un-
de nec ſpecies aliqua pignoris legalis, & ne quidem pignus
4363 *in * rebus minoris* in prædium urbanum illatis, poteſt dici
*partim* pendere ex *conventione;* ùt jam diu evictum eſt.

EANDEM ACTIONEM.] Non niſi plebejus & fri-
4364 volus eam deducat * ultrà, quàm *Legibus diſertè* proditum
4365 reperitur. Et quid * opus eſt *Locatori prædii urbani* actio-
ne aliâ? ſive in *expreſsô* ſive in *tacitô* pignore ſe fundare
cupiat, niſi *quaſi Servianâ* illâ ſ. *hypothecariâ.*

4366 HUJUS ACTIONIS MENTIO.] Fit autem * *quo-
tidiè*, dum in forum *frequentiſſimè* introducitur.

AD OMNES CREDITORES.] Cùm verò actio
4367 *quaſi Serviana* (non *extenſa;* * quid enim eſt extendere
actionem?) comparata ſit ad *omnia* pignora *conven-
4368 tionalia*, præter id quod *Serviana* reſpicit; quæ * *Serviana*
adeò *ſublata* non eſt, ut ſollicitè prodita fuerit vel in ipſis
*Inſtit. dd. ll.* Non apparet, cur non opus ſit *actione illâ*,
4369 ubi * actio altera *in iſtum caſum non comparata*, nec *Ser-
viana* ſublata eſt.

ETIAM UTILIS SERVIANA DICITUR.] Et verò
hoc valdè eſt inſcitum. Nam in *l. 1. §. 2. d. pignor.* ùt
4370 & in *l. 1. pr. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolvitur.* * omnis
actio hypothecaria ex ratione, quam vel proletarius quilibet
4371 ex *textibus* illis intelligit, denegatur: quomodo ergò * *uti-*

*lis*

*lis* daretur; imò vel utilis, ùt fortè petebatur, inibi * *de-* 4372
*neganda* eſſe dicitur. Sanè *utilis Serviana* neceſſe eſt * ut 4373
ſit *Serviana;* hinc * *quaſi Serviana*, (quippe quæ diverſa 4374
*ſpecies* eſt *hypothecaria*, contradiſtincta *Serviana*,) nequa-
quam eſſe poteſt. Quin & maximè * *anguſta* eſt *Servia-* 4375
*na*, & *unius* tantum *casûs*. Suntque maximè diverſa, * 4376
eſſe *actionem utilem Servianam*, h. e. *eandem* actionem
*utiliter* inſtitutam: & eſſe actionem *diverſam* & diſtin-
ctam, quæ *exemplo actionis Serviana* introducta eſt, v. *l. 1.*
*C. d. precar.* Tum * & *Quaſi Serviana* appellatur *hypo-* 4377
*thecaria*, *d. §. 7. Inſt. d. Actionib.* Sed id *nominis* Servianæ
non competit. Cæterùm familiare eſt * Legibus, ut actio- 4378
nem quoque *hypothecariam* ſ. *Quaſi Servianam* appellent
*ſtrictim Servianam;* quippe quòd & *quaſi Uſufructus* ſit
*Uſusfructus*, & quaſi contractus ſit contractus, & ſic in cæ-
teris; ſed propterea actiones illæ non ſunt ipsâ *re eadem*,
nec confuſæ invicem: ùt nec *Serviana* eſt *quaſi Serviana*.
Igitur quanquam in eo non verſetur ſalus Græciæ; (quâ
formulâ errores ſuos incruſtare amant ambigui Docto-
res.) Tamen Reipublicæ intereſt, * *res* ipſas *diſtinctas* & 4379
*cauſas* cujusque diſtinctas habere: & * ſalus Græciæ eſt, 4380
non habere Doctores promiſcuos & ſupinos, qui ad hanc
formulam etiam tunc apud imperitos, cumprimis Juve-
nes, ad incitas redacti, confugere audent, quando de re-
bus majoris momenti agitur, quam illi capere debent aut
debuerunt, ſed non capiunt, nec poſſunt capere; funda-
mentis excusſi, quibus ea ſuperſtruere ipſos oporte-
ret.

UTILEM HANC ACTIONEM.] Nec verò juvat 4381
*Auctorem* * *d. l. 1. C. de precario.* Non enim ibi dicitur,
quòd *Serviana utilis* competat creditori; ſed quòd *utilis*

 Ipſi

Ipſi in eam rem ſit, ſi ad Servianam actionem caſus redu-
ci non poſſit, ea quæ ad exemplum ejus ſc. Servianæ in-
ſtituitur, h. e. *Quaſi Serviana.* Hæc verba *ex.* ſunt: vel
*Servianâ actione perſequi poteſt, vel* utilis actio, *quæ ad*
*exemplum ejus inſtituitur*, exercenda eſt. Igitur quam-
4382 vis dici poſſet tandem actio *Quaſi Serviana* * actio *uti-*
*lis*; uti ſanè dicitur in *l. 1. C. Comm. d. Legat.* tamen non
4383 eſt *Serviana utilis*; ſed *hypothecaria* * verè eſt, ùt toties
appellatur *d. l. 1.* quæ verò *Serviana* non eſt; cùm *utilis*
ibi æquipolleat voculæ *quaſi*. At verò hæc *ſpeciem actio-*
*nis oppoſita* non conficit. Quin & *utilis* datur actio *Quaſi*
*Serviana* in ſpecie, ſ. *utilis hypothecaria*: quam & caſus,
de quo in *d. l. Gordianus* conſultus fuit, reſpexiſſe potuit;
ùt quando *nomen debitoris* pignori datum eſt *l. 18. pr.*
*d. P. A. l. 3. & 7. C. d. hered. vend. l. 1. C. Prætor. pign.*
*add. l. 20. d. pign. & Hyp.*

ANTIQVIOREM.] Si ergò actio *Serviana* eſt an-
4384 tiquior *hypothecariâ*: quomodo hæc * *ſe ipsâ antiquior*
eſſe poteſt?

§. VII.

4385 INDIFFERENTER.] Mirificè ſibi placet *Auctor* in*
nominibus *Servianæ*. Et tamen falſus eſt, quando putat
4386 in * *l. 3. §. 3. ad exhib.* Servianam actionem appellari *hy-*
*pothecariam*, cùm quidem *ſibi* evidentisſimè *opponantur*:
etiam pignoratitiâ Servianâ, *ſive* hypothecariâ, quæ Cre-
ditoribus *competunt*. Quanquam de cætero nil repugnet,
4387 **genus* actionis, ùt eſt hypothecariæ, tribuere cuilibet *ſpe-*
4388 *ciei*. Sed quando *hypothecaria* * ſpecialiter pro *Quaſi*
*Servianâ* accipitur: tunc quidem adeò non poſſunt indiffe-
renter accipi hæ ſpecies, atque nulla ſpecies eſt eadem ſpe-
cies cum conſpecie.

PRO-

PROPRIAM TURPITUDINEM.] Quid verò pro-
hiberet *minorem* * aliumvè *debitorem* quemlibet, qui *dolò* 4389
non agit, excipere, *pignus legitimè conſtitutum non eſſe?*
Et an ceſſabunt *omnes* * *exceptiones* adverſus actionem 4390
*hypothecariam*, quibus *defectus* aliquis cauſæ, actionem il-
lam producentis, allegari poterat, v. c. rei immobilis hy-
pothecam alicubi judicialiter confirmatam non eſſe?

FUISSE IN BONIS DEBITORIS.] Sed hoc non
ſufficit; verùm probare unà oportet, quòd ille * *jus op-* 4391
*pignorandi* habuerit. *l. 6. C. ſi al. res pign.* In *hypotheca*
verò *generali* ne quidem requiritur, ut * *in bonis debito-* 4392
*ris* fuerit res conſtituti pignoris tempore. *l. 15. §. 1. d. P. & H.*
Ne dicam hoc requiſitum aliter habere in judicio *Quaſi*
*Serviana* * *utili*. v. *l. 41. d. Pign. act. l. 7. §. 2. ad Maced.* 4393
Accedit, quòd oporteat probare *debitum*, & * contractam 4394
*hypothecam*: atque hoc quidem præcipuè.

CASU AUTEM POSTERIORI.] Quaſi non * ea- 4395
dem *probare* etiam h. c. teneretur actor, atque caſu illô,
quô *tertius cauſam à debitore* habet. Sanè ſi probet, rem
in bonis debitoris fuiſſe; tum oportet, cùm priùs illud ſit
non minùs poſſeſſoris bonæ fidei, ut excipiens probet ſibi
tunc quidem *jus* * *fortius*, quale non eſt b. f. & juſtus ti- 4396
tulus poſterior, competiiſſe.

§. VIII.

NISI TAMEN.] Quaſi adverſus hunc non detur * 4397
*hypothecaria*. Nam hæc *vocula* limitationem inducit.
Nimirum dicere debuit Auctor: ſupponit *poſſeſſionem*,
aut quod *loco poſſeſſionis* eſt, ut rem dolô poſſidere
deſierit.

NON SOLVENDO ESSE.] Aut quòd poſſeſſor
rem

4398 rem comparaverit, * *ſciens* illam eſſe oppignoratam; vel
eum *excuti* aliter non poſſe, *quamvis ſolvendò foret.*

NON POSSE PER NOV. CXII. C.I.] Cùm verò
4399 ſatis oſtenſum ſit, *textum* illum * non agere de lite motâ
ſuper *hypothecâ ſpeciali* ex Jure *crediti*, v. Franzk. *d.l.* ne-
4400 que hanc diſtinctionem admittat * *Nov. 4. c. 2.* & *Auth.*
*Debitor.* Inde quicquid diverſum ſentiant *citati* hîc *Do-*
*ctores Electorales Saxonici, aliique*, ſi quos iſti ſequuntur,
4401 qui tamen * *receptam ſententiam* non conficiunt: verius
4402 eſt, beneficium *excuſſionis* poſſeſſorem pignoris * *etiam*
*ſpecialiter* obſtricti obtendere reum actori poſſe. Idque
4403 plurimis locis * in *Foro* ſequimur; quæ & ſententia
4404 * *communiſſima* eſt tam *veterum*, quàm *recentiorum*; ſed
4405 *Electoralium* illa non niſi *quorundam* * *Recentiorum* eſt ſen-
tentia. Franzk. *d.l. n. 17.*

§. X.

UTILITER.] Sed & hoc falſum eſt. Nam præci-
4406 pua * *diſtinctio* Salviani eſt in *verum Salvianum* & *quaſi*
*tale*. *Verum* rurſus vel directum eſt vel utile. *Directum*,
quô adverſus Colonum agitur; *utile*, quô locator ejusvè
ſucceſſor particularis agit adverſus poſſeſſorem tertium.
Sed *Quaſi Salvianum* eſt, quod Locatoribus prædiorum ur-
banorum, omnibusque creditoribus aliis, competit. (Quod
4407 perperam * *utile Salvianum* appellat *Auctor*.) Iſtud verò
Quaſi Salvianum *utiliter* adverſus *extraneos poſſeſſores*
intentari poteſt.

4408 CITISSIME.] In hoc * ſcilicet *Auctor* quærere velle
videtur diſcrimen inter iſtud *Salvianum* & *Hypothecariam*;
de quâ *ſuperiùs* dixerat non minùs, quòd ea ad poſſeſſio-
4409 nem obtinendam competat. Cùm tamen non adeò * *ci-*
*tiſſimè*

*tiſſimè* in Interdicto *Salviano* procedi poſſit. Nec indi-
get frigidâ hac *Auctoris* doctrinâ, quisquis noverit, quò-
usque receptionem * *poſſesſionis*, vel adeptionem ejus, 4410
*actiones in rem petitoriæ* intendant.

POSSESSORIA.] Hinc in hoc loco, ubi de Judiciis,
quæ *ex* * *Jure in re* oriuntur, (quale non eſt *poſſesſio*, ne- 4411
que etiam *poſſeſſoria adipiſcendæ* * *ex poſſesſione* proce- 4412
dunt,) malè agitur.

LEVIORES PROBATIONES.] Equidem *non levio-*
*res*: eſt enim hoc judicium * *magni præjudicii*; ſaltim 4413
* quòd non ea probanda veniant, nec tot capita, quæ in 4414
*Judicio petitorio.*

DE UTILI INTERDICTO.] Et rectè * ſtatuitur, 4415
dari *utile Salvianum*, adverſus tertios poſſeſſores rerum
à colonis pignoratarum, qui cauſam à conductore habent.
Tales ſunt in *l. 1. pr. &* §. *1. ff. de Salv.* in quo §. *utile*
intelligendum eſt; quamvis dicatur de *Salviano* indefini-
tè. Nam *JC.* ſolùm in eô eſt, ut *Salviano*, qualecunque
ſit, *opponat Interdictum uti posſidetis. d.* §. *1.* Imò in *verſ.*
*At ſi explicatur*, ibi: *utilis* actio ſ. *utile* Salvianum. Simi-
liter in *l. 1. C. eod.* Salvianum negatur adverſus tertium,
ſcilicet *Salvianum verum*, item *Quaſi Salvianum*, utrobi-
que *directum*. Cæterùm ſi de *tertio poſſeſſore* earum re-
rum, quæ pro quovis debitô, *exceptâ fundi mercede*, op-
pignoratæ ſunt, quæritur: non niſi *Quaſi Salvianum*, idque
*utile*, locum habet. Nec enim diverſum * ex *d. l. 1.* 4416
*C. d. Precar.* infertur, quippe quòd ibi ſolùm de *directo*
*Salvianô verô* & *Quaſi* agatur. Unde ſententiam noſtram
ſequuntur * *Pacificus* de *Salviano, Inſp. 1. c. 7. n. 14.* & *Fri-* 4417
*der. t. 18. d. Interd. n. 50.* add. Poſth. *Dec. 206. d. Manut.*
*n. 6.* nec dubium eſt, eandem in * *Foro* frequentari. Ut 4418

4419 verò _Interdictum Salvianum_ * adverſus _tertios_, qui _cau-
ſam_ à conductore _non habent_, admittamus, nec juris co-
4420 git ratio, neque etiam id eſt _Remedii_ * cujuslibet _poſſeſſo-
rii_, aut neceſſe fuerit, ut eadem huic poſſeſſorio inſit _vir-
4421 tus_, quam * _actio in rem hypothecaria_ habet.
TITULUM IN CONTINENTI PROBARE NON
4422 POSSIT.] Jejunum eſt, quòd _Auctor_ in judicio hoc * _de
4423 titulo_ agendum velit; imò ad * _fundandum_ illud requirat
_titulum:_ ( qui tamen aliter non attenditur, quàm _in caſu
4424 dubio poſſeſſionis_ * _juſtioris_ inter _concurrentes probandæ_, &
4425 ut res * _exitum_ inveniat.) Unde quamvis titulum quis non
4426 habeat, quippe quòd ne quidem * _titulum_ ſuæ _poſſeſſionis_
4427 quis _edere_ teneatur, modò * _cauſam_ non habeat _à debito-
re:_ (nam ſic non eſt melioris conditionis, quàm _Auctor_
4428 ejus:) eô ipsô * melioris eſt conditionis eô, qui _non poſ-
ſidet:_ neque adverſus ipſum _Interdicto Salviano_ obtine-
bit _Actor_.
4429 ORDINARIO PROCESSU.] Malè ſic * _petitorii_
actionem deſignat _Auctor_: etenim in _Interdictis adipiſcen-
4430 dæ poſſeſſionis_ * _extrà ordinem_ quidem olim _agebatur_;
4331 ſed tamen in his non eſt Proceſſus omnis * _ſummarius_,
ùt in _momentaneô_ accipitur; verùm pro _naturâ poſſeſſo-
4432 rii_ * _Judicii_. Imò _ſummarius_ non dicitur, niſi in reſpectu
4433 ad * _ordinarium_, (æquè in _Poſſeſſoriô_,) Proceſſum. Itaque
4434 ſatis peritè _Strykius_ * _Fori uſum_ exponit! quando * _tituli_
4435 _probationem_ in hoc _poſſeſſoriô_ exigit, & _ſummarium_ vult
4436 _Proceſſum_, & vult * in oppoſitione ad Proceſſum _Ordina-
4437 rium_, ùt appellat, * _Petitorii_. Hæ ſcilicet ſunt obſerva-
4438 tiones præclaræ, quæ ad _Introductionem_ ipſius * _ad Pra-
xin Forenſem_ pertinent.
4439 HINC UTILE EST.] Hoc verò ad * _Cautelas_ ejus
reſpi-

reſpicit. Attendite Juvenes! *Salvianum*, quando non da-
tur contrà tertium poſſeſſorem, niſi cauſam à debitore
habet: datur *per cautelam*, quando * *cum* actione *hypo-* 4440
*thecariâ* jungitur. *Ratio* eſt, quia hypothecaria datur ad-
verſus *tertium*. *Ratio rationis*, quia adipiſcendæ * Inter- 4441
dictum *cum Petitorio cumulatur*. Concludit in primâ fi-
gurâ! *Ergò* datur, quando cumulabitur * Salvianum cum 4442
hypothecariâ adverſus tertium poſſeſſorem. Dolendum
eſt, non vidiſſe hoc inventum *Perezium*, *Bachovium*, &
*reliquos*: nam ita omnibus tricis ſuperſedere potuiſſent.

§. XI.

EX EO PROBABILIS EST.] Miſera probabilitas!
Ecquis enim aliquâ probabilitate inferret: quoniam * *hy-* 4443
*pothecariæ* actioni poteſt objici, *ideò* etiam poteſt Inter-
dicto *Salviano*. Et egregia omninò probabilitas *per* * *pe-* 4444
*titionem principii!* Adhuc major, ſi Diis placet, eſt proba-
bilitas, quia beneficium *excuſſionis* eſt *recentius* * Interdi- 4445
ctô *Salvianô*: hinc in eô locum habet. *Ergo* omnia ha-
bebunt locum in Interdictô Salvianô, quæ *eòdem* ſunt * 4446
*recentiora!* Quô abſurdius nil dici poteſt.

GENERATIM POSSESSORI PIGNORIS.] Et ta-
men non niſi ei, qui * hypothecariâ actione convenitur. 4447
v. *Nov. 4. c. 2. pr.* ibi: & qui *hypothecariis* actionibus te-
neri poſſunt. *verſ.* contrà principales. ibi: ſive perſonali-
bus ſive *hypothecariis*.

OPPONI NON POSSE.] Vera eſt hæc ſententia,
quòd exceptio *excuſſionis* in *Interdictô Salvianô* locum
non habeat. Idque eò, quoniam illa exceptio, noviter in-
troducta, *ſolùm adverſus hypothecariam* comparata eſt; nec
immeritò, quoniam eam *ratio Interdicti*, in quâ ſolùm

 *de*

*de adipiſcenda poſſesſione* pignoris, non etiam de *ſolutione crediti*, agitur, non admittit. Unde etiam ex Salvianô *perſecutio poſſesſionis* non impeditur, ſi poſſeſſor pignoris *ſolutionem debiti* offerat. Nam licèt *hypothecaria* hac ratione avertatur; quippe cujus intentio eò vergit, ut aut hypotheca dimittatur, aut exſolvatur debitum. Tamen in Interdictô *Salvianô* actor præcisè intendit, ut *poſſesſionem pignoris* conſequatur. Itaque nec poſſeſſor audietur, ſi de *excusſione* excipiat; quippe quòd & hoc *ad exſolutionem crediti* reſpiciat: quò non reſpicit *poſſeſſorium judicium*; nec quicquam creditum illud ejusvè ſolutio cum poſſesſione pignoris commune habet. Neque verò impedit, quòd ſicut in *hypothecariâ*, ita & in *Interdicto*, non videatur cedere debere poſſeſſorem pignoris *poſſesſione*, niſi *principalis ſolvendo non ſit*; ſecùs, & ſi in *Salvianô* non idem obtineret, nemo poſthac *hypothecariâ* adverſus tertium acturus, ſed ſemper Interdictô uſurus, eſſet. Nam ſicuti exceptio *excusſionis debitori* competere non poteſt; indeque *Salvianô* etiam conventum hypothecæ poſſesſione cedere oportet: ita non iniquum, & imò Juri conſentaneum, eſt, ut in *tertio*, qui *cauſam ab ipsò habet*, idem quoque obtineat. Unde quia adverſus tertium, *qui non habet cauſam à debitore, ne quidem Interdictum Salvianum competit*, ſed ſolùm *hypothecaria* inſtitui poteſt: facilè de *utilitate hypothecariæ*, & de *uſu exceptionis excusſionis*, apparet. Quin & *alias prærogativas hypothecaria* præ Salvianô retinet: quippe quòd Salvianum non niſi *poſſesſionem* pignoris conciliet; prærogativam verò *Juris*, & *effectum* inde redigendi creditum, neutiquam.

SIT ALTIORIS INDAGINIS.] Imbecilli utique ratione! quaſi * in *nullô poſſeſſoriô* admittatur exceptio
*448
*altio-*

*altioris indaginis?* aut quaſi * exceptio *excuſſionis altioris* 4449
ſit *indaginis?* Imò ne quidem eſt ea, quæ concernit
*ipſum excipientem*, ſed quæ planè *avertere agentem*
* ab actione ad debitorem conatur; de quô quidem & 4450
ipsô debitore facilè conſtat, *an excuti posſit* nec ne. Profundiùs erat inquirendum in rationem, nec utendum jejunô hôc effugiô: quô ſanè nemo in ſententiam *Menochii* pertrahetur.

RESPONDERI POSSET.] Feliciter! ùt ſolet reſpondere *Strykius: Reconventioni* ſcilicet locum ſuperfuturum. De quonam verò * *reconveniet* reus ille cre- 4451
ditorem, an *Interdictô* * *adipiſcendæ poſſesſionis?* Utique 4452
non poteſt * nec *retinendæ* nec *recuperandæ* poſſesſionis 4453
remediô. At verò *quodnam* habebit Ille remedium *adipiſcendæ* poſſesſionis? An verò * *petitoriô* remediô? Quæ- 4454
nam verò hæc *reconventio* erit, ut * poſſeſſoriô conven- 4455
tus actorem petitoriô reconvenire queam? Imò cùm
* *cauſam* habeat ille *tertius* à debitore: quânam ille 4456
*actione petitorii* poterit creditorem hypothecarium convenire, ut rem recuperet? Nunquid igitur hæc non perabſurda eſt Reſponſio? & nunquid non miſerabilis hæc eſt
Juris peritia? Quid verò reſpondendum ſit * *Carocio*, 4457
nunc diſcat ex ſuperioribus *Strykius*.

SALVIANUM UTILE.] Imò * *quaſi Salvianum* 4458
directum.

PRIVILEGIUM.] At verò hoc malè dicitur * *pri-* 4459
*vilegium*, nec *omnibus poſſeſſoriis* commune eſt, cùm *Fori*
conſcii noverint, admitti quidem in * *poſſeſſoriis* quoque, 4460
ſi non *momentanea* ſint, *exceptiones altioris indaginis*, ſaltim ad judicium poſſeſſorium pertineant; nec diſertè in unâ alteravè ſpecie & ipſæ rejiciantur.

§. XII.

4461 REMEDIUM.] Hoc verò remedium non eſt * judi-
ciale, ſive quô in Foro quid perſequimur; ſed facultas, quam
privatâ auctoritate quis exercere poteſt.
4462 REDDIT POSSESSIONEM.] Quidni verò * juſta
fuerit illa poſſesſio? quamvis Judicis Auctoritas non acceſ-
4463 ſerit. Anne * injuſta eſt poſſesſio, quam quis tradit mi-
hi: nam hæc pro tradita utique eſt, citrà auctoritatem
4464 Judicis? An poſſesſio * extrajudicialis nulla eſt juſta? Sanè
4465 quæ poſſesſio * nec violenta eſt, nec clandeſtina aut preca-
4466 ria, illam eſſe juſtam oportet. Neque aliud vult * l. 3.
C. d. pignor. niſi quòd non reſiſtente debitore Creditori
ingreſſuro vel ingreſſo, vis illata videri non poſſit; conf.
l. pen. C. d. pign. act. ibi: citrà conventionem vel Præ-
ſidialem Jusſionem. add. l. 30. d. Pign. act. l. 6. §. 3. Locati.
l. 10. C. d. Pact. Panormit. ad c. d. cætero. x. d. re judic.
4467 n. 13. imò * ne quidem reſiſtenti vel reſtituro, quoniam
voluit conventione ſuâ, ut ingredi poſſet. Quia tamen, ut
violentiam quis adhibeat, tranquillitas publica non pati-
4468 tur: hinc auctoritate Magiſtratûs * eô caſu adipiſci cre-
ditorem oportere poſſesſionem d. l. 3. diſponitur. Coler.
d. Proc. Exec. P. 3. c. 8. n. 3.
SED ACTIONE HYPOTHECARIA.] Aſt quia
4469 hîc de * Jure hypothecæ non agitur, ſed de conſequendâ
poſſesſione pignoris, quam propriâ ſibi auctoritate ſumere
poſſe debere creditorem placuit; eôque placitô ſimul jus
reale inductum eſt, quô etiam adverſus tertium valet.
4470 Hinc verius eſt, * ne quidem hypothecariâ adverſus ter-
tium agendum eſſe, qui nec finis eſt iſtius pacti; ve-
rùm ſi auctoritati privatæ locus non detur, etiam Judi-
cis

*cis auxilium implorari* debere, ut re excedat tertius.

§. XIII.

REI SERVANDÆ CAUSA.] Quòd falſum hoc ſit
in pignore * *Judiciali*, ſeu quod ex Judicato captum eſt, 4471
*ſuperius* admonitum fuit.

NE TAMEN OMNI REMEDIO DESTITUATUR.] An verò remediô omni deſtitutus eſt, cui com-
petit * *Interdictum ne vis fiat ei?* Quòd ſi tamen amiſe- 4472
rit poſſesſionem * *ſuâ culpâ:* ita non poterat *vim* ſibi aut 4473
*turbationem* ab alio illatam arguere. Unde & *Veteres* putabant, cùm appoſitus ille fuiſſet rei ſervandæ, ſui commodi & ſecuritatis causâ, ideòque ipſi imputari debuerit, cur diligentiam ad quam obſtrictus fuerat, non præſtitiſſet: damnum illum facere debere *Pignoris Prætorii*, quod non ipſe ſervaſſet. *d. l. 2. C. d. Pignore Prætorio.* Sed *Juſtinianus*, quoniam & *hypothecaria* datur ei, qui poſſesſionem, *licèt culpa ſuâ*, amiſerit: *l. 11. §. 1. d. Pignorib.* inde etiam hìc, quoad detentionem *Pignoris Prætorii*, actionem hypothecariam *utilem*, ùt *Cujacius ad d. t. Cod.* exiſtimat, miſſo *ſervandæ rei* causâ, qui detentionem amiſerat, largitus eſt.

RECUPERANDÆ POSS. REMEDIUM.] Aſt fal-
ſum hoc eſt, * *Remedium poſſeſſorium* à *Juſtiniano d. l. 2.* 4474
introductum fuiſſe. Diſertè enim * ab *hypothecariâ*, & 4475
ſic *petitorii* actione, ad hanc ſuper Prætoriô pignore, *in-
fert.* Falſum itaque eſt non minùs, illud * *recuperandæ* 4476
*poſſesſionis* eſſe: non ſolùm quòd * *poſſesſionem* ille *non* 4477
*habuerit;* verùm etiam quòd * non omnis actio, quâ *rem* 4478
*recuperamus*, ſit *interdictum recuperandæ poſſesſionis.* Ne-
que etiam diverſum ex verbis * *d. l. fin. C. d. Pign. Prætorio.* 4479

*torio.* dare *recuperationem*, item *recuperationem* ei dona-
mus. inferri poteſt. Nimirum non donat illi remedium
4480 * recuperandæ poſſesſionis: ( imò ne quidem hoc obtinet,
4481 ſi quis * *ſuâ culpâ, nec adhibitâ* illi *vi* ullâ, rem amittit:)
4482 ſed * recuperationem donat mediante *actione hypothecariâ* utili.

EXCEPTIO EXCUSSIONIS.] Quin & in hoc defe-
rendus eſt *Auctor*, &, quem ſequitur, *Menochius*; quippe
4483 quòd remedium *in* * *l. fin. C. d. Pignore Prætor.* non ſit
*Remedium poſſeſſorium. Hypothecaria* verò actio per *ex-
ceptionem excusſionis* repelli queat.

NULLAM DEDERIT] Neque hoc mirum eſt.
4484 Cùm enim hoc *pignus* * *rei ſervandæ* ſ. cuſtodiendæ cau-
sâ misſis dediſſet; ſecùs obtinet in *hypothecis* & *pignoribus
aliis*, quæ jus longè firmius habebant, & *ex facto* homi-
nis vel *Lege*, non ſervandi, ſed *creditum* inde qualiter-
cunque *redigendi causâ*, conſtituta jam ab initiò fuerant.
4485 Hinc non ſinè causâ Prætor indignatus * fuit, ſi miſſus non
incumberet ſuo pignori, aliàs ſibi jacturam imputaturus;
eumque auxilio indignum eſſe æſtimavit. *d. l. fin. C.* Ex
4486 quâ * rationem percipere potuerat *Auctor.* Sed *Juſtinianus*
humaniorem ſententiam admiſit, & cauſam be-
4487 nigniùs interpretatus eſt Inde * mirum videri non de-
bet, quòd *Prætor* actionem, quod poterat, dare no-
luerit.

§. XIV.

UTRAMQVE HIC CONJUNGEMUS.] Et tamen
3488 non * *duæ* hæ ſunt *actiones*, verùm *una eademque* eſt, ea,
quæ *in* §. *6. Inſt. de Action.* & quæ in *Tit. Quæ in fraud.
credit.* proponitur. Nam actio illa, (ſive *revocatoriam*
4489 ſive *Paulianam* voces,) neque * ſimpliciter *realis*, nec omni-
modò

modò *perſonalis* eſt; ſed ita à Prætore conſtituta, ut ex utroque genere quid *participet*, quò creditoribus per illam eò meliùs ſuccurreretur. Cumprimis verò ad unam vel alteram earum ſpecierum ideò referri nequit: quoniam diſtinctio illa eſt actionum, quæ *ex Jure in re* vel *ad rem*,
* immediatè, & tanquam *ex causâ nativâ*, fluunt. Hæc 4490
verò *Pauliana* actio *non* datur *ex fraudulentâ alienatione*,
tanquam * *ex causâ*, & ſic velut ex *delictô*; verùm *imme-* 4491
*diatè ex Edicto Prætoris*, *ſuppoſitâ* tantùm *alienatione* illâ,
tanquam *conditione ſinè quâ non:* atque ſic * *dativa* eſt. 4492
Inde in §. 6. *Inſt. d. Action.* inter *reales* collocatur; *Pauliana* verò, ſicut *eadem actio* in *l. 38. §. 4. d. Uſur.* appellatur, *etiam adverſus* * *non poſſeſſores* intentari poteſt. 4493
*l. 14. quæ in fr. cred.*

NISI POST IMMISSIONEM.] Imò verius eſt, actio-
nem *Paulianam* * *effectum* ſuum non ſortiri poſſe, *prius-* 4494
*quam bona poſſeſſa* fuerint. Tunc demum enim apparere poteſt, num debitor *ſolvendo* ſit, & an creditores ſuos
*fraudaverit?* * Perperam interpretamur Imp. *in* §. 6. *I. d. act.* 4495
quaſi actio *intentari* antè non poſſit, *niſi bonis poſſeſſis.*
Pejùs adhuc, * quòd *actio non detur*, niſi debitor *aliena-* 4496
*verit poſt concurſum excitatum*, h. e. *poſt poſſeſſa bona:* cùm tamen *alienatio* etiam fraudulenta, quam debitor *ante bona poſſeſſa* ſuſcepit, actionem hanc producat. *l. 15. l. 17. pr. quæ in fraud. cred.* Falſum itaque eſt, quòd detur actio
hæc *Pauliana* * ex *Jure pignoris Prætorii.* Falſum, quòd 4497
revocatoria detur *contrà* * *quemvis poſſeſſorem*, licèt *frau-* 4498
*dis non participem;* ſecùs atque *Pauliana:* cùm tamen di-
ſtinguendum ſit, an * titulô *onerosô*, an *lucrativô* quis 4499
rem acceperit: *Ibi*, an *conſcius* fuerit fraudis, *nec ne.*

EX FICTO DOMINIO.] An itaque * *creditoris* eſt 4500

illud *fictum dominium*, ex quo agat ille? Sic enim opor-
4501 tebat. Jam verò dicitur, alienatum *retrò* * *in bonis debi-*
4502 *toris* fuiſſe: ſed hoc ad * *debitorem* pertinet, qui hîc *non*
*agit.*

4503 IN EFFECTU.] Rurſus * nil intereſt *Auctoris*, an
actio aliqua *realis* ſit an *perſonalis*: & ſi *duæ* ſint actiones,
4504 * an *una* earum *realis*, *altera perſonalis* ſit; modò ad *eun-*
4505 *dem* * *effectum* tendant. Hic verò de * *convenientiâ* fru-
4506 ſtrà quid ſupponitur; cùm tamen non duæ ſint hæ actio-
nes: adeòque actioni *Paulianæ*, quæ *non alia*, quàm *revo-*
4507 *catoria* eſt, bene * *cum ſeipsâ* convenit.

§. XV.

PRÆSERTIM IN FACTO.] Quomodo verò pro-
4508 babit * jura *ex inſtrumentô?* Imò nil aliud *probatur*,
4509 quàm * *factum*. Quid etiam ſi contradicat aſſertis in-
4510 ſtrumenti *reus tertius?* nam * requiſita actionis hypothe-
cariæ ea ſunt, quæ nudâ *aſſertione* in inſtrumentô evinci
non poſſunt. Num enim ſatis probatur ex aſſertô inſtru-
menti, quòd debitor rem illam *in bonis habuerit*, quòd-
que ei *competierit facultas* eam *oppignorandi?*

PER INSTRUMENTUM.] Ac ſi verò monitum
4511 hoc ſolùm * ad *actionem hypothecariam* pertineat. Etenim
ſi in quacunque, etiam emti venditi, locati conducti, vel
*aliâ actione ordinariâ*, quis niti poſſit *documentis irrefra-
gabilibus*, ex *El. Saxoniæ conſtitutione* ſuperſedere poteſt
*Proceſſu ordinariô.*

EXECUTIVE.] Eſt verò id abſurdum maximum:
& inauditum eſt, poſſe eum, qui nomen *JCti* gerit, aſſe-
4512 rere, quòd *contrà poſſeſſorem hypothecæ* * *tertium* agi poſ-
ſit ex inſtrumentô guarentigiato, (licèt vel ex claris docu-
mentis,)

mentis,) *executivè* ! Edoceant *Strykium* Colerus *P. 2. d.*
*P. Exec. c. 3. n. 433. ſeqq.* it. Carpzovius *IV. Reſp. Tit. 1.*
*Reſp. 10.* Mevius *IV. dec. 84.* & imò *omnes*, quotquot prin-
cipia Juris primis labiis deguſtarunt, quòd *pactio*, quæ * *ex* 4513
*perſonali conventione* reſultat, qualis eſt *executionis cele-*
*ris*, inter debitorem & creditorem, etiam ſuper hypothe-
câ, in *tertium ſucceſſorem ſingularem* tranſire non poſſit.
Diſcat à *Forenſibus* & *Cauſidicis*, non valere * inſtrumen- 4514
tum adverſus eum, qui in eô *nominatus* non eſt. Imò
ſi vel hypothecam, * *poſt litem* debitori jam *motam*, is in 4515
tertium alienaverit, diſcat ex *H. Piſtoris* & *Colero d. l.* ne
quidem ob hoc actionem hypothecariam *executivè* vali-
turam adverſus tertium; ſed *novô* eôq; *ordinariô Proceſſu*
adverſus hunc opus eſſe. Col. *d. l. n. 454. ſeq.* Quid quòd
licèt *debitor* * *condemnatus* ſit, *non* poſſit *executivè* agi 4516
*adverſus tertium* poſſeſſorem? *c. 38. d. Teſt. & atteſt.*
Ummius *Diſp. XI. th. 4. n. 12.* Bocer. *Cl. 6. d. 5. th. 13.* Marp.
*3. Conſil. 22.* ne quidem ſi victor * *cautionem* præſtare ve- 4517
lit. Cothm. *4. Reſp. 4. n. 208.* Quæ quidem rudimenta &
*Scholæ* & *Fori* dum *Auctorem* fallunt: judicatu facile eſt,
quænam ſcita ſaluberrima, *in Cautelis* ipſius & *ſcriptis cæ-*
*teris*, nobis polliceri queamus: quòdque infelices eſſe
oporteat illos, qui in hæc talia delati fuerint.

§. XVI.

NULLUM DUBIUM ESSE.] Fuerat ſanè * *dubium* 4518
*maximum*; donec placuerit, *nomina* quoque oppignorari
poſſe. *l. 4. C. quæ res pign. obl.*

ACTIONEM PERSONALEM.] Quod & recepit
*Brunnemannus* ad *d. l. 4. C. n. 7.* ût facilè alia. Sanè
*perſonalis* non datur ei, niſi qui illam habet *propriô* aut

*ceſsò*, vel *mandatariò nomine;* poſt *txx.* Sand. *3. dec. T. 12. def. 24.* ùt nec *tertius* ex contractu alterius obligatur. *l. 18. C. d. pact.* Nec juvat *diſſentientes l. 2. C. quand. Fiſc. vel priv.* quippe quæ de ſolà *executione ſententiæ* agit, quæ fieri poſſit *in ſubſidium*, in nomina debitoris. Sed hæc non eſt *actio*, nec realis nec perſonalis. Quin *nec judicati actio* in alium competit, quàm contrà quem judicatum eſt. *l. 4. pr. d. re judic.* Proinde nec *Bachovium* & *Donellum* juvat *ceſſio*, quam à Jure *præſumtam* putant. Nam hoc non admittit. *l. 3. C. d. hæred. act.* ubi negatur perſonalis actio: ceu nec *Ant. Fabri* actio *dativa* locum invenit, ubi non deficit remedium regulare, ùt h. c. Quare & ipſe à traditis in *VIII. Conject. 18.* recedit *in Dec. V. err. pr. 10.*

4519 UTILEM HYPOTHECARIAM.] Securiùs * putat *Auctor* hanc intelligi. Imò non hoc ſecurius, ſed *de neneceſſitate*, habendum eſt; cùm perſonalis dari non poſſit. Omninò igitur *utilis* actio, quæ hanc in rem *d. l. 4.* ùt & *l. 7. C. d. hæred. vel act. vend.* junct. *l. 13. §. 2. d. pign. act.* datur, nulla eſt alia actio, quàm *hypothecaria*, quâ petitur exſolutio nominis hypothecæ dati, *l. 3. C. d. hæred. act. l. 2. C. d. O. & A. l. 18. d. P. A.* ibi, quòd agatur *pignoris jure* cum debitore debitoris. Nam paſſim totò
4520 tractatu *de Pignoribus* actio *utilis* * non aliam denotat, quàm utilem *Servianam;* ut vox *utilis* idem ſit, quod *quaſi:* adeòque ſit *h. l. ordinaria* illa hypothecaria, ( *non utilis* hypothecaria, ) quæ utilis h. e. *Quaſi* Serviana dicitur; poſtquam ſcilicet, cùm *nomina* oppignorari poſſe placuiſſet, *Fori uſu* & Principum *Reſcriptis*, ordinaria illa actio non minùs quoque ad nomina deducta eſt: *dd. ll.* ita ſentit *Cujacius* ad *l. 18. ff. d. Pign. act.* recedens ab his, quæ

ad *l. 7. C. d. hæred. vel act. vend.* cogitaverat; ita *Hotomannus VI. Obſ. 16.* Oldend. *Cl. 3. Act. 10. pract. 5.* Carpzovius, Sandius *b.* cum *citat.*

EXCUSSIO PRINCIPALIS DEBITORIS.] Vera
eſt *Carpzovii* ſententia; & quidem * *indiſtinctè.* Neque 4521
enim repetam, quòd *Auctor* hic * denuò beneficium ex- 4522
cuſsionis in *hypothecâ ſpeciali* perperam deneget poſſeſſori
pignoris. Sed ſi vel maximè detur ea ſententia: nihilominùs, ſive in generali ſive in ſpeciali hypotheca, tertius ille
debitor nec habet beneficium *excuſsionis*, nec habere * 4523
poteſt; quamvis *Auctor* opinetur, nullam * rationem eſ- 4524
ſe, quare ipſi, ſaltim in hypothecâ generali, concedi non debeat. Quin potiùs nulla ratio eſt, ut locum illa inve-
nire poſſit. Hoc jam olim vidit * cum *pluribus* aliis *Ne-* 4525
*guzantius part. 8. d. Pignor. memb. 1. n. 19.* ubi ait, *totum mundum ita tenere.* Item Bachov. *L. 3. d. pignor. c. 17. n. 5.* A. Faber *VIII. Conject. c. 17.* & *Dec. 5. err. pr. 9. & 10.* it. *IV. C. Sab. T. 10. def. 2.* Merlin. *Lib. V. d. Pign. Qu. 69.* Perez. *d. conven. Fiſci debit. n. 3.* Sand. *3. T. 12. def. 25.*
Atque hanc ſententiam non modò ex * *l. 10. l. f. C. d.* 4526
*O. & A. & l. 4. C. quæ res pign.* tueri licet, ſi quis benef.
excuſsionis *recentius* eſſe obvertat; ſed quòd * jus credi- 4527
ti, ſeu nominis activi, reſideat penes ipſum debitorem principalem; indeque creditori ſuo, dum ei nomen oppignoravit, hôc ipsô non ſuppoſuerit quid hypothecæ, quod ad tertium tranſire potuerit. Unde licèt is, qui hâc ratione convenitur, ſit *tertius;* non tamen eſt *poſſeſſor:* at-
que ſic pro eo comparatum non eſt beneficium * *excuſ-* 4528
*ſionis;* quin potiùs ipſe debitor immediatus eſt poſſeſſor hypothecæ, & ſolùm adverſus tertium, ſeu debitorem debitoris, *ad ſolutionem nominis* agitur, propter jus hypo-

 thecæ;

thecæ; ac ſi contrà ipſum debitorem ſuum ſ. poſſeſſorem
4529 creditor experiretur. Accedit, * quòd poſſeſſor hypothecæ alius in difficultatem conjiciatur, ſi hypothecâ cedere debeat; eique regreſſus adverſus principalem ùt plurimùm difficilis ſit. Hîc verò regreſſu tali non indigeat debitor debitoris, eò quòd liberetur ſolvendô actori: perinde atque ſi ſuo creditori ſolviſſet; ſaltim per exceptionem, *l. 18. pr. d. P. A. l. 49. d. ſolut. & liber.* quin & ipsô jure, ſi actor ceſſum nomen vel mandatam actionem habuiſſet. *l. 11. §. 5. d. Pign. act.*

4530 PER MANDATUM] ſeu * inhibitionem. Valent enim *moribus* noſtris *arreſta* ejusmodi, quæ nec diſconveniunt *communibus juribus*, Coler. *P. 1. c. 2. n. 104. d. P. Exec. P. 2. c. 1. n. 14. ſeqq.* Mevius *c. 3. d. arreſt. n. 40. ſeqq. & per tot.* usque ad concurrentem debiti quantitatem, per *l. 21. in fin. ad SC. Trebell.* quô textu *Colerus P. 2. c. 3. n. 468.* probat, quòd inhibitio judicis vim arreſti habeat. *Add.* Sand. *L. I. T. 17. d. 1.* Quin & moribus noſtris non demum *in ſubſidium* ad nomina devenitur, ùt *l. 15. §. 2. d. re jud. l. 4. C. quand. fiſc. vel priv.*

AD

# SECTIONEM III.

De

## Præſcriptione Actionum. Ingreſſus.

4531 NON RECENSEATUR.] Quidni * recenſeretur, cùm *Pontifex* ibi adducat *rem judicatam, tranſactam* aut *finitam.*

*finitam.* Quâ voce haud dubiè exceptiones * *omnes litis* 4532
*finitæ* comprehendit; qualis eſt & *præſcriptionis.*
HÆC QVARTA.] Quis verò adeo *Fori* imperitus
eſt? ut dicat, * non niſi *quatuor* eſſe *exceptiones litis fini-* 4533
*tæ*, quæ ante litis conteſtationem opponi poſſint; quod
quidem, ſicuti repugnat *dicto* * *cap. 1.* ut & * *Fori uſui* quo- 4534 4535
tidiano, ipſique *rationi:* hinc non modò jam dictæ ex- 4536
ceptiones, verùm & * *ſolutionis, compenſationis, actionis non* 4537
*competentis*, & aliæ omnes, quæ actionem *perimunt*, ſi in
continenri probari poſſint, *dictò c. 1.* continentur. v. Carpz.
*T 9. Proc. art. 1* Rosb. *Prax. civ. c. 1. n. 43.* Bocer. *Claſſ. 6. Diſp. 12.*
*th. 81.* Menoch *cent. 1. A. Q. c. 18. & 20.* An ergò adhuc *qua-*
*tuor* ſolùm ſunt exceptiones, quæ in limine judicii opponi
poſſunt? Et * an omiſit hanc quartam *Pontifex?* an verò 4538
illa * non eſt litis finitæ? Sanè per *Strykium* talis non eſt. 4539
Quæ nova eſt Jurisprudentia!
AD UNUM OMNES.] Imò *falſum* * hoc eſt, & 4540
*Practicos* non legit *Strykius.* Sunt enim, qui * tradunt, 4541
judicem illam ne quidem poſſe ſupplere, ſi non tollat
actionem *ipsô jure*, velut ex *ſtatutô* quorundam locorum;
aliàs ſi eam alleget, ipſum præjudicare parti adverſæ: mul-
tòque * minùs ipſum ſupplere eam debere. Ita, quos ci- 4542
tat *Jac.* Cancerius *P. 1. var. reſol. c. 18. n. 24. ſeqq.* Quem
& *Sandius* cum *præjud.* Senatûs *Friſici* ſequitur. *L. 1. dec.*
*Tit. 7. def. 3.* Sic & Balbus *P. 1. pr. d. præſcript. qu. 8. n. 3.*
& citati *Mynſingero, Papa & Boërius.* Alii, poſſe eum ſup-
plere; ſed * *non debere.* v. Mynſ. *3. O. 28.* & *pll.* ad 4543
*Eundem.*
HODIE DUBIA EST.] Quandonam incepit illud* 4544
hodiè? Sanè in * *J. Can.* jam tum *certum* fuit, imò etiam 4545
in *Jure Civili*, quòd judicis officium requirat, actorem
repel-

repellere, ſi *ipſô jure* ab agendo excluſus fuiſſet; v. Mevium,
*7. dec. 182.* & *8. dec. 419. n. 4.* Hiltrop. *P. 2. Proceſſ. tit. 18.*
4546 *n. 8.* Zanger. *d. l. n. 19. ſeqq.* maximè * in *criminalibus.*
Carpz. *3. qu. Cr. 141. n. 7.* Jam verò tollit præſcriptio actio-
4547 nem * *ipſô jure. l. 3. l. 4. C. d. præſcr. 30. v. 40. ann.*
*Nov. 19. l. f. C. d. fund. patrim.* v. Berlich. *1. Concl. 85.*
4548 *n. 6.* & quæ * *notoria* ſunt: ea, parte etiam non opponen-
4549 te, Judicem ex actis ſupplere * oportet. Parlador. *2. Rer.*
*quot. c. 10. n. 8.* Berlich. *d. l.* & Carpz. *1. Conſt. 25. def. 1.*
4550 4551 *& 2.* An ergò * dubia eſt hæc ſententia? & an * hodiè
4552 dubia? & * quando dubia eſſe cœpit?

CONSTARE NON POSSIT.] Mirum eſt, ſi con-
4553 ſtet Judici ex ipsâ chirographi * productione protinùs.
4554 Vide vel ſolum *præjud.* ap. *Carpz. d. l.* Et cur * hodiè
4555 conſtare id ex actis non poteſt, & potuit * olim? Non hodiè,
ubi toties, in nominibus, inſtrumenta ſtatim producuntur
4556 ad recognoſcendum, & imò * ante citationem Judici ab
actore, ſaltim in copia, exhibentur: qualis proceſſus ante-
hàc locum non habuit. Quòd ſi dehinc reus compareat,
nec ipſe de præſcriptione excipiat, nec actor ipſum malæ
fidei urgeat: quidni judex abſolvere reum poſſet? Nam
4557 *Cl.* illa, quam hìc *Auctor* adducit, eò ſolùm pertinet, * ſi
actor ipſe malam fidem, nec tamen idoneè, arguat. Aliàs
4558 judex per *clauſulam* illam ſuppleret, * quod *facti* eſt. Nec
tamen illud æquè ad ipſum pertinet, atque exceptio *præ-*
*ſcriptionis.* Imò clauſula hæc eò reſpicit, * ſi reus allega-
4559 verit præſcriptionem, ſed actor malam fidem poſitivam
non ſatis idoneè probaverit; ut tamen eam adhuc videatur
4560 fortaſſis probare poſſe. At verò ille caſus *abhinc* planè * alie-
nus eſt, ubi non oportet ſuper præſcriptione inter partes
quid actum fuiſſe.

TRA-

TRACTATA.] Non dicam, quoties & quàm diligenter hic articulus à *DD.* etiam in unô locô ſ. unô *tractatu*, traditus fuerit. Videbimus ſaltem, num *Strykius* hâc ſcriptione ſuperſedere potuiſſet?

AD

# MEMBRUM I.

*De*

# *Requiſitis ad Præſcriptionem Actionum neceſſariis.*

### AXIOMA I.

IN POENAM NEGLIGENTIS.] Falſum hoc eſt, quòd omnis præſcriptio reſpiciat * *pœnam negligentis actoris.* 4561
Ita ſanè præſcriptio adverſus * *ignorantem aliosque*, qui 4562
*nullius negligentiæ* rei argui poſſunt, etiam * *abſentes* & 4563
ſimiles, nulla daretur; quod principiis Juris adverſum eſt. v. *l. fin. & auth. malæ fidei. C. d. præſcript. long. temp.* Igitur accuratiùs in rationes introductæ uſucapionis & præſcriptionis inquirat *Auctor!* Aliàs ſequetur non poſſe objici præſcriptionem ei, cujus * nulla negligentiæ culpa ar- 4564
gui poſſet. Quod & * Scholæ & tribunalia quotidiè re- 4565
futant.

NON VALENTI AGERE.] Ineptè hoc applicat *Auctor.* Nam iſtud axioma, quod non reperitur in *tx.* ab
*Auctore* citatô, * ſed * in *l. 1. §. 1. C. d. annal. exc. Auth.* 4566
*niſi tricennale. C. d. bon. mat. l. 4. C. d. bon. quæ liber.* &
*ſim.* non agit de actione * nondum natâ; ſed de eâ, quæ 4567

*nata* jam eſt, ſed non poteſt introduci, ob *impedimentum*
quoddam, quod *à jure* injectum fuit. Et malè omninò
4568 dicitur, *non valere* eum * agere, qui *actionem non habet;*
dum necdum *nata* eſt: quis enim diceret, huic præſcriptio-
4569 nem * *currere* poſſe?

4570 SPECTAT HUC.] Imò huc * perperam refertur.
Eſt enim falſum penitùs & principiis Juris, quin & Legi-
4571 bus, adverſum, quòd *actio pignoratitia* demum * *naſcatur*
4572 ſolutô debitô. Annon enim pignus * *re* contrahitur?
4573 annon protinùs *perfecta* eſt * obligatio pignoris, tradito
pignore? Annon perfectus contractus quilibet, dum *obli-*
4574 *gationem* habet, producit * *actionem?* Sic ergò natæ actio-
ni ab eô tempore oportet præſcribi poſſe? Non juvante
4575 *Auctorem*, quòd in * *l. 9. §. 3. d. Pign. Act.* dicatur *naſci*
actio illa, ſolutô debitô. Nam ſolutio debiti non perfi-
cit pignus; ſed *tollit.* Itaque naſci dicitur *cum effectu,*
4576 ſeu ut *actu ſecundo detur;* quâ ratione non ageret * nul-
liter, ſed ſolùm *malè* ageret, qui pignus repoſceret, non-
dum ſolutô debitô. At verò de illâ nativitate actionis
*hîc* non quæritur. Sufficit enim natam eſſe protinùs, ac
pignus traditum eſt; adeòque ei abinde præſcribi poſſe.
4577 Nam nec poſſet aliàs naſci actio * *contraria*, quæ credito-
ri datur: ſi non contractus pignoratitius eſſet ſtatim ab
initio *validus ad* producendum *actionem.* Agere verò
poteſt creditor actione illâ pignoratitiâ contrariâ, etiam
protinùs à contracto pignore. v. *l. 54. de fidejuſſ. l. 9. pr.*
*§. 1. l. 36. §. 1. l. 16. §. 1. d. pignor. act.* Nec obſtat huic
4578 præſcriptioni Civili Jure, quòd * *b. f. deficiat* in præſcri-
bente. Nimirum *Jure Civili* in longisſimi temporis præ-
ſcriptione nec titulum nec bonam fidem, adeòque nec ci-
vilem poſſesſionem, deſiderari: omnes norunt. v. Bachov. 2.
*ad*

*ad Tr. Diſp. 1. th. fin.* Non etiam *obſtat*, quòd * non poſ- 4579
ſet dari ſtatim actio ſ. inſtitui, ad *tollendum* pignus. *d. l. 9.*
*§. 3.* Nam hoc *præſcriptionem* non impedit, quoniam nul-
lum acturo obſtat *impedimentum Juris*, quod *unicè* efficit,
ut non valenti agere præſcriptio non currat; *d. l. 1, C. d.*
*ann. except.* ſed in poteſtate ejus eſt, quandocunque velit
à creditore pignus, actionem directam inſtituendô, factâ
ſolutione debiti, repetere. Unde nec obeſt * *l. 7. §. 4.* 4580
*d. præſcript. 30. vel 40. ann.* quippe quæ de eô caſu loqui-
tur, quô certum *tempus* contractui *adjectum*, adeòque ob-
ligatio conditionalis aut ex die eſt. Et quid deinde * ſi 4581
*debitum præſcriptione extinctum* fuerit? quid ſolveretur cre-
ditori: & nonne dum hic actioni perſonali præſcribit,
etiam quoad rem *oppignoratam* tutus eſt? Interim nunc,
ubi *Jure Canonicô* utimur * in *rebus* per præſcriptionem 4582
acquirendis, & in iis *bona fides* requiritur, quam utique
creditor rei alienæ incumbens non habet: idcircò juri
luendi pignus non ita, ùt *Jure Civili*, præſcribitur Gail.
*2. O. 18.* Carpz. *2. Conſtit. 1. def. 3.* Cruſius *d. j. Offerendi.*
*c. 16. n. 30. ſeqq.*

MOX NASCATUR.] Jam ergo *Strykius* ſeipſum
peſſundat. Proinde * ſi actioni ad redimendum rem ven- 4583
ditam, ſub *pacto de retrovendendo*, ideò præſcribi poteſt:
quia ſtatim ex contractu, licèt *abſolutè* conceptô, vel etiam
*quandocunque* redimere voluerit venditor, (ùt in *pignore*,
*quandocunque* id vellet reluere,) præſcribi poteſt ideò,
quia *ſtatim* actio *naſcitur*. Quidni etiam oportebit actioni
pignoratitiæ, quæ ſtatim ex obligatione pignoris à tradi-
tione rei naſcitur? ùt jam oſtenſum eſt, (junge Sutholt.
*Diſp. XII. aph. 15.*) ſimiliter præſcribi poſſe? Nec juvat
*Auctorem Zœſius*, qui unico huic principio innititur, quaſi

4584 jus luendi pignus ſit * *meræ facultatis*. Id quod *falſum*
tamen eſſe omnes ſciunt, quibus perſpectum eſt, quænam
ſit res meræ facultatis, (ut ei præſcribi non poſſit:) nimi-
rum illi actûs ſunt tales, quos exercere poſſumus liberè,
non facultate nobis, *factô noſtrô* aut *jure ſpeciali*, quæſitâ;
ſed omnibus hominibus naturali, vel gentium jure & publi-
co, cum aliis communi; ùt ire, agere, in publicô: ædifi-
4585 care in ſuô, &c. An verò tale eſt * jus recuperandi *pignus?*
quod per *contractum* creditori tradidi, & per hoc mihi
jus acquiſivi, rem illam actione directâ repetendi. Aut
4586 verò oporteret jus hoc *luendi pignus*, etiam eſſe * meræ
facultatis, ùt eſt *jus redimendi rem venditam*, ſub lege re-
trovenditionis, ſinè tempore vel abſolutè conſtitutum?
Sed ita nec huic præſcriberetur; quod tamen vult *Auctor*
cum Zœſio.

## AXIOMA II.

4587 EXECUTIO.] Nemo JCtorum appellat *actionis* *
*executionem*, quando in judicium introducitur, ſ. inſtitui-
tur.

A TEMPORE.] *Non currit*, dicere volebat, quòus-
que durat impedimentum, præſcriptio. Eſt enim falſum,
4588 quòd nulla * niſi à tempore ceſſantis impedimenti *inchoëtur*
præſcriptio, cùm poſſit etiam inchoatæ dudum præſcriptio-
ni impedimentum *ſupervenire*.

NEC NEGLIGENTIA.] Erroneum eſt, præſcriptio-
4589 nis momentum in * *negligentiâ* ponere; cùm ita ùt plu-
rimùm non procederent præſcriptiones: quarum tamen
4590 præcipuæ rationes conſiſtunt in eo, * ne *incerta* eſſent
rerum *Dominia*, incertaque *jura*, *pr. Inſt.* & *l. 1. ff. d. Uſu-
cap.* & tandem *finis* litium. *l. f. ff. pro ſuo. l. 2. d. aqu.* &

*aqu.*

*aqu. pl. arc. l. 6. d. exc. rei jud. l. 20. C. d. agric. & cenſit.*
tum &, in rerum *acquiſitionibus*, meritum *juſti* * *tituli* & 4591
*bonæ fidei*, in ipsô * *acquirente. l. 2. 3. C. d. ann. exc. l. 24.* 4592
*quæ in fr. cred.*

POST MORTEM MARITI.] Imò * *ſuperſtite* quo- 4593
que eô. Rectiùs, * à *ſolutô matrimoniô*. Sic diſertè * *l. 30.* 4594 4595
*verſ. omnis autem. C. d. j. dot.* ibi: *poſt diſſolutum matri-*
*monium.* Imò etiam * *conſtante* adhuc *matrimoniô*, ùt 4596
non minùs *ibi*; quando facultatibus labitur maritus. & in
*l. 7. §. 4. C. d. præſcr. 30. ann.* ibi: *poſt conjugii diſſolutio-*
*nem* initium accipiant.

TUM DEMUM.] Quaſi non etiam * *aliàs* dotis 4597
habeat exactionem.

VIVENTE ALIENATORE.] Sed hoc falſum eſt
in *fideicommiſſô* quolibet, in *caſum* * *contraventionis* re- 4598
lictô; quod frequentiſſimum eſt. v. Peregr. *art. 14. d. Fi-*
*deicommiſſ.* Fuſar. *de ſubſtit. qu. 688.* Fontanell. *d. pact.*
*nupt. Clauſ. 4. gl. 25. n. 34. ſeq. &c.*

SED A MORTE.] Id * verò longè eſt falſiſſimum. 4599
Et quid probabit *Auctor* ex * *l. 2. pro Emtore?* quæ ampliſ- 4600
ſima, & cum *pr. viginti & unum* §§. habet. Abſurda
hæc ſententia nec inde, nec * ex *toto Corpore Juris*, pro- 4601
bari poteſt, imò * *rationi* adverſa eſt: cùm protinùs, à 4602
momentô, quô res, quæ alienari prohibita eſt, diſtrahitur,
alteri, in cujus gratiam prohibitio cedit, naſcatur actio. *add.*
Fuſar. *q. 554.* Ludov. *Dec. Peruſ. II. d. 71.* Honded. *in con-*
*ſult.* Sand. *d. prohib. rer. alien.* & *infinitos* alios.

JURE COMMUNI.] Quodnam * eſt illud Jus commu- 4603
ne? Habetur in *c. 10. x. d. præſcript.* quod & *Weſenb.* ci-
tat, *n. 14.* in *ff. d. Uſuc.* In §. 172. R. A. 1654. (ſic enim
citari debuit,) non * reſpicitur ad hoc, quòd *copia judicis* 4604

 habe-

haberi non potuerit; ſed ſimpliciter ad durationem belli & ad incommoda, quæ ſuſtinere totam oportuit Germaniam: indeque nec reſpiciendum eſt regulariter, ſi non *Provinciali Lege* diverſum, inter ſubditos ſuos, Status unus
4605 altervê conſtituerit, ad tempus ſolùm hoc, quô bellum* eô locô graſſatum eſt: ſed ab anno 1618. usque 1648. ſeu concluſam pacem; ùt rectè *Textor* cum *Altorffinis* JCtis, *ad d. R. I. tb. 44.* Sanè in *Archiepiſcopatu Magdeburgenſi*, vi *Conſtit. Provincialis de anno 1660.*, non currit præſcriptio in his talibus, ab *anno 1625* usque *1648.* quoniam eo tempore Provincia illa bellum paſſa eſt. Equidem vel maximè bellum in eâ arduit *anno 1631.*, & *anno 1635.* per *Pacif. Pragenſem* Archiepiſcopatus *Adminiſtratori Auguſto*
4606 addictus fuit. Interim *Conſtitutioni* tempora* *plena*, ob metum quoque & pericula belli, placuerunt.

DETRAHERE PERMISSUM.] At verò nullibi agi-
4607 tur in *d. R.* niſi de* *creditis* & præſtationibus *ſortis* & *uſurarum pecuniariis*. Proinde non poteſt intelligi *Receſſus*
4608 de præſcriptionibus omnibus reliquis: quippe* in quibus nil ex *Jure communi* & diſpoſitione *d. c. 10* immutatum eſt. Unde ſi requiſita *bujus cap.* ibi: *hoſtilitatis tempore.* junct. *Panormit.* & *aliis:* non reperiantur in cæteris, cur-
4609 rit præſcriptio. Neque etiam tempus* *peſtis* æquiparare poteſt *Auctor* cum tempore belli, ne quidem quoad *R. Imperii:* nam tempore peſtis ceſſat præſcriptio in omnibus:
4610 indeque tempus illud redigendum eſt ſimpliciter ad* *Jus commune* anterius, dicti *cap. 10. d. Præſcript.*

4611 ET MINORI.] Imò verò* minori currit præſcriptio *longiſſimi* temporis *l. 3. C. d. præſcr. 30 vel 40. ann. l. ult. C. in quib. cc. in int. reſt. non eſt neceſſ.* Similiter currit
4612 adverſus eum præſcriptio* *temporalis* triennii, *l. 13. §. f. C. d. Judic.*

*Judic.* decendii: *l. 7. §. pen. d. Minor. add. l. 3. §. 8. eod. Auth. ſi minor. C. de temp. reſt. in int.* tum & * conventionalis *l. 38. d. Minor.* 4613

VEL CONVENTIONE.] Quanquam ſint, qui putaverint, non poſſe fieri *conventione*, ut ne præſcribatur v. c. retrovenditioni; eò quòd litium finis publicæ tranquillitatis causâ eſſe debeat, cui rei privatorum conventione derogari non poſſit. Tiraquell. *d. retract. convent. §. 1. gl. 2. n. 13. ſeq. ubi pll.* Interim ipſe *contrariam*, & ſententiâ aliorum & præjudiciis, validiorem cenſet. *n. 22. & 26.* Sanè quando in exemplo *retrovend.* apparet, contrahentes reſpexiſſe tantùm ad tempus actionum civilium longisſimum, & non ad infinitum: omninò ipſorum quoque voluntas ſe LL. accommodâſſe cenſebitur, ut præſcriptio 30. annorum obtineat. v. Mynſ. *1. O. 16. & al.*

AXIOMA III.

IMPEDITUR AGERE.] Quàm primum ergò actio nata eſt, ut *naturâ ſuâ* cum effectu inſtitui posſit, ſaltim ne plus tempore petatur, (v. A. Fabr. *VII. C. 5. Tit. 13. def. 2. n. 5.* ùt & Carpz. *1. Reſp. 33. n. 16. ſeqq.* ubi de purâ etiam obligatione:) præſcriptio incipit currere.

NON INCIPIT.] Hoc tantùm verum eſt, quòd præſcriptio non currat, priusquam * conditio extiterit, vel 4614
dies venerit. Poſtquam verò conditio extitit vel dies venit, abinde præſcriptio non capit initium, ſi pluribus conſtet obligatio penſionibus; ſed à tempore, quô primùm *ceſſatum* eſt. Friderus *ap.* Berlich. *3. Dec. 375.*

L. ANNI.] Imò * non 50. anni, cùm intrà 20. an- 4615
nos reluere non liceat,

AXIOMA

### AXIOMA IV.

4616 EXIGERE POSSUM ] Quaſi verò non ſit *actio* * *una?* cujus præſtatio in diverſos terminos diſtributa eſt; ſicut una ſolùm eſt *obligatio*. Ita ubicunque præſtationes v. c. ex pretio venditionis in certa intervalla diſtributæ ſunt,
4617 non ampliùs erit * una venditio? ſed oportebit emptorem pluribus emtionibus domum fundumvè comparâſſe?
4618 Nec ſequitur, nondum * venit *dies* præſtationis: Ergò ei præſcribi non poteſt. Quid enim ſi non poſſit venire? poſtquam obligationi, ex quâ in futurum debebatur, jam præſcriptum eſt. Nulla enim eſt præſtatio absque actione, nec actio absque obligatione ad præſtandum. Nulla verò eſt obligatio, quæ per præſcriptionem extincta eſt.

4619 AB INITIO ] Imò ab * effluxô annô vel menſe; ſi maximè vera eſſet *Auctoris* ſententia. Quomodo enim ab initio anni, quô finitô præſtanda eſt penſio, computari poſſet præſcriptio; cùm initiô anni necdum agi, vel actio
4620 inſtitui queat. Neque verò juvat *Strykium d.* * *l. 7. §. 6. d. præſc. 30. vel 40. ann.* ubi: *ab initio cujusque anni vel menſis.* ùt ex pòſt dicendis apparebit; imò ſententiam ipſius diſſipat penitùs. Enimverò quamvis plurimi in eam doctrinam abrepti fuerint, quam hîc *Auctor* ſequitur, eſſe conſtituendam in præſtationibus ſ. penſionibus
4621 annuis & menſtruis, aliisque temporalibus ejusmodi, * *cujuslibet* anni, menſis & ſim. *peculiarem præſcriptionem:* ita ut non ſimul, cùm ceſſatum eſt à ſolvendo præſtationem per 36. annos, extinctæ eſſe cenſeantur omnes illæ præſtationes, unà cum futuris; ſed ſolùm annorum 30., & annorum 6. quin & in ſeqq. annis porrò peti posſint penſio-

penſiones futuræ. Quam ſententiam in *Camerâ* quoque *Imperiali* receptam, ſuis temporibus, fuiſſe *Gailius* & *Mynſingerus* atteſtantur; nec non *Klockius* in *Relat. Camer. 132.* ubi & *præjudicia* adducit. Tamen *contraria*, ut præſcriptione unâ 30. annorum, *communi Jure*, & præteritis & futuris penſionibus, præſcribatur, omninò *verior*, & plurium locorum *Statutis* ac *Tribunalibus*, cumprimis autem, poſt diligentem diſcusſionem rationum, per *Elect. Saxon. Conſtit.* recepta eſt; ſicut eam ſatis tuentur Berlichius *2. Concl. 4. per tot.* Græviús *ad Gail. 2. Concl. 73.* Budelius *de Monetis & re nummar. Lib. 2. c. 24. n. 12. ſeqq.* & Martini *d. J. Cenſ. c. 5. n. 111.* Neque verò juvat *Auctorem* & *cæteros*, quos ille ſequitur, *Tx.* in * *l. 7. §. 6. C. d.* 4622
*præſcript. 30. vel 40. ann.* ( nam * ſanè *ratio* eos juvat nulla,) quippe quòd in *eó* §. *Juſtinianus* quid proponat, quod 4623
ipſe * *manifeſtum* eſſe ait *omnibus*: ( qualis utique non ea 4624
poterat, quam inde ſibi effingunt *Dd.* illi, computatio.) Eſt verò hoc potiùs, quòd in his obligationibus, (quæ non tantùm *principale quid* continent, ſeu jus quoddam per ſe; verùm annuas quoque *penſiones* habent,) non debeat præſcriptio *ad tollendum* id, quod *principale* eſt, quòusque penſio ea præſtetur, initium capere: neque adeò debeat computari *ab initio* datæ v. c. obligationis, aut *conſtitutæ* emphyteuſeos; ùt ibi ſequitur. Abſurdum enim eſſet, quando v. c. præſtatur penſio illa per totos 20. annos, & dehinc in ſolvendo per decem ceſſat debitor, ſi quis exinde inferre vellet, jam præſcriptum eſſe obligationi *principali*, quia ab ejus initio jam 30. anni elapſi ſint: quin potiùs Imperator vult, præſcriptionem tam penſionum, quàm ipſius negotii principalis, jam *ab initio* illius *anni* vel *menſis* Inchoari debere, quò apparet, *penſionem*

*ſolutam non eſſe.* Quæ quidem ſententia, quàm vera illa ſit, ipſamque & *textus* apertè loquatur, & æquitatis *ra-*
4625 *tio* defendat, ulteriùs exhinc apparet, quòd in * *eôdem tx. Juſtinianus* velit, præſcriptionem eſſe inchoandam, non *ab effluxò terminô ſolutionis annuæ* penſionis, (quod fieri oportebat, ſi de præſcriprione ipſius penſionis debitæ ipſi ſermo fuiſſet, ac non potiùs ipſe ad *principalem* obligationem, ut illa à tempore ultimùm ſolutæ penſionis initium ſumere deberet, reſpexiſſet,) verùm *ab initio ultimi anni*, vel *ab effluxâ ultimùm ſolutione penſionis*: adeò ut ſicut ipſius obligationis *indefinitæ*, & quæ terminum ſolvendi non habet, præſcriptio, ab initio datæ obligationis, currit: ita etiam nunc demum currat illa præſcriptio penſionum, à momentô ultimùm ſolutæ penſionis, & ſic ab initio anni ſequentis, quô debitor penſiones ſolvere ceſſavit. Quod ipſum argumentum, ex viſceribus *textûs* deſumtum, licèt à nemine obſervatum, efficacisſimum tamen quis meritò putet ad hoc, ut *diſſentientes*, qui *textu* illô *unicè* niti cupiunt, refutentur. Nec enim quenquam
4626 moveat, quòd antehac in * *Camerâ*, & nunc *aliquibus locis*, illorum ſententia obtinuerit.

EXEMPLUM EST IN LEGATO ANNUO.] Cùm
4627 verò * diſertè *textus*, in hoc, quod diſponit, æquiparet obligationes ex *contractibus* & *Legatis*: Hinc non minùs oportet etiam in *Legatis* præſcribi protinùs ab ultimâ præſtatione, intrà 30. annos, & triginta illis & unà futuris præſtationibus. Ut multò magis frivoli ſint illi, qui noſtram quidem ſententiam amplexi ſunt; ſed tamen in *Legatis annuis* non idem voluerunt procedere, quod in cæteris præſtationibus *d. l. 7. §. 6.* diſpoſitum eſt: cùm ta-
4628 men & *textus* expreſſus & * eadem *ratio* ipſis obloquatur.

SI

SI EX CONTRACTU.] At verò hæc non eſt * *am-* 4629
*pliatio*, cùm diſertè loquatur & * primò *d. l. 7. §. 6. de* 4630
*promiſſionibus*. Imò in * *Legatis* major fuerat dubitatio; 4631
ùt modò dictum eſt: adeò ut hoc ipſum *plures* in diverſum abripuerit.

NISI A LAPSU CUJUSVIS ANNI.] At verò id falſum eſt in *Legato* * *primi anni;* quippe quod *purum* eſt, 4632
ac à die mortis teſtatoris cedit protinus. *l. 4. l. 11. l. 12. d. ann. & menſtr. legat.*

QVO DIES VENIT.] Per hoc autem * non re- 4633
ſpondet *Strykius* idoneè ad dubium propoſitum. Quòd ſi enim cujuslibet anni Legatum diſtinctum eſt, & tot Legata ſunt, quot anni: tunc etiam cujusque anni dies, pro illô tantum anno venit; & ſic quando dies illius anni venerit, nec præſtitum id Legatum fuerit, ſolùm illius anni Legato præſcribetur; & ſic cujuslibet anni Legatis reliquis, diſtinctè & peculiari præſcriptione, 30. annis. Proinde dicendum eſt, quòd * *præſtationes* quidem Legati annui ideò 4634
dicantur eſſe quaſi *Legata ſingula:* quoniam Legatum morte *Legatarii* extinguitur; quod ita ſe non habet in obligatione ex *contractu* præſtationum annuarum; tum & quòd * 4635
Jus Legati annui non priùs habeat Legatarius, quàm illum annum *ſupervixerit:* adeò ut pro anno illô nil ipſi debeatur, niſi annô exantlatô: intereà tamen cauſa *præſtationis apud* ipſum * *hæredem* non niſi *una* ſit, quam præſcribere 4636
ipſe poſſit ſimul exinde, quô Legatarius nil ampliùs intra 30. annos ab ultimâ præſtatione exegiſſet.

NON QVÆ PRINCIPALITER DEBENTUR.] Sed ita * non loquitur *Carpzovius*. Nam licèt annuæ præſtationes & cenſûs, de quibus *d. l. 7. & El. Conſt.* non ita ſe habeant, ùt *reditus annui*, ſub pactô de *retrovendendo;*

ubi cujuslibet anni reditus *merx* eſt empta, nec ullatenùs
vicem uſurarum ſuſtinet, (ùt *alibi* oſtenſum eſt;) tamen
4637 etiam debentur * *principaliter*, indeque & ſic ab uſuris
differunt. Nam hæ quidem & obligationem ſupponunt
principalem, & ſortem quæ principaliter debetur; at
præſtationes illæ, de quibus *d. l. 7.* & *Conſt. Electoralis*
agunt, habent obligationem vel jus aliquod reale, unde
procedunt; ſed non etiam habent debitum aliquod *principale*, cujus reſpectu veniant, quodque idem poſſit ſibi asſerere is, cui debetur illa præſtatio. Quapropter verum
eſt, quòd de aliâ præſtatione non agant *dd. txx.* niſi de
ea, quæ *principaliter* & *ſola* debetur.

AXIOMA V.

ALIQVA QVASI POSSESSIO.] Id verò maxi-
4638 mè abjectum eſt! an ergò per hoc poteſt dici *quaſi* * *poſſidere* creditor, quando debitor fatetur ſe obligatum? Quis
4639 unquam audivit, quòd creditor poſſit dici eſſe * *in quaſi
poſſesſione obligationis?* Et annon obligatio, quam per eam
4640 quis debet, eſt * *in debitore?* & imò eſt * *privatio* potiùs,
4641 quàm quòd inde quid debitori competat? Eſto tamen,
4642 dici poſſe, quòd creditor ſit *in qs. poſſesſione exigendi; de-*
4643 *bitor* * tamen, qui * præſcribit, non poteſt dici eſſe in quaſi
poſſesſione *debendi.* Imò ſi quaſi poſſesſio ad præſcri-
4644 bendum facit in debitore: ſanè ille * eò ipsò *non præſcri-
bit*, quòd ſit in quaſi poſſesſione *debendi?* Rurſus ſi dicas,
4645 illum eſſe oportere * in quaſi poſſesſione *non debendi:* an
4646 quis per hoc, quòd * *credit*, vel *dicit*, vel *ſtatuit ſe poſſi-*
4647 *dere*, protinùs poſſidet; quando * res ipſa, velut creditum,
4648 eſt penes creditorem? quâ ratione ne quidem * *libertatem*
poteſt dici poſſidere debitor; cùm ſi hodiè *credat*, *dicat*,
*ſtatuat*,

*ſtatuat*, poſſit creditor poſt viginti annos exigere, nec
ipſum debitorem hoc *dicere*, *credere*, *ſtatuere* juvet, quò
minùs * non credatur in quaſi poſſeſſione debendi eſſe, & ad 4649
petitorium provocare poſſe? Imò ineptiſſimum eſt, dicere,
niſi ineptire quis cum *Strykio*, ipſum convincendi gratiâ, ve-
lit, * creditorem quemlibet eſſe in *quaſi poſſeſſione Juris ad* 4650
*rem*. Quòd ſi enim dicimus eſſe quem in quaſi poſſeſſione
*exigendi*, tunc illud accipimus de * *præſtationibus* diſtinctis 4651
maximè *realibus*, quæ ex re immobili, vel ſimili, capiuntur,
& ad perſecutiones per actiones reales pertinent. Immiſcet
deinde *Auctor* imperitè nimis requiſitum * *bonæ & malæ* 4652
*fidei*, requiſito *poſſeſſionis*. Aut enim debitor * nil quic- 4653
quam agit circà debitum ſuum: & ſic præſcribit per annos
triginta & *ſolum lapſum temporis*. Quid ergò hîc neceſ-
ſaria foret inſipida illa *Strykii* quaſi poſſeſſio. Hoc omnes
fateantur neceſſe eſt. Aut * *negat* ſe debere. Et ſic non 4654
abinde incipit præſcribere; ſed potiùs * *ab initio*, quô cre- 4655
ditor ipſum vult obligari. Ad quid ergò rurſus illa quaſi
poſſeſſio? Quòd ſi verò * fateatur: ſe mihi debere. Jam 4656
eſt in *malâ fide*, & ſic præſcribere non poteſt: nec opus
eſt, ut vel de meâ vel de ipſius *poſſeſſione* quæratur. Imò
hæc ipſa, de quâ agimus, præſcriptio * ea eſt, quâ *nec ve-* 4657
*rè nec quaſi poſſidet* hoc, aut poſſidere *poteſt*, qui præ-
ſcripturus eſt, quod ſit alterius; ſed alter ſolùm habet ad-
verſus ipſum * *actionem*, eamque per longiſſimum tem- 4658
pus *non inſtituit*; cùm inſtituere eam debuiſſet & potuiſ-
ſet; *l. 3. C. d. præſcript. longiſſ. temp.* omneſque *Veteres* * 4659
in hac præſcriptione *nullam poſſeſſionem occurrere* ſuppo-
nunt: ſi modò *Veteres* legit *Strykius*. Impingit enim
ille in principia hujus doctrinæ, quando ad * quam- 4660
libet præſcriptionem putat *poſſeſſionem* neceſſariam eſſe.

Neque enim poſitô tempore & poſitâ negligentiâ non
agentis, ponitur ſtatim poſſeſſio vel quaſi poſſesſio. Quin
& Ipſe nunquam incedere poteſt, ùt decet, in præſcriptio-
4661 ne * *actionum perſonalium* ad *Jus canonicum:* quæ qui-
4662 dem ideò procedit *eô Jure*, quamvis debitor * *ſciat*, ſe
creditori debere (& non *dicat*, nec *credat*, nec *ſtatuat* ſe
non debere,) quoniam in eâ ſpecie præſcriptionis debitor
4663 * *nil poſſidet*, quod *alterius* eſt: cui principio ſi non inſti-
terit *Auctor*, prout ignorat id principium, (imò falſum &
ineptum, quô ſubvertitur vera doctrina, ſomniat,) haud
unquam ſuper præſcriptione *actionum perſonalium*, quæ
*quotidiani* quid eſt, pronunciare ſecundùm jura poterit.
4664 Planè ſi * *fateatur* debitor, ſe mihi debere, non ideò non
poteſt præſcribere, quia h. m. non poſſidet; ſed quoniam
eſt in *malâ fide poſitivâ*, æquè ùt fidem illam malam po-
ſitivam habet, ſi à me *interpellatus* fuerit: hinc *ſolùm*
*ob m. f* præſcribere non poteſt.

DE SORTE NON INTERPELLARIT.] Satis eſt
4665 * *interpellationis*, ſeu ut debitor in *poſitivâ m. f.* colloca-
tus eſſe putetur, ſi *accesſionem* ſortis *ſolvat*. Igitur *h. l.*
ubi de poſſesſione ineptè quæritur, exemplum illud ad
4666 *quaſi* * *poſſesſionem* aliquam referri non poteſt.

IN SOCIETATE FUERINT.] Diverſum hoc eſt
4667 penitùs: cùm in * *ſocietate* ſint *poſſesſiones rerum*; ùt ſunt
4668 dominia pro indiviſo poſſeſſa. Hinc quòusque pro * in-
diviſô poſſidentur, non poſſunt pro diviſo uſucapi. Etiam-
4669 ſi de cœtero * lucra non communicentur, ne quidem 30.
vel 40. annorum. Secùs ſi à diviſione jam factâ, intrà
30. annos, de præſtationibus ex communione, vel ſocie-
tate, actum non fuerit.

REVE-

REVERA NASCI.] Imò & hoc eſt reverà naſci,
quando * *re ipſá* naſcitur, quod fit protinùs * *ab initâ* 4670 4671
*communione*, ùt & *ſocietate*; tantùm * quòd differri queat, 4672
ut non detur vel in judicium deducatur actio, niſi vel fi-
nitâ ſocietate, vel * durante eâ, ſi ob unum alterumvè 4673
articulum id expedire videatur. *l. 65. §. 15. pro ſoc. l. 52.*
*§. 8. l. 74. eod.* An igitur hæc actio nondum * *nata* eſt? 4674
quâ enim ratione * *dari* poteſt? & annon * *cum effectu* 4675 4676
datur actio pro ſocio dictis caſibus? Quid igitur poſſent
deduci illa * exempla ad axioma 1. 4677

AXIOMA VI.

QVOTIES.] Minùs congruè: cùm poſſet quis ex
Juvenibus exiſtimare in unô præſcribente * *toties* bonam 4678
fidem deficere, & tamen vel *ſemel* eam deficere ſatis
ſit.

ET SIC ETIAM ACTIONUM.] *Perſonalium* di-
cere volebat. Nam & in * *rerum* præſcriptione præſcri- 4679
bitur *actionibus*. Et tamen * *d. c. fin. de præſcriptione* 4680
actionum perſonalium, in quibus *nil poſſidet* ab aliô præ-
ſcripturus, non agit; velut in mutuô. Nam * *ſua* eſt *pe-* 4681
*cunia*, quam mutuò accepit & conſumſit *debitor*. v. *d. cap.*
ibi: Oportet, ut qui præſcribit, in nullâ temporis parte
*rei* habeat *conſcientiam alienæ*.

ATTENDAT.] Ubinam verò *Auctor* habet quaſi
poſſesſionis ſuæ inventum?

BONAM FIDEM NULLIBI EXIGAT.] Nec ta-
men *malam fidem poſitivam* admittat. Neque enim * *ſcien-* 4682
*tia debiti* inducit malam fidem, quæ præſcriptionem actio-
nis

nis perſonalis, de quâ diximus, impediat; ſive *Civili* ſive *Canonicô* Jure.
4683 IN PRAXI RECEPTA EST.] Imò recepta eſt * in ſenſu jam memoratô, qui & verus eſt intellectus *capi-*
4684 *tuli.* Add. *Franzk. 3. Reſol. 13.* Neque etiam eſt * *generalis* diſpoſitio *capituli*, niſi quoad uſurpationes *rei vel juris alieni*, & quòd *nullâ temporis parte*, (ſecùs ac in *Jure Civili*,) mala fides intervenire, & procedere cum eâ præſcriptio, debeat.
NON VIDEO RATIONEM.] Jam videbit. Et multa nunc videt *Strykius*, quæ non vidit, nec videre potuit. Multa etiam non videbit impoſterùm, quæ nec videre poteſt, & vident alii.
4685 JURE CIVILI.] An ergò ſecùs * J. *Canonicô?* Nil
4686 enim diverſum * probat *Vasquius*.
4687 RES MEA IN GENERE.] Elegans * ratio! modò *Salmaſius* opem *Strykii* imploràſſet, quando ſententiam ſuam, quòd in mutuô dominium non tranſeat, exploſam
4688 à *JCtis*, defendere non potuit. Sanè * quod *alienatum* eſt, *l. pen. d. reb. cred.* illud per hoc *alienum* redditum eſſe neceſſe eſt. *add. l. 1. §. 2. l. 53. d. condict. indeb.* Plus
4689 urget pro *Auctore* * *l. 44. d. condict. indeb.* ubi creditor, cui ſolvitur, *ſuum* recipit; quàm *ex.* quem ille citat. *l. 213. § 1. d. V. S.* Nimirum hi *textûs* reſpiciunt *genus*, quod
4690 volebat *Auctor*, & * *ſuum* dicitur *d. l.* quod debitoris red-
4691 ditum eſt. Quanquam & *æs alienum* accipitur pro * *debito*, ùt æs alienum *tuum*; æs alienum *meum*. add. *Wiſenbach. in Diatr. d. Mutuo, Diſp. 2. th. 16. & Diſp. 3. th 7. cum vindiciis*, item *Fabrotum, Taborem* &, qui *pro Fabroto* ſcripſit, *Guilb. Gœſium*; tum & *Cyprianum Regneri*, qui pro ſuô Præceptore *P. Cunæo*, primò cum *Salmaſiô* collocutore,

cutore, pugnavit. *L. 1. d. Juſt. LL. Rom. c. 19.* Neque verò agitur de *præſcribendo* * *genere*; quod quidem non alienatur, ſed per Jus actionis ſuſtentatur: quô ſanè peremtô 4692
& ipſum * genus expirat. *Speciem* verò conſumſit creditoris 4693
voluntate, quæ & * ipſius debitoris ſemel reddita eſt. Itaque de * *ſpeciei* uſucapione quæri non poteſt? Atque cùm 4694
ſolùm quæſtio ſit de *Jure* * *actionis*, non de *re* ullâ, quæ 4695
poſſidetur à præſcribente, & noſtra eſt: non apparet, cur Juri actionis non debeat poſſe præſcribi, vel ob *ſolam negligentiam* agere ceſſantis; nec non ut litium finis & certitudo actionum ſit. Equidem ubi * *bonæ* vel *malæ fidei* 4696
poſitivæ ratio haberi debet in præſcriptionibus, ibi eam *ad poſſeſſionem referri* oportet; atque hinc præſcindit præſcriptio perſonalium actionum, ubi nullam * *rem* tenet 4697
præſcripturus, ab eô contra quem præſcribit, ùt à poſſesſione, ſic etiam à malâ & bonâ fide: ideòque ſicut * *rerum* præſcriptio in favore præſcribentis maximè fundatur, 4698
ac propterea in eô poſſesſionem & qualitates ejus, ſaltim initiò acquiſitionis, *Jure Civili*, ſed *Jure Can.* totô tempore currente, deſiderat: ita liberatio ab obligatione in 4699
odiô * *negligentiæ* ejus verſatur, qui & poterat exigere debitum, conſcius videlicet ſui debitoris, & debebat; adeò 4700
ut præſcribens debitor, etiam ſciens ſe debuiſſe, * *in conſcientiâ* utique tutus ſit: quippe quòd & prorogationem 4701
ſibi indultam, & tandem penitùs dimiſſum ſe, credere potuerit: *v. l. 28. d. V. S. & l. 18. Mandat.* indeque completâ præſcriptione *jus quæſitum* debitori creditor, ſuâ nempe creditoris, voluntate, eripere non poſſit. Quin & potisſimùm tollitur actio annitente *Jure*, ut ampliùs agi adverſus debitorem nequeat.

STUDIO DIFFERT.] Et verò actor ſtudiô age-

4702 re * negligit, & ne quidem reum interpellat; maximâ in
publicum negligentiâ, quam meritò lex coërceat. Nec
tam favet lex *præſcribenti*, quàm punit *negligentem credi-*
4703 *torem;* quamvis meritò favor * liberationis juxtà atten-
di poſſit.

4704 LUCRARI QVEAT.] Et quidni lucretur, cum *
culpâ agere ceſſantis. Id enim debitori pœnæ debet cre-
4705 ditor. Et niſi præſcribens quid * lucraretur, omnem tol-
li oporteret etiam *rerum* præſcriptionem, nullâ exceptâ;
quippe quòd in qualibet præſcribens quid *lucretur*. Lu-
4706 crum verò, quod quis * *Lege adjiciente* conſequitur, ac-
4707 quirenti non invidendum eſt. Et quod quis *culpâ* ſuâ *
*damnum* ſentit, non ſentire intelligitur. *l. 203. d. R. J. l. 173.*
*eod.* it. *l. 145.* ubi *ſcienti* & *conſentienti* nulla fit injuria.
4708 Ut verò quis malâ fide * ædes alienas, quibus poſſesſione
incumbit, uſucapere velit: ratio uſucapionis, & quod *rem*
4709 alienam ſciens *teneat* alter, non patitur. Et tamen * ſi
*Lege Civili* etiam hoc diſpoſitum eſſet, ut ſola negligentia
Domini uſucapionem producere poſſet: nil ſanè iniqui
4710 in eô poſſet argui. Eſt enim Lex Civilis * *Domina rerum*,
& in *publicam utilitatem* de rebus privatorum ſtatuere
poteſt; ut poſtquam hæ addictæ ſunt uni vel alteri, non
ampliùs pro alienis haberi debeant.

4711 COLER.] Sed non legit * *Colerum Strykius:* nam
ſi de *Jure Communi* loquamur, Ille penitus procedere
putat præſcriptionem, juxtà *Jus Civile;* ſpretô, ùt incedit
4712 ipſe, *capitulô fin. d. Præſcript.* Tantùm de Jure * *Statuta-*
*riô* putat, b. f. requiri; quæ tamen præſumenda ſit, donec
liquidò mala fides probetur. Quòd verò *mala fides* non
4713 conſiſtat * *in ſcientia debiti*, illud *Colerus*, quanquam nil
tale cogitans, atque hinc in nube concluſionum, cùm bre-
viùs

viùs unô hôc principiô defungi potuiſſet, per totam *com-*
*mentationem* deducit; quando ſpecies enumerat plurimas,
ubi *ipsô J. Canonicô* præſcriptio cum illâ ſcientiâ proce-
dit, etiam brevioris, quàm longisſimi temporis. Et ſanè
quisquis in eô genere præſcriptionis ſcientiam debiti ad
excludendam præſcriptionem facere opinatur: eum opor-
tet ut omnes actiones perſonales, etiam brevioris tempo-
ris, non modò ad 30. annos, ſed * ad æternitatem, per- 4714
ducat: quod ſi non *juris* rationi, ſanè quotidiano * *Fori* 4715
uſui (qui tamen jure nititur,) evidentisſimè obluctatur.
Nec enim ampliùs querelæ * inofficioſi teſtamenti, non 4716
redhibitoriæ, non ſeparationi bonorum & infinitis aliis
præſcribetur, non *fatalibus* ipſis, ſive appellationis ſive
aliis, non reſtitutionibus læſi minoris, & aliorum. Ex
quibus facilè reſpondetur *diſſentientibus:* neque etiam
* *Judicia* bene inſtructa aliter pronunciant; quæque Ju- 4717
dicia malam fidem impedire præſcriptionem rectè atten-
dunt, illa non poſſunt, ſalvâ ratione juris, aliam *malam*
*fidem,* quam *poſitivam*, intellexiſſe.

CUM SCIAT SE ESSE MEUM DEBITOREM.]
Hæc nuda * *ſcientia* in debitore, ùt dixi, non inducit malam 4718
fidem, quæ hoc genus præſcriptionis actionum perſonalium
excludat. Quin potiùs *Strykio* cognita non eſt doctrina bo- 4719
næ & malæ fidei, ùt in articulo præſcriptionum ſe habet.

PRÆSUMENDAM.] Qui *Carpzovium* ſequuntur,
illi omnes in ipſo etiam debitore, tantô temporis ſpatiô,
* *præſumunt bonam fidem* & perſuaſionem, quòd ille pro 4720
extinctô debitum habere posſit. Cur enim aliàs injun-
gerent actori * *probationem* malæ fidei? Ergò hìc * rece- 4721
dit *Auctor* à tramite *communi;* quem tamen antea iniit. 4722
Qui verò malam fidem * *poſitivam* deſiderant: illi non 4723

reſpiciunt ſcientiam debiti in debitore. Unde etiam ad-
4724 mittunt debitorem, qui manum & ſigillum ſuum * *reco-
gnoſcit*, ut exceptionem præſcriptionis efficaciter opponere
actori poſſit, niſi hic malam fidem *poſitivam*, quæ ſc. negli-
gentiam ejus excludit, probaverit.

4725 DE ALIENO] At verò * ſi vel maximè in bonâ
fide fuerit *hæres*, an ipſum juvabit tempus præſcriptionis,
4726 quod exegit *defunctus?* Sanè cùm ne quidem * *ex ſuâ
perſonâ* uſucapionem inchoare poſſit hæres, (nam *Auctor*
4727 & * poſſesſionem & bonam fidem in præſcriptione perſo-
nalium actionum, ùt in *rerum* uſucapionibus, inſcitè exi-
git,) non poterit utique defuncti tempora computare.
4728 Hôc pactô habebimus bene * excogitatam doctrinam *Stry-
kii*, quòd *nullum ampliùs creditum præſcribi poſſit:* dum
4729 non poteſt præſcribere * *debitor*, quippe quem *ſcientia*
4730 abinde excludit; nec poteſt præſcribere * *hæres* ejus, (nam
ſingularis ſuccesſio hîc non ità datur,) quippe quoad bo-
nam fidem ipſum repræſentans, *l. 1. d. div. & temp.
præſcr. l. 4. §. 15. l. 10. d. Uſuc. l. 11. C. d. aqu. & amitt. poſſ.* nec
4731 * *hæredis hæres*, & ſic deinceps. *l. 194. d. R. J.* Imò conci-
4732 det etiam præſcriptio * *immemorialis*, ſi eam ad principia
*Strykiana*, tam bene compoſita, expenderis. Quòd ſi verò
(τὸ μικρὸν παραβῆναι τῆς ἀληθείας ἀφισταμένοις,) *modica trans-
greſſio à veritate diſcedentibus fit longè decies millies ma-
jor;* ùt *Ariſtoteles L. d. Cœlo, c. 5 §. 33.* malum reprobæ
doctrinæ cum *minimô Mathematicô* comparat: quanta
non putaveris tu mala in rem publicam, ex apparatu tot
ac tantorum errorum ſuccreſcere poſſe?

4733 CONDUCTORE.] Ineptit *Auctor*, quando * exem-
plum *Conductoris* huc trahit. Quis enim aſſeruit unquam,
4734 poſſe conductorem * *præſcribere?* Proinde abſurdum
fuerit,

fuerit, ſi quis in eò quærere vellet * de *bonâ* vel *malâ fide*. 4735
* Detinet enim rem locatam conductor, & hinc *Civili* 4736
*Jure* ne quidem præſcribere poteſt, quòusque cauſam de-
tentionis fatetur; non * quia in bonâ fide non eſt, ſed 4737
quia *non poſſidet*, aut quia is tantùm præſcribit, qui * *ſibi* 4738
*posſidet*, non qui alii; quam unam rationem asſignant
Impp. in *d. l. 2. C. d. præſcr. 30. vel 40. ann.*

IN EMPHYTEUTA.] Sed nec hoc * ſimile eſt præ- 4739
ſcriptioni mutui v. c. Nam & Emphyteuta * rem verè 4740
*poſſidet*; cùm conductor ſolùm * *detineat*. Neuter tamen 4741
poſſidet ad effectum præſcriptionis: ſiquidem *Emphyteuta*
poſſidet * *cum conſcientiâ rei alienæ*, adeòque ſolùm natu- 4742
raliter; cùm tamen ad præſcribendum ſola * *civilis* poſſes- 4743
ſio ſufficiat. Quæ ſi non adfuerit, fruſtrà * de *bonâ* vel 4744
*malâ fide* quæritur: quippe quòd *creditor* non posſideat in-
juſtè (nec tamen * *bonâ fide* propriè,) & nihilominùs pignus 4745
uſucapere non posſit: *emphyteuta* etiam * *non injuſtè* pos- 4746
ſideat, (nec enim protinùs eſt injuſta poſſesſio, quando
poſſideo rem, quam alienam eſſe ſcio,) nec tamen dici
queat poſſeſſor vel * *bonæ* vel *malæ fidei*. An ergò ad- 4747
huc * ſimile eſt hoc exemplum emphyteutæ debitori, qui 4748
mutuum præſcribit? cùm Emphyteuta poſſideat naturali-
ter, poſſideat rem, habeat conſcientiam rei alienæ; nec
tamen præſcribat. Debitor * verò *non posſideat*, nec *rem* 4749
poſſideat, nec conſcientiam habeat * *rei alienæ*; ſed ſolùm 4750
*ſciat*, ſe *obligatum* ad * genus reſtituendum creditori, in 4751
quod nulla cadit * poſſesſio, & ſic multò minùs * bona 4752
vel mala fides. 4753

PRODESSE NON POTEST.] Imò quòd ipſi * pro- 4754 4755
deſſe poſſit, *omnes* affirmant *Doctores*, nec immeritò: & 4756
ſic quoque in * *Forô* ſervatur. Nam ita habet * poſſes-

ſionem veram & civilem, eò quòd accedente longisſimò abinde tempore non poſſit non præſumi in bonâ fide eſſe; donec contrarium probetur. v. *l. 2. l. 7. §. f. C. d. præſcr. 30. vel 40. ann.* Carpz. *2. Conſt. 3. Def. 17.* Lauterb. *ad tit. ſi ager vect.* §. *8. n. 3.* Bocer. *Cl. 2. Diſp. 14. th. 42.*
4757 Richter. *3. Dec. 143. n. 1.* Idemque non minùs *in * Feudô*
4758 præſcribendô obtinet. Sic igitur gratis *Strykius*,* omni
4759 textu & ratione deſtitutus, imò * & textibus & rationibus repulſus, ſimpliciter negat, unquam poſſe emphyteutam aut Vaſallum præſcribere. Quod aſſertum ſatis ventoſum eſt.

4760 BONÆ FIDEI.] An ergò non facit *mentionem bonæ fidei, quando in *II. F. 87. x.* diſertè habet: quòd *mala fides præſcriptionem impediat?* An unquam fingi jus
4761 poteſt aliquod, vel * *Canonicum* vel *Feudale*, quod admittat, procedere poſſe rei præſcriptionem, quam præſcripturus *malâ fide poſſidere cœpit?* aut cujus, quòd aliena ſit, ſcientiam *mediò tempore* adeptus eſt?

IN PRAXI JUS CAN.] Jam verò dictum eſt, etiam
4762 * *Jus Feudale* idem requirere: quid ergò neceſſe eſt, ad
4763 Jus *Canonicum* recurrere? imò ne quidem recurri * deberet, ſi diverſum in *Feudis ſecularibus* Jus Feudale ſtatueret.

CONDICTIONEM FURTIVAM.] Quod omninò admittendum eſt, quoniam ſic *rem* tenuit alienam fur,& in perpetuâ *morâ* eſt, ut etiam ad hæredem tranſeat actio,
4764 nec præſcribi poſſit, *Canonicô Jure.* Sed hoc * exemplum huc non pertinet.

POENAM CONTINEAT.] Cur verò, ſi fur debet
4765 pœnam,& ſecundùm *Auctorem* Dominus eſt * in quaſi poſſesſione exigendi, & reus in quaſi poſſesſione (neſcio

an debendi, an non debendi, quæ magna & incompre-
henſibilis *Strykii* ſubtilitas eſt,) imò * præſcribendi; (opor- 4766
tet enim eſſe præſcripturum, non in poſſesſione rei præ-
ſcribendæ, ſed *in poſſesſione præſcribendi;* quod novum
eſt inventum!) & in peſſimâ eſt fide, conſcientiâ ſatis ad-
monitus: cur, inquam, *Strykius* hîc, ubi omnibus ſuis prin-
cipiis, in hoc * exemplô ſeu fallentiâ ſuâ, excidit, *à pœnâ* 4767
tutum eſſe furem putat * *præſcriptione?* Ego verò non 4768
putem multis fabulis opus eſſe, poſtquam *Jure Civili*
etiam * fur ipſe poſt triginta annos ratione *rei* tutus eſt, 4769
& Jure * *Canonicô* rem tenet, quam *alienam* ſcit, cum quâ
ſcientiâ & rei detentione eô jure non procedit præſcri
ptio: * *pœna* verò non eſt *ſua*, reſpectu Domini vel rei- 4770
publicæ, ſed *debita;* ſi modò propriè pœnæ Reipublicæ
debentur: indeque poſt tanta ſpatia pro remiſsâ & ſepul-
tâ haberi poteſt; cùm ſuô modô odioſa ſit, nec expediat,
poſt decurſum longisſimi temporis in crimina inquirere
velle, & in pœnas ferri; quibus is, qui eas non petit, non
fit pauperior.

AD ALIAS ACTIONES] Et quidni ad alias, quæ
eï * ſimiles ſunt, idem jus pertineret? 4771

ANTEQVAM PETITA] Hoc verò ſatis frigidum
eſt. Scilicet * Domino vel ei, cui res furto ablata fuit, 4772
ſtatim *competit* furti pœnalis *actio;* & tamen non *debe-
tur* ei *pœna*, niſi à tempore, quô petita eſt. Et * ſi non pe- 4773
tatur intrà 30 annos, non debita fuit? Et * præſcribi ergò 4774
poteſt *debitum*, quod *non debitum* fuit? Et * non ſufficit 4775
petitum quid eſſe, ut *debeatur*, niſi *judicatum* fuerit? Pro-
inde * non poteſt etiam hæres, ſi antequam *judicatum* 4776
fuerit, Dominus ſeu actor deceſſerit, in exigendâ pœnâ
*reaſſumere* judicium: quia nil debitum fuit defuncto? De-
ſino

ſino plurium ineptiarum, quæ inde argui poſſunt. Et ta-
men cùm *conſcientiam* attingat, an itaque fur non tene-
4777 tur * in conſcientiâ, priusquam ab eô pœna petita fuerit?
4778 Ergò * non deliquit: nam * rei reſtitutione non lueret
4779 delictum; nec illa ad delictum pertinet.

4780 OFFERRE TENETUR.] Aliud * eſt, in conſcien-
tiâ ad pœnam non teneri: & non teneri ad hoc, ut ſe quis
ad illam ſubeundam offerat.

4781 IN BONA FIDE.] Imò * in peſſimâ fide eſt. Ad
4782 præſcribendum verò, ubi * ad poſſeſſionem, ùt hìc, non
4783 reſpicitur, etiam ut de * bonâ vel malâ fide quæratur, in-
ſipidum & non juridicum eſt.

4784 MUNITUM ESSE.] At verò * non indiget præ-
ſcriptione hæres aliâ, quàm ſi ab initiô, quô ſolvi poteſt,
anni 30. decurrerint: juxta ea, quæ nos *ſuperiùs* diximus.
Aſt ex *Auctoris* principiis illegalibus oppoſitio jam dicta,
ſed abſona tamen, locum omninò inveniet. Nam falſi-
tas falſitatem trahit.

4785 POSSESSIO ] Quòd ſi * verô id, quod mihi debe-
tur, æs alienum eſt, idque apud debitorem, quomodo
poteſt hæres id lucrari cum damno meo? Idque ex prin-
4786 cipiis *Auctoris pap. 327.* Proinde cùm hæres teneat * rem
meam ex principiis *Strykianis;* (Tenet enim totam uni-
4787 verſitatem:) & in * malam fidem anteceſſoris ſuccedat:
quod fatetur *Auctor*, quoties rem à defunctô conſequitur:
non poteſt aliud inferri, quàm abſurda illa ſententia, quam
*Strykius* ſibi objicit; nec tamen eam amoliri valet. Inde-
4788 que ſtatuit ille: *Hodiè * nunquam poſſe ullam actionem*
4789 *perſonalem præſcribi.* Quin imò ut præſcribat hæres, * ne-
ceſſe eſt, ut *credat, dicat*, vel factô *ſtatuat*, ſe non debe-
re? (nam ita *Auctor*, in *axiomate* ſuô *quintô*, hanc, quam
vocat

vocat, *quaſi poſſesſionem aliquam*, in præſcriptione
neceſſariam eſſe tradit.) Quomodo autem * ignorans 4790
poteſt credere, ſe non debere? & ſi nihilominùs ipſum
credere dicas, hæc non eſt poſſesſio, ſed eſt *fides*: ſi verò
dicat vel ſtatuat ſe non debere, * ſubvertit poſſesſionem, 4791
juxta *Auctoris* ſententiam, creditori. Et ſic * malæ fidei 4792
(ob defuncti conſcientiam,) eſt poſſeſſor, ſecundùm ipſa
principia *Strykiana*. At verò ubi mala fides eſt cum poſſeſ-
ſione, (juxta *Strykii* ſomnia: aliàs enim * *poſſesſio nulla* 4793
eſt in *præſcribente actionem perſonalem*:) ibi non eſt præ-
ſcriptio. Quæ concluſio falſa eſt; ùt * *Ipſe fatetur.* 4794

VITIA POSSESSIONIS] Cùm verò * nullum ſit 4795
*vitium* poſſesſionis, quando vel *furtò* vel *vi* res quædam
à defuncto non tenetur. Mala fides autem per ſe rem
vitiô non afficit; neque enim quod defunctus *non furti-
vè* contrectavit, illud vitiô afficitur: indeque in hærede 4796
non ideò præſcriptio impeditur, quòd defunctus rem
quampiam *vitiò* affectam poſſedit vel detinuit; ſed quòd
circà eam habuerit *malam fidem*, vel penitùs eam non poſ-
ſederit. Hinc ſatis colligitur, in * hærede nunquam lo- 4797
cum habere poſſe doctrinam *Strykii*, quòd ille rem ob vi-
tium affectam præſcribere non poſſit; niſi in re *furtivâ*
vel *vi* poſſeſsâ, & quidem eò quòd *vitioſa* ſit. Inde ſe-
quitur, * toties in hærede non aliud impedire præſcriptio- 4798
nem, quàm ſolam malam fidem defuncti ſ. conſcientiam
ſimplicem rei alienæ, quoties in hæredem tranſit res abſ-
que vitio furti vel violentiæ. Non ergò poteſt non ſequi,
quòd dum * in mutuô ad hæredem res (ex *Auctoris* ſen 4799
tentiâ,) tranſit ſinè vitio furti à defunctô, neceſſariò hæ-
redem oporteat adverſus creditorem præſcribere poſſe:
quod ille negavit. Et ſic propriis principiis jugulatur.

 Sequi-

4800 Sequitur porrò ex *Strykii* ſententiâ: Quandocunque * res
tranſit ſinè vitiò ad hæredem: tunc ille poteſt præſcribe-
re actioni ad illam rem competenti; modò ipſe in bonâ
fide fuerit. Atqui res mobilis quædam, item immobilis,
quam defunctus ex locatione conductione vel aliter te-
nuit, cum conſcientiâ rei alienæ, nec tamen animô fu-
randi, nec etiam violenter, eò quòd ex locatô eam tenuit,
tranſit ad hæredem ſinè vitiò. Ergò is rem eam poteſt
4801 præſcribere? Id * quod adverſum eſt *Juri* & *Civili* &
*Canonico*: eô ipsô, quòd quidem hæres in vitium aliquod
4802 defuncti non ſuccedat: attamen ſuccedat in * malam
4803 fidem. Quæ licèt * perſonalis ſit, eô ipsô tamen, quia
*in perſonam defuncti* ſuccedit hæres: adeò etiam, quoad
4804 iſtam, *repræſentat* perſonam defuncti, ut * ne quidem ex
ſuâ perſonâ præſcriptionem inchoare poſſit. Atque hoc
4805 *omnes Dd.* in actionibus * perſonalibus non minùs, atque
realibus, locum habere oportere largiuntur. An igitur
4806 * adhuc poteſt hæres præſcribere mutuum, ex *Strykii* ſen-
4807 tentiâ, ſi defunctus non potuit? An adhuc * hæres poteſt
ex ſuâ perſonâ inchoare, in quo neceſſitate Juris defun-
4808 ctum repræſentat? An adhuc * datur vitium aliquod, quod
4809 penes defunctum fuit, ſive ſit reale, ſive (ùt * malam fidem
appellare licet, quæ tamen nil ad rem vel rei poſſeſſio-
nem, ùt *Auctor* imperitè putat,) perſonale, quod ad hære-
4810 dem non tranſeat? An adhuc * hæres non repræſentat am-
pliùs defunctum in his & ſimilibus, quæ ad perſonam de-
functi pertinuêre, nec perſonaliſſima ſunt? An adhuc
4811 * ignorantia hæredis facit, ut illi nil noceat mala fides de-
functi, contrà plùs quàm notiſſima principia uſucapionis?
4812 Anne etiam * mala fides non poſſet probari hæredi ad im-
pediendum ejus præſcriptionem; poſitiva ſcilicet, (ex no-
ſtrâ

ſtrâ ſententiâ,) niſi cùm ille interpellatus fuiſſet? Anne
eſt * vitium poſſeſſionis an perſonæ, mala fides? quod *Ille* 4813
poſſeſſionis imperitè eſſe putat. Anne * *Lex*, quam citat, 4814
*11. C. d. acquir. & retin. poſſeſſ.* loquitur de conſcientiâ rei
alienæ ſ. malâ fide: annon potiùs de furtô aut invaſione?
Anne * poteſt dici, in culpâ eſſe defunctus, qui rem com- 4815
modatam v. c. quam ſcit alienam, (& ſic malam fidem
haberet,) abſque vitio furti tenet, ùt in *d. l. 11. C.* habetur?
& an * hoc eſt vitium poſſeſſionis? de quo *textus* loqui- 4816
tur: nam fur & invaſor utique poſſident, & vitium eo- 4817
rum eſt poſſeſſionis; ſed tale non eſt ſimpliciter * mala 4818
fides. Anne * quòd hæres repræſentet perſonam defun- 4819
cti, adeò fictum eſt, ut hîc non habendum ſit, & aliàs ad
effectum juris, pro veritate? En quot abſurda abſurdiſſi-
ma! ô miſerabilem juriſprudentiam, quæ hôc cerebrô
volvitur!

## AXIOMA VII.

ET IN HAC.] Sed in præſcriptionibus * actionum 4820
*perſonalium*, ubi res creditoris apud debitorem non eſt,
adhuc ſequimur *Jus civile*.

NOTITIAM.] Quaſi non habeat * notitiam crediti, 4821
etiam antè quàm interpellatus fuerit. At verò *notitia*
non impedit præſcriptionem. *Interpellatio* verò * ideò 4822
impedit, quoniam *malam fidem* inducit, quam *poſitivam*
vocant.

NISI ACCESSERIT CITATIO.] Hoc verum eſt,
ſi non ante citationem interpellatus fuerit reus. Nam * 4823
*Jure Canonico* quælibet interpellatio, quæ malam fidem
inducit, effectum interrumpendi habet. Imò in præſcriptio-

4824 nibus,quæ * negligentiam in forenſibus compeſcunt, libelli
porrectio fatalia ſalvat.

PER CITATIONEM.] Nec tamen ſi ſolùm fiat
4825 ad * cognitionem *extrajudicialem.* Carpzov. 2. *Conſt.* 7.
*def.* 5. Imò *Jure Civili* Uſucapiones & præſcriptiones lon-
gi temporis non interrumpuntur per citationem; ſed opor-
4826 tet ut * litis fiat conteſtatio.

QVORSUM SPECTAT.] At verò *Strykius* Titu-
lum illum *Cod. Quando libellus Principi oblatus &c.*, &
4827 *Textûs illius Tituli*, non intelligit. Nimirum * in *l. 1.* quam ille
citat, agitur de effectu eò litis conteſtationis, quô fit, ut
actiones hæredibus & contrà hæredes competant. An
4828 igitur ille caſus huc pertinet? cùm planè in *d. l. 1.* * de
*præſcriptione* non agatur. v. *Jac.* Gothof. *ad l. 8. C. Theo-
doſ. d. diverſ. reſcript.* Sed *in l. 2.* agitur de effectu, quô
actiones, quæ annales ſunt, perpetuæ fiunt. Cùm verò
4829 in *eâ Lege* Reſcriptum ad preces neceſſarium ſit: ideò *
4830 ſimplex oblatio Libelli illam, (non tam interruptionem, *
4831 quàm) perpetuationm actionis conficit. An * ergò ſpe-
ctat hic caſus ad illos, ubi ſola ſufficit *Libelli oblatio?* Non
4832 etiam actio * *redhibitoria* eſt annalis, ſed ſolùm ſex men-
ſium. *l. 19. §. fin. d. ædil. ed.*

AD

AD

# MEMBRUM II.

*De*

## *Præſcriptione actionum civilium, ſive in rem ſive in perſonam.*

ACtiones * *præjudiciales* omittit, ſimulac totum *Jus per-* 4833
*ſonarum* neglectui ducit.

§. I.

NON NISI XXX. ANNIS.] Non * inſpexit *Auth.* 4834
*malæ fidei. C. d. præſcript. long. temp.* Eſt enim diſtin-
guendum, an Dominus rem poſſideri à tertio illo igno-
raverit: quô caſu non niſi 30. annis procedit præſcriptio.
*d. Auth.* & *Nov. 119. c. 7.* (ſecùs atque in *l. f. C. d. tit.*
conſtitutum fuerat. Gudelin. *Lib. II. d. J. Noviſſ. c. 3.*)
an verò * ſciverit, nec contradixerit: tunc verò nihilomi- 4835
nùs præſcriptio longi temporis locum habebit. §. *4. Inſt.*
*d. Uſucap. &c.*

MALE A DD. GENERALITER.] Scilicet cogitatè
hæc *Strykius* meditatus eſt! Etenim conſtitutio * illa *Theo-* 4836
*doſii Jun.* & *Valentiniani Cæſaris* & ſic *antiqui Juris*, (quà
poſtmodùm immutata reperitur:) vel maximè quoad
actionem in rem ſpecialem ſe refert ad hoc, quod jam an-
teà obtinuit; ut cùm illa actio, puta rei vindicatio cum-
primis, ubi omnes actiones eſſent perpetuæ, ſ. nullô, ne
quidem 30. ſeu longiſſimo annorum ſpatiô, terminaren-
tur:

tur: tamen ſola illa terminum haberet 30. annorum, (in-
4838 diſtinctè,) ſive à bonæ * ſ. à malæ fidei poſſeſſore tenere-
tur: unde imperitè non tantùm *Strykius*, expers omnis
*Antiquitatis*, (quâ ſinè Interpres Juris, i. e. JCtus, per-
ſiſtere non poteſt,) diſtinctionem in illâ *Lege* collocat;
4839 verùm & ineptè eam quærit * in *Conſtitutione* illâ antiquâ
*Theodoſii* & *Valentiniani*; cùm tamen eam *Juſtinianus*
demum in *d. Auth.* introduxerit. Quòd ſi enim *rei* poterat
præſcribi 20. annis, quod per *Juſtinianum* fieri poterat in-
diſtinctè * *Jure Inſtitutionum:* multò magis & ipſi *actio-
ni* præſcribi potuit; nec quisquam eò indiguit præſcriptione
30. annorum, ex *d. l. 3. C. d. præſcr. 30. vel 40. ann.* Quòd
verò nunc 30 annis indigeamus per *d. Authenticam:* illud
4840 ſanè * non niſi cum adductâ jam diſtinctione Domini, num
ſciverit an ignoraverit, verum eſt. Planè in *d. l. 3. C.*
adh actio hypothecaria adverſus debitorem perpetua re-
linquitur; quod tamen *Juſtinianus* in *l. 7. C d. præſcr. 30.
vel 40. annor.* immutavit. Cæterùm ſi bonâ fide careat
& titulô poſſeſſor rei alienæ: non poteſt ne quidem *In-
ſtitt. Jure* præſcribere longô tempore. Aliàs verò poteſt
rem, & multò magis actionem, longô tempore præſcribe-
re; *l. 1. & ult. C. d. præſcr. long. temp.* Sed nec hoc *Jure
noviſſimô*, niſi Dominus eam posſideri ab eô ſciverit Se-
cùs, & rem & actionem præſcribit 30. annis: cùm malæ
4841 fidei poſſeſſor *Civ. Jure* actionem quidem, ſed non * rem,
præſcribat tempore longisſimô.

4842 UT VOLUNT.] Quinam * verò ſunt, qui id vo-
lunt? cùm certô certius ſit, nil quicquam, quod abſolutè
4843 alienari non poteſt, (ùt eſt res ſacra,) ullô * unquam tem-
4844 pore ſub præſcriptionem cadere poſſe. *l. 28. pr. d. V. S.* Sunt-
que * res ſacræ extrà omne humanum commercium.

TACI-

TACITE.] Et tamen * in *Auth. Quas actiones. C. d. SS. Eccl.* diſertè habetur: *ſi loco religioſo competant.* nullâ factâ *Civitatum* mentione. Hinc non eſt inducen- 4845
da tacita * correctio; imò poteſt civitas in his * magis eſſe 4846 4847
privilegiata, quàm *Eccleſia*. Quæ ſententia, quòd contrà
Civitatem *Jure Civili*, quô & * aliàs Civitatis jura ad vi- 4848
tam longisſimam hominis exiguntur, v. *l. 56. d. Uſufr.*
*l. 21. quib. mod. Uſusfr. vel uſus amitt.* (quale quid * de 4849
*Eccleſiâ* in antiquô Jure non legitur; ceu * nec Eccleſia 4850
talis eſt univerſitas,) non niſi *centenaria* præſcriptio locum
habeat, *juxta l. 23.* nullibi immutatam, * verior eſt. Ubi 4851
verò *ſtatuta* alia habentur: ibi ea meritò ſequimur.

JUXTA POSTERIOREM OPINIONEM.] Jam * 4852
rurſus geminas Thebas videt *Strykius*. Nec enim elige-
re poteſt ſententiam, quam tueri audeat. Imò dum verio-
rem putat alteram, * (eſt autem nulla, quæ ſemivera eſt, ſen- 4853
tentia,) ùt ſolet in tantâ κακεξίᾳ ſtudiorum ſuorum, de-
cipitur.

AMPLIATIO.] Bœoticâ methodô? Et quænam * *am-* 4854
*pliatio* eſt, quando jus in re, itemque actionem realem
omnem (ùt *axioma* habet,) extendo ad ſervitutem, ùt &
hypothecam? Quænam * deinde *declaratio?* quòd opor- 4855
teat hîc adeſſe requiſita præſcriptionis: quaſi verò præ-
ſcriptio aliqua procederet ſinè requiſitis præſcriptio
nis?

PARI MODO.] Et tamen * ſervitus præſcribi etiam 4856
poteſt *adverſus Dominum*, nec * *titulô* indiget; ſive ad- 4857
verſus Dominum, ſive adverſus poſſeſſorem, præſcribam.
v. Strauch. *d. Reg. Jur. Diſſ. VII. th. 20.* Ne dicatur de
aliis.

RUSTICÆ SEU DISCONTINUÆ.] Quis verò un-
quam

4858 quam * docuit, *ruſticas* ſervitutes eſſe *diſcontinuas*, & *vi-*
4859 *ciſſim?* Nemo alius! An * enim iter eſt ſervitus per ſe
4860 diſcontinua? quia ruſtica eſt; (quin nec * ruſtica eſt, cùm
debetur urbano prædio:) an aquæ hauſtus? an ſterqui-
4861 linium, &c. & rurſus * an *urbanæ*, quà tales, ſunt *conti-*
*nuæ?* num enim non urbano prædio deberi poteſt ſervi-
tus diſcontinua? Videtur * ſanè diſcrimen non poſſe
4862 conſtituere *Strykius* inter urbanas & ruſticas ſervitutes.
Equidem plerique ſervitutes vocant *diſcontinuas*, in qui-
bus factum hominis requiritur; ùt ſunt itineris, paſcendi,
calcis coquendæ, venandi, piſcandi, ceſpitis fodiendi, &
ſim. quanquam & has pro continuis habere liceat, certô
reſpectu; niſi exercitium earum per intervalla diſtinctum
ſit. *l. fin. C. d. ſervit.* Quoad cauſam enim & poſſesſionem
omnes ſervitutes oportet eſſe *continuas* ſeu perpetuas;
quod mavult *Parladorius c. 1. rer. quotid.* §. *9. ſeqq.* quip-
pe quòd poſſesſio etiam animô retineatur: quam-
vis factum poſſesſionis ſ. exercitium non ſit continuum:
nec enim eſt continuum illud, ne quidem in Uſufructu,
*l. f. C. d. præſcript. long. temp.* Sed magis tamen etiam
ratione exercitii poſſunt continuæ dici, cùm ſemper exer-
ceri queant; quàm ſi non niſi per intervalla uti liceat ſer-
vitute: quapropter etiam in tempore computando *Leges*
adhuc reſpiciunt ad modum illum ſervituti peculiariter
quandoque præſcriptum, *l. 4.* §. *2. d. ſervit. l. 5.* §. *1. eod.*
ùt *poſteà* ſequetur. Quòd enim ideò diſcontinua dici de-
beat ſervitus, quâ ſemper uti licet, quamvis non actu ipsô
continuò eam exerceamus: illud quidem antehâc, ubi ſer-
vitutes uſucapi non poterant, attendebatur; idque idcir-
4863 cô ſinè * diſtinctione, ſive ruſticæ eſſent, ſive urbanæ:
(nam & de his idem ſentit *Paulus* in *l. 14. pr. d. ſervitut.*)
ſed

ſed nunc * *Jure ſequiori* non reſpicitur ampliùs. Simi- 4864
liter nil facit ad diſcrimen præſcriptionis; quòd (non qui-
dem aliter in urbanis, * quàm in ruſticis: quoniam in ur- 4865
banis etiam datur uſus discontinuus. *l. 28. d. S. P. U. l. 6.*
*eod. junct. l. 18. §. f. quemadm. ſervit. amitt. l. 23. d. S. P. U.*
*l. 10. d. S. P. R. &c.* ſed) tunc quando factum hominis ad
exercendam ſervitutem intervenit, illa discontinua ſit:
nam & hoc ipſum diſcrimen * aliquod, ùt non rat. temporis 4866
ad præſcriptionem requiſiti, ita nec aliàs inducit; quippe
quòd cùm exercere ſervitutem continuò liceat, idque me-
ri facti ſit: nil posſit momenti ad præſcriptionis immuta-
tionem conferre. Unde nec diſtinguit * eò intuitu *l. ult.* 4867
*C. d. præſcr. long. temp.* Atque ſatis patet, quantumvis ita
ſervitutes diſtingui poſſint; tamen illam diſtinctionem
in continuas & discontinuas eò non vergere, ut aliud in
*præſcriptione* dici debeat de his, aliud de illis. Sed unicè,
quando reſtricta eſt ſervitus jure conventionis, vel aliter,
ad menſes aut annos certos, (id quod *ad modum* pertinet,)
quoad tempus præſcribendi inter præſentes, ſervitutem tali-
ter modificatam tempus duplicatum exigere.

IMMEMORIALI DEMUM TEMPORE.] Ne verò
quem nomina * *Auctorum* terreant, quos ille citat; & ori- 4868
go, unde error * iſte, quem & hìc lambit *Strykius*, proces- 4869
ſerit, denudetur: in hoc etiam ignaviori diſciplinæ ſuc-
curramus. Equidem *Legibus XII. Tabul.* Servitus nulla
uſucapi poterat, quia non poterat poſſideri. Poſteà *JCto-*
*rum* interpretatione diſcrimen introductum fuiſſe aliqui
opinantur, (v. Bachov. *vol. 1. ad Tr. D. 17. th. 18.* & *vol. 2.*
*D. 22. th. 2. f.*) ut (urbanas ſolùm, vel potiùs) eas, quæ
factum hominis ad exercitium ſui non deſiderant, ad
exemplum rerum corporalium, uſucapere liceret: reliquæ

verò nihilominùs longô tempore acquirerentur. Indeque uſucapionem urbanarum ſolùm deinceps ſublatam fuiſſe per *L. Scriboniam.* Sed verius eſt, ſicuti *Jctorum* interpretatione nullò diſcrimine invaluerat Servitutum uſucapio, adinſtar rerum corporalium; indeque (non ſolùm ſervitutum urbanarum, ſed & ruſticarum, vel potiùs) tam earum, quæ citrà factum hominis exercentur, quàm cæterarum. Ita etiam *Lege Scriboniâ* utriusque generis uſucapionem ſublatam fuiſſe: v. *l. 4. §. f. d. Uſuc.* Nam *Lex Scri-*
4870 *bonia* non modò indiſtinctè loquitur: * & *Rævardus lib. ſingul. de L. Scriboniâ;* verùm etiam diſertè *Paulus l. 14.* utriusque generis, & ſic omnes ſervitutes, ad idem redigit. Et quidni etiam ſervitutes, quæ factum hominis requirunt, ſimiles cenſendæ forent, in perpetuitate cauſæ & poſſesſionis, cæteris: ſicut diximus nil momenti facere ad diſcrimen juris præſcribendi, quod de exercitiô non continuô in aliquibus occurrit; eô ipsô, quô in arbitrio eſt ſervitutem obtinentis, an & quando ſ. quoties jure ſuô uti velit. Intereà *Paulus* in *d. l. 14.* obliteratis, & dehinc ſpretis noviori Jure, rationibus utitur; puta quòd ſervitus omnis ſit res incorporalis, (indeque uſucapi, in quô tantùm nomine ludebatur, non potuerit:) quæque non habeat continuam poſſesſionem, quia nemo tam continenter ire poſſit; (vel etiam uti ſervitute, quæ non requirit factum hominis, ùt deinde de urbanis ſimile tradit, quòd urbanis prædiis plerumque tales conſtituantur; & quæ tales ſunt, eas ob uſum frequentiorem urbanas liceat appellare,) quin per dominum proprietatis interpellari *videatur:* (cùm tamen cauſa & poſſesſio *reverà* ſint continuæ, nec Domminus ſervitute utatur, quando cauſam dominii in ſuô, v. c. eundô, agendô, &c. exercet.) Adeò ut præ-
ſcriptio-

ſcriptionem non impedire potuerit ratio Juris ſolidior; ſed ſolùm *Lex Scribonia* & *Uſus Majorum.* Hinc factum eſt, ut adverſus *Legem* hanc *Civilem publicam* valere nil poſſet, niſi uſus immemorialis; ſicut in aliis quoque rebus incorporalibus; v. *l. 3. §. 4. d. aqu. quotid. & æſtiv.* etiam uſufructu. *l. 44. §. 5. d. Uſucap.* (Sed *l. 1. §. fin. & l. 2. pr. d. aqu. & aqu. pl. arc.* ùt & *l. 3. pr. d. Locis & itin. publ.* ſervitutes propriè dictas non continent: v. *d. l. 1. §. fin.* ibi: *quaſi ſervitus.*) Quin & *Prætor* tuebatur eos, qui non vi, clam aut precariò ſervitutem longô tempore obtinuiſſent, utili illis datâ actione; *l. 10. ſi ſervit. vind. l. 10. §. 1. d. Uſucap. l. 2. C. d. ſervit.* idque ſi cum prædio tenerentur; quippe quòd per ſe nusquam, tempore ſcilicet definitô, capi poſſent. *d. §. 1.* Cæterùm *Lex Scribonia* non pertinebat ad præſcribendam *libertatem;* quippe quam quis longô tempore poterât recuperare. *l. 4. §. f. d. Uſuc.* Sed *Juſtinianus*, ſublatô etiam diſcrimine inter Uſucapionem & præſcriptionem, *incorporales* quoque res præſcribi voluit, citrà tuitionem *Prætoris*, longô tempore. *l. un. C. d. Uſucap. transform. l. fin. in f. C. d. præſcript. long. temp.* Ex quibus evidens eſt, merum eſſe errorem, quem *Dd* quamplurimi profitentur, quando ignari Anti-
quitatis, *Leges antiquas*, (de tempore *immemoriali* loquen-
tes,) ad * tempora *Juſtinianea*, (& quidem * *l. 1 §. f. & l. 2.* 4871
*d. aqu. & aqu. pl.* & *l. 3. d. loc. & itin. publ.* ùt *Gailius* & 4872
*alii*, ad *ſervitutes*, quas tamen nullas habent illi *Textûs*,
pertrahunt; eòque ut * *concilient* eas cum *Juribus recen-* 4873
*tioribus*, (factô Interpretibus indignisſimô,) diſtinctionem
illam ſervitutum inter * continuas & diſcontinuas, imò 4874
urbanas planè & ruſticas, imperitè * adverſum Leges & 4875
rationem adhibent. Quicquid cum iisdem ſtatuat dictus

modò *Gailius 2. O. 66. n. 7. 8.* ſervitutem diſcontinuam,
ût paſcendi, non niſi tempore *immemoriali* acquiri per
præſcriptionem poſſe, (quanquam nil diſertè habeat de
4876 *praxi* * *Cameræ*,) & *Mynſingerus IV. O. 53.* (qui adducit
4877 unicum præjudicium, nec de * *praxi* immobili teſtari au-
det:) tum & *Cæpolla c. 19. d. S. U. P. n. 4.* Covarruv.
*1. Reſol. 17. n. 11.* Hotom. *IV. O. 2.* Treutl. *1. d. 17. th. 8. b.*
4878 Hahnius *ad Weſenb. ff. d. Servitut. n. 5.* poſt *gloſſam* * in
*d. l. 3. d. aqu. quot.* & *l. 14. d. ſervitut.* (quos textûs
*ipſa* non intellexit:) Namque horum omnium nomina,
uti vacua textibus & rationibus imò iisdem contraria ſunt;
4879 nec Jus * univerſum inducere potuêre: ita nec inter Recen-
4880 tiores *Mevii*, quamvis exercitatisſimi JCti, auctoritas * nos
à ſtudiô propriô veritatis arcere debet; quando in *P. IX.*
*Dec. 164. n. 2.* tradit, cum titulô præſcribi continuas &
diſcontinuas longô tempore. *l. un. C. d. Uſuc. transform.*
4881 *l. 2. d. Servit. & aquâ.* (cùm * tamen in præſcriptione
adverſus dominum vel ideò non requiratur *titulus*, quia
ſic non foret præſcriptio. v. *Wiſſenb. D. 20. th. 23.* Si verò
adverſus non Dominum præſcribi velit, præſumtus titulus,
qui voluntate admittentis, ſ. ſcientiâ & patientiâ ejus,
perficitur, ſufficiat. v. *l. 6. §. 3. d. A. O. H.* Bach. *1. Tr. 17.*
*th. 17.* Sic & quoniam bona fides in præſcriptione quali-
bet longi temporis requiritur: *l. 2. 4. C. d. præſcr. long.*
*temp. l. 8. C. d. præſcript. 30. vel 40. ann.* illius, & ſic *bo-*
*ni initii*, locô ſit, quòd quis non vi, non clam, non pre-
cariò ſervitute utatur: quemadmodum in eô, qui liber-
tatem prædio ſuo præſcribit, ſcientia Domini prædii ſer-
vientis nuda, quòd vicinus ſervitutem anteà uſurpaverit,
præſcriptionem illam impedire non poteſt:) Ulteriùs fides
*Mevio* nulla eſſe queat, quando ſcribit: ubi titulus deficit,
ibi

ibi nonnullos requirere 30. annos, per *l. 3. C. d. præſcr. 30. vel 40. ann.* ùt Saxones, *apud* Carpzovium. 2. *Conſt.* 4. *def.* 8. (cùm tamen & *Saxones*, quippe qui non habent præſcriptionem longi temporis, titulum præſumtum in ſuâ præſcriptione deſiderent:) Quæ quidem ſententia, ùt Ipſe pergit, admitti non poſſit, tituló ſic deficiente: quia durum & iniquum ſit, pati me debere ſervitutem perpetuam, ideò quòd alter eâ jam per 30. annos uſus ſit; cumprimis quòd Jus commune reſiſtat ſervituti, & præſumtio libertatis quemque tueatur. Quin & injurioſum eſſe, ut quid invitus ego in meô patiar. Et ſtrictiùs interpretanda eſſe, quæ odioſa ſunt: tum & vi, clam, precariò, fieri potuiſſe, item vicinitatis aut familiaritatis occaſione, quòd per 30. annos alter ſervitute eâ uſus ſit. Atque hinc non niſi *immemoriale tempus* ad præſcribendam ſervitutem ſufficere poſſe, opinatur; adeò ut ne quidem *Mevius* * inter 4882
ſervitutes continuas & diſcontinuas diſtinguat. Adeò error unus in devia plura ducit, nec terminus falſo, ſed tamen veritati terminus exactus eſt, quæ ùt non premi unquam, ita quod ratione & jure vacuum eſt, incruſtari non poteſt. Neque enim durum eſt, me porrò pati debere ſervitutem, quam aut per 30. annos *paſſus* ſum; aut *acquievi* tantô tempore prohibitioni, libertatem meam impedientis; niſi verò iniquum fuerit, me *dominum* fieri alicujus *rei* per uſucapionem, quam per longum tempus alter poſſidere me *paſſus* eſt. *Titulus* verò in præſcribendâ ſervitute alius non requiritur, quàm anteà dictum fuit. Neque etiam *Libertas* prædiorum pertinet ad res eas, quarum acquiſitionem à *privatis* fieri *jus commune* non patitur, eique acquiſitioni reſiſtit; qualia ſunt quidem Principum Jura, (in quibus demum præſcribendis ſubditi adverſus

verſus eos præſcriptione immemoriali indigent:) aliàs enim ſervitutes, citrà præſcriptionem, modis etiam aliis, ne quidem acquiri poſſent: cùm tamen libertas, utut Juris communis, attamen *privati* Juris & *ſingulorum* ſit. Neque etiam *præſumtio* adverſus præſcriptionem ſervitutis ultrà quid efficere poteſt; aliàs ne quidem *ullò tempore* præſcribi poſſet ſervitus. Nulla enim locum habet libertatis præſumtio, ubi alter *legitimam* pro ſe ſervitutis *acquiſitionem* habet. Sic & injuria ei non fit, qui *volens* in ſuo quid patitur: ſiquidem ſervitus non aliter, quàm *patientiâ* vicini, præſcribitur; neque hîc *vis*, *clandeſtinitas* aut *precarium* argui poſſe debet, ùt nec *familiaritas*: cùm nemo afferat, poſſe ſervitutem præſcribi, ſi vitioſam aut nullam præſcripturus poſſesſionem (quale quid in familiaritate occurrit, Carpz. 2. *Conſt.* 4. *d.* 13.) habeat. Quanquam de cæterô omninò ſervitutem *ſtrictè* interpretemur. Sed non facit odium ſervitutis, ut propterea aliud tempus ei præſcribendæ conſtituendum ſit, atque Legibus definitum eſt. Num ergò, ùt *Mevius* putat, h. e. ejus ſententia convenit rationi, eſtque æquior, communior, & conſtanti decreto *in Camerâ* recepta, ùt & in *praxi* locis aliis? Quin potiùs verisſima eſt *Saxonum* ſententia, quòd omnes indifferenter ſervitutes reales, ſive continuæ ſive diſcontinuæ fuerint, *præſcriptione* illâ *Saxonicâ* 30. annorum anni & diei acquirantur. Carpzov. 2. *Conſt.* 6. *def.* 8. & 1. *Reſp. El.* 36. *n.* 3. Richter. 1. *Dec.* 21. *n* 59. Franzk. *d. Servit. n.* 54. Hillig. *XII. c.* 11. *d.* Weſenb. *ad tit. de ſervit. n.* 5 ubi doctrinam illam, de præſcriptione *immemoriali*, (ùt omnes deinceps *DD. Saxonici*,) refutat. Etenim *Jus Civile* nullibi quoad continuas & diſcontinuas ſervitutes diſtinguit. (Et cùr ipſe *Mevius* utrasque ſub-

ſubjecit immemoriali præſcriptioni, ſi *diſtinctio* inter eas
conſtitui poſſet?) quin potiùs de præſcriptione earum, ex
*l. ult. in f. C. d. præſcript. long. temp.* cui & reliquæ con-
ſonant, judicandum eſt; in quibus nil ejus diſcri
minis: quod nec ratio patitur. v. *l. un. C. d. Uſucap.
transform. l. pen. C. d. ſervit. l. 16. C. d. Uſufr. l. 10.
ſi ſerv. vindic. l. 2. C. d. Servit. & aquâ.* Quare cum *Sa-
xonicis JCtis*, retentô *Jure communi*, longô tempore præ-
ſcribi ſervitutes poſſe, ſentiunt probatisſimi Doctores alii.
Bachov. *th. 8. d. ſervit. a.* Sutholt. *Diſp. V. th. 52.* Boce-
rus *Cl. V. Diſp. 8. th. 64.* Buſius ad *l. 14. ff. d. Servit.* Hun-
nius *lib. 2. Tr. qu. 14.* Lauterb. *concl. forenſ. Exerc. 18.
th. 2. lit. a.* Manzius in *Tr. d. Servit.* & *al.* quos citat &
ſequitur *Meierus* in *C. l. A. d. Servit. th. 38.* Et num igi-
tur aſſeri poteſt, in *praxi* * prævaluiſſe opinionem, quòd 4883
juri eundi, venandi, paſcendi, non niſi tempore imme-
moriali præſcribatur? & ex quibusnam terris *Strykius*
praxin ſuam æſtimat? An omne id, quod in *Mevio* repe-
rit, in *Praxi* prævaluiſſe credit?

FAVORE LIBERTATIS.] Quæ tamen ratio cere-
brina eſt; ex quâ * immutare ac ſubvertere *Leges* non 4884
oportet; nec enim favor libertatis attendi poteſt, ubi di-
verſum Legibus jam definitum, nec eò favor ille protra-
ctus eſt. Hinc & ſervitus acquiritur longô tempore, &
libertas à ſervitute, quanquam in hâc alia obtineant, quæ
quidem ad diſcrimen *temporis* non pertinent.

IN URBANIS.] Diſtinguendum eſt omninò inter
ſervitutes, quæ ad exercitium ſui *factum hominis* requi-
runt; ut in his nudô non uſu ſervitus amittatur: & quæ
in *patientiâ nudâ* prædii ſervientis conſiſtunt; ubi factum
domini hujus contrarium ad præſcribendum exigitur.

4885 Sed * non idem eſt diſtinguere inter ſervitutes *ruſticas* & *urbanas*.

NON CONTINUUS.] Servitus ſcilicet quotidiana amittitur longô tempore. *l. pen. C. d. ſervit. & aqu.* In his verò, quæ per *intervalla* menſium vel annorum,(non
4886 ita * ſi dierum vel horarum fuerint, *l. 7 quemadm. ſervit. amitt.*) competunt, *duplicatum* ad 20. usque annos, ùt inter abſentes, obtinet. *l. 7. ff. eod. l. f. C. d. t.* Sed ultrà 20. annos nunquam duplicatio nec tempus ult rius,etiam quoad abſentes, in alternis, requiritur. Cœpoli. *c. 24. d. S. U. P.* Procedit verò de cæterô præſcriptio in *Libertate*; quamvis eam præſcripturus vicino ſervitutem deberi ſciat: *l. 4. § 24. d. Uſucap.* idque etiam Canonicô Jure; ſiquidem in his verſemur, quæ *per factum hominis* exercentur. Nam in aliis, ubi factum *ſervientis* requiritur, ut foramen v. c. obſtruat: ibi bonâ fide *J. Canon.* ut id ſerviens faciat, plerique deſiderant. v. Balbum, *3. P. 4. pr. qu. 3. d. Præſcript.*

IN RE MOBILI.] Vide! quàm *Strykius* incertus, quà ſibi neſcit eundum! nunc huc nunc illuc, & utròque ſinè ordine currit? Nempe ſi *axiomaticus* ille adv rtiſſet
4887 vel unum hoc juris principium, quòd * jura illa, præter dominium, non ſint in ſubſtantiam ſ. *rem* ipſam,(confuderat verò jam *ſuperiùs* ille *Dominium Juris*, quale quid ſanè non eſt emphyteuſis, & *rei*,) quòdque *rem* quidem perſequamur actionibus de ſervitute, item pignore, competentibus; ſed non rem *noſtram* afferamus, ſed jus *in re* illâ: facilè rem definire potuiſſet. Proinde cùm hic *jus in re* tantùm attendatur, velut uſusfructus: & verò illud indiſtinctè pro re *immobili* habeatur. *l. pen. C. d. ſervit. & aq. l. ult. C. d. præſcript. longi temp.* add. *l. f. C. d. O. & A.*
Hinc

Hinc utique ad diſcrimen rei, an mobilis an immobilis 4888
ea ſit, attendi nec poteſt nec debet. Quare etiam *Uſusfru-
ctus* indiſtinctè, & ſic quoque *in re mobili*, non niſi lon-
gò tempore, acquiritur. *l. pen.* §. *1. in fin. C. d. Uſufr.*
Diſcat hoc, ſi voluerit, ex *Analectis Lynckerianis* ad §. *3.
Inſt. d. Uſufr. n. 16.* quæ tantoperè ipſi ſunt in de-
liciis.

INTERPRETIBUS.] Et meritò! Num *enim non 4889
poſſum ego dominium rei acquirere, ut nihilominùs
alteri in re illà meâ, (nam creditor non habet jus pigno-
ris*niſi *in re alienâ*,) hypotheca durare poſſit? Eſtque 4890
plus quàm * apertus textus Imp. in *l. 7. C. d. Pignorib.* & 4891
Papiniani in *l. 44.* § *5.* quando ait: perſecutio *pignoris*,
*uſucapione rei* non perimitur.

FATETUR.] Quid hoc eſt *fatetur?* Et quinam
*vult, niſi valdè hallucinetur, quòd *l. 7. C. d. pignorib.* 4892
ad res mobiles, quæ pignori vel hypothecæ ſunt, pertineat.
Fateatur ergò *Brunnemannus* & concedat, quod erroneum
eſt; cujus dicta nemini facilè cerebrum excutiant Nam
& *Ipſe* in hoc etiam machinas diſturbat, quando putat,
eſſe hîc diſtinguendum inter rem *mobilem* & *immobilem*.
Rei mobilis dominium poſſe acquiri, ut tamen hypothe-
ca duret; *d. l. 7. C.* ſed* rei immobilis dominium ſi præ- 4893
ſcriptum fuerit: etiam hypothecæ cauſam peremtam eſſe;
de qua *l. 1. & 2. C. ſi adv. creditorem pign. præſcriptio.* in-
terpretandam cenſet. Aſt perperam hunc, ùti plurimos
textûs alios, interpretatur *Brunnemannus;* eò quòd diſtin-
ctio illa rerum mobilium & immobilium adverſa ſit Legi-
bus & principiis Juris. Tam egregias ſcilicet doctrinas
*Strykius* venatur! Quaſi * verò ſit *diſſonantia* inter dictos 4894
*textûs*, & non potiùs illi amiciſſimè conſpirent! ut nempe

nil commune habeat præſcriptio *rei* ipſius, cum præſcriptione pignoris *in eâ*.

NON DISPLICET.] Videbimus, quòd ad pudorem ſe detruſurus ſit! Quidni probet ſententiam, quam nemo non probare poteſt? Sanè ratio illa communis ſententiæ vera eſt. At verò *Brunnemannus*, & ipſe *Strykius*, adhuc inhærent diſtinctioni inter rem mobilem & immobilem.
4895 An ergò ſolùm valebit illa in re * mobili? Acu rem tetigit!

ALTERI COMMODAVERIT.] Quærit quod nusquam eſt, & invenit!

4896 DOMINUS FACTUS EST.] Jam * ſollicitus eſt de exemplô, in quo dominii uſucapio procedit. Hoc verò in quæſtione jam ſupponitur, quando disquirit ille, num dominiô præſcriptô etiam hypothecæ præſcriptum ſit?

QVO COLORE.] Eô colore, qui oculos *Auctoris* perſtringat oportet, quô rei mobilis poteſt Dominium acquiri, ut tamen jus hypothecæ alii adhuc in re illâ ſalvum ſit. Et quodnam quæſo eſt diſcriminis? quænam differentiæ ratio?

4897 IN RE IMMOBILI.] Quid verò de re mobili * reſpondet? non ita errorem deprehendimus in re immobili, cui accenſetur hypotheca; indeque par tempus eſt in præſcribendô ejus dominiô, ſeu in præſcribendo rem
4898 & in præſcribendô hypothecam in illâ re. * Cur itaque ſibi objicit *Strykius* de re mobili, quod plus habet incommodi; & reſpondet de re immobili: niſi palpum imperitis obtrudere velit. Egregia verò diſputandi, & dubia eximendi ratio!

PRÆFINITUM ESSE.] De hoc autem non quæ-
4899 ritur. An * enim ſequitur, *actio hypothecaria* æquè eſt decen-

decennalis, quando pro re mobili competit, atque ſi competit pro re immobili. *Ergò* quando tertius poſſeſſor præſcribit rei mobilis dominium trienniô, non præſcribit etiam ejus hypothecæ? Nam in hoc eſt quæſtio: an cùm dominium rei præſcripſerit, non multò magis præſcripſerit
jus debilius? Anne * ſequitur, quia pro re mobili poteſt 4900
hypothecæ nomine agi decenniô, ùt pro re immobili: ergò etiam rei vindicatione poteſt agi quoad rem mobi-
lem decenniô, uti pro re immobili? Aut enim * *Strykius* 4901
ab hypothecâ vult argumentari ad dominium: quod abſurdum foret; aut vult differre in eô hypothecam rei mobilis à dominio rei mobilis: quod in controverſia non eſt; verùm ille de *præſcriptione actionis* reſpondere debebat, an cùm rei mobilis hypotheca non extinguatur apud tertium poſſeſſorem: hic propterea non etiam unà cum
dominiô præſcriptô hypothecam extinguat? de hoc * nil 4902
reſpondet: & ſi per id reſpondeat, quòd non: quia hypothecaria etiam in re mobili duret decem annis: non tamen hoc eſt aliud, quàm principium petere; (quæ ſolida eſt ratio reſpondendi *Strykiana!*) adhuc enim quæritur, quî hoc fieri poſſit? Heic verò altum eſt ſilentium!
atque * dubia illa, quibus cum ipſe jam modò luctatus 4903
eſt, inexpedita linquit. Videlicet cùm ipſum lateret ea principiorum ratio, quam antea ſuppeditavimus, non poterat reſpondere, niſi ut principium peteret. Hoc verò indignum eſt.

INTER PIGNUS ET HYPOTHECAM.] Ita
*Strykius* pignus eſſe * rerum mobilium tradit, & hypothe- 4904
cam immobilium. Quod eſt ſatis plebejum! Non enim ille recordatur, quòd *pignori* etiam tradantur res immo-

 biles,

biles, & *hypothecæ* non minùs mobiles res ſupponi queant; ad quod non opus eſt ut *textûs* adducamus.

OBSERVANDUM.] Plumbea obſervatio! Quid
4905 enim * initio poſſesſionis rei apud tertium, cum initio conſtitutæ hypothecæ per debitorem? unde non poteſt non incipere tempus actionis hypothecariæ. Quare ſi vel momentô poſt conſtitutam hypothecam res quædam debitoris, quam tertius b. f. poſſeſſor habebat, (necdum completâ poſſesſione,) in dominio ipſius fuerat: illa jam actione hypothecariâ ſtringebatur, indeque hæc abinde (quamvis protinùs poſſeſſor ille dehinc rem uſucaperet,) durabat adverſus quemlibet, & ſic ergò hunc etiam poſſeſſorem, decenniô. Quid ergò longiloquiô illô opus eſt?

4906 FUIT ALIQVANDO.] Imò * ſi non jam adhuc eſt in dominio ejus: tota illa *μακρολογία Strykiana* in ludibrium abit.

TEMPORIBUS COMPUTATIS.] Falsò admodùm ſcit *Strykius*, unde *actio hypothecaria* adverſus debitorem non niſi *quadraginta annis* præſcribatur? Diſcat hoc iterum ex *Analectis Lynckerianis* ad *Struv. Syntagm. J. Civ. Tit. Qui pot. in pign.* Nam quæ hîc *Ipſe* ſuppeditat, obtuſa
4907 ſunt & maximè devia. An * ergò hypothecaria adverſus debitorem itidem ſolùm durat 10 annis? Ita ſanè
4908 noviter *Strykius*. An * hoc eſt decem annis durare? quando Imp. ait in *l. 7. §. 1. C. d. præſcript. 30. vel 40. annor. Perſecutio hypothecarum* non ultrà *quadraginta* annos, (nam anteà erat perpetua & ſinè termino,) ex quô com-
4909 petere *cœpit*, prorogari debet. An *hypothecaria* actio * conſtat *partim ex perſonali actione*, quâ debitor convenitur, & *partim* ex reali, quæ adverſus eundem hypothecæ nomi-

nomine competit; An hypothecaria * eſt *pars perſonalis* 4910
*actionis?* An ergò * durat hypothecaria actio quadraginta 4911
annis, (vult enim in eam computari tempus 30. annorum,)
& tamen ſolùm eſt *decennii?* Mirus computus, ut quod de-
cennii eſt, ſit quadraginta annorum! Et * annon iniquum 4912
eſt, adverſus debitorem non durare præſcriptionem hypo-
thecæ diutiùs, quàm adverſus tertium poſſeſſorem? Annon
* poſſedit hypothecam debitor etiam durantibus 30. an- 4913
nis? aut non oportuit ante effluxum 30. annorum fuiſſe
hypothecam? ita verò * effluxis 30. annis, & ſic exſtinctâ 4914
perſonali actione, nondum exiſtente hypothecâ, non pot-
eſt jam initium capere: quia hypotheca ſine principali
obligatione conſtitui non poteſt. Si * verò jam obtinuit 4915
hypotheca, non potuit non exſtitiſſe ſimul hypothecaria
actio: proinde non demum illius præſcriptio currere in-
cipit, poſt exſtinctam obligationem perſonalem. Immen-
ſum diceres hunc errorem! ex quo infinitas abſurdorum
repullulat.

AMPLIATIO III] Foret * hæc *ampliatio* notabi- 4916
lis, quâ actio *perſonalis* in actionem *realem transmutare-
tur*, ſi non totum hoc plusquam ineptum foret.

QVÆ PARITER.] Contrà principia aperta juris!
Nam * actio quod metus causâ, quam hîc adducit *Strykius*, 4917
in rem ſcripta eſt; ſed quà pœnam perſequitur, non niſi
*annô* durat, *l. 14. §. 1. 3. 7. quod met. cauſ. l. 4. C. eod.
j. l. 35. d. O. & A. pr. l. d. perp. & temp. act.* qui nec *Ju-
re Cod.* mutatus eſt in quadriennium continuum; *arg. l. fin.
C. d. temp. reſtit. in int.* quà verò rei perſecutoria eſt,
adeòque in ſimplum, durat ultrà annum, & eſt *tricenna-
lis*, ad naturam perſonalium rei perſecutoriarum. *l. 3. C. d.
præſc. 30. vel 40. ann. l. 17. l. 19. ff. quod met. cauſ.* Jam
oſten-

oſtendat *Strykius*, ubinam in totô Jure actio quod metûs
4918 causâ excludatur præſcriptione *longi temporis?* * & ubi-
4919 nam actionibus *realibus* facta ſit *ſimilis* * quoad *præſcriptio-
nem?* Equidem *Ille* ad *l. 3. C. d. his, quæ vi metusvé cau-
4920 sâ fiunt.* provocat. Sed oculis obſiſtit. Nam * in *eâ Le-
ge* non datur actio illa *perſonalis* quod *metûs causâ*, aut
4921 illa in rem ſcripta actio: (ceu nec idem eſt dicere * *actio
in rem ſcripta*, ùt accuratè JCti, *l. 9. §. 8. quod met. cauſ.*
item, in rem *concepta*, *l. 6. §. 5. d. aqu. & aqu. pl. arcend.*
junct. *l. 12. eod.* & actio *in rem.*) verùm diſertè in rem
actio, h. e. *realis*, & vindicatio rei ex dominio datur, poſt-
4922 quam Prætor, *reſciſsâ alienatione*, * per metum factâ, *l. 9.
§. 4. quod met. cauſ.* actionem illam *in rem*, (*utilem* ſci-
licet, quippe quòd exſtinctam directam ne Prætor quidem
4923 reſuſcitare poſſit, *l. 98. §. 8. d. ſolut.*) *reſtituit*. Concurrit *
nimirum actio quod metus causâ, etiam ùt in rem ſcripta,
& ſic 30. annorum eſt, ad naturam *perſonalium*, *electivè*
adverſus *tertium*, cum rei illâ vindicatione utili, de quâ
*l. 3. C.* quæ decem vel viginti eſt annorum, & longæ pos-
ſeſſionis præſcriptione excluditur. *d. l. 13.* Et quid eſt aper-
4924 tum magis doctrinâ limpidisſimâ *Ulpiani* * in *l. 9. §. 4. ff.
quod met. cauſ.* ibi: Volenti autem datur & *in rem* actio,
(ùt *d. l. 3. C.*) & *in perſonam*, (quæ eſt actio *quod met.
cauſ.* in rem ſcripta:) *reſciſsâ* acceptilatione vel aliâ libe-
ratione, (item *venditione*, ùt *d. l. 3. C.*) Et §. 6. Licèt ta-
men *in rem* actionem dandam exiſtimemus, quia *res* (per
reſcisſionem.) *in bonis eſt* ejus, qui vim paſſus eſt; verùm
non ſine ratione dicetur, ſi in quadruplum quis egerit,
(cui ſimplum rei ineſt,) per actionem quod metûs causâ,
finiri *in rem* actionem, (hæc ergò eſt *alia*, nempe *rei* iſta
*vindicatio utilis*, in *d. l. 3. C.*) vel contrà. Eâdem recti-
tudine

tudine doctrinarum nititur *Paulus l. 21. §. f. ff. quod met. cauſ.* ſi coactus hæreditatem repudiem: duplici viâ mihi Prætor ſuccurrit: aut *utiles* actiones * *quaſi hæredi* dando, 4925
(an hîc obſcurus eſt exaſciatisſimus *Paulus*, qui ſole clariùs hæreditatis petitionem, actionem ſcilicet verè realem, & plus quàm in rem ſcriptam, imò nullatenus perſonalem, reſtitutô ſcilicet hæreditariô jure, porrigit:) aut *actionem metûs causâ*, (an hæc eſt iſta petitio hæreditatis?) præſtando; ut quam viam ego *elegerim*, hæc mihi placeat. En quam verum ſit, quod *ſuprà* deprehenſum eſt tot locis, inanisſima eſſe *Strykii* interpretamenta! Et vereor, ut *Brunnemanni Commentaria* in *Pandectas* & *Codicem* ab inſtituto ſuô excidant: in quibus ſanè vitioſarum interpretationum effertiſſima eſt opimitas. Vereor etiam ut ignoſcendum ſit *Strykio*, qui adeò religiosè colit hos errores, ut profanum exiſtimet, quisquis *Brunnemannum* notare audeat. Sed dicendum tamen eſt, & hîc παράνομον eſſe *Brunnemannum*; & malè conſarcinata, quæ ad *d. l. 3. C.* congeſſit. Etenim & is de actione quod metus causâ *textum* illum exponit. Quæ tamen actio non in aliô imitatur naturam realium, niſi quòd adverſus tertium poſſeſſorem inſtitui poſſit. Deinde in *Collectaneis*, (quæ plerumque ſcilicet *Brunnemannus* inſcitè & perperam ex textibus, imò ex erronibus ad illos, colligit:) ait, *retinere* eum, cui res vi extorta eſt, utile dominium: quod eſt contrà principia reſtitutionis in integrum; eò quòd omne dominium potiùs amittat is, qui vi compulſus rem alienat; & niſi amitteret, maxima pars principiorum in illô articulô collaberetur. Tum & non ſequitur, per reſtitutionem datur ei utilis vindicatio, Ergò recipit (multòque minùs retinet,) *utile dominium*. Quisnam eſt *JCtorum*,

qui

qui hoc utile dominium addicat ei, qui metum paſſus eſt? Et ſanè parum aceti habet, *textum* exponere de *actione perſonali* quod metûs causâ: & tamen colligere velle ex *textu* dominium utile & *rei vindicationem*. Quod accidere ſolet his, qui vel ex variis Doctoribus conſcribunt Commentarios, neque ſuô valent ingeniô; vel doctrinæ propriæ præſumtione Commentationes aliorum, diſſonas etiam & promiſcuè conjectas, ſuis commentis erroneis, in egregia ſcilicet Jurium commoda, ſociant. Num ergò adhuc *Strykius* actiones perſonales *in rem ſcriptas* præſcribi cupit *longô tempore?* & quid cum actione *de peculio*, quid cum actione *ad exhibendum* fiet? quas decenniô inter præſentes & vicennio inter abſentes præſcribi nemo unquam, niſi opprobramentum Jurisprudentiæ, dixerit.

NECESSARIIS.] Quid verò opus eſt denuò monere? non poſſe præſcribi actioni reali, niſi requiſita ad præſcriptionem neceſſaria ſupponantur.

4926 ACTIONES NOXALES.] Vetera * vaticinatur! Jam *ſuprà* oſtenſum eſt, has actiones ad eas, quæ in rem ſcriptæ ſunt, referri non poſſe.

CESSABIT USUCAPIO.] Hîc verò lepidus eſt
4927 *Strykius*. Ille quidem * directè ad id de quo quæritur, non reſpondet; cùm videat ſibi aquam hærere. Nam dixerat in ampliatione, actiones perſonales in rem ſcriptas longô tempore præſcribi: quod dum aſſerere non audet de actionibus *noxalibus;* quas tamen *Ille* erroneè in rem ſcriptas eſſe putat: non definit, quonam tempore præ-
4928 ſcribantur; ſed potiùs ad uſucapionem *rei* * (non *actionis*,) lectorem avertit, quaſi de actione fruſtrà quæratur, poſtquam noxa uſucapi non poteſt. Sed hîc novum aliquod hoſpitium confuſionis panditur! Quis unquam aſſeruit, niſi

niſi *Strykius*, actioni * *noxali* non poſſe *præſcribi*, 4929
quia noxa caput ſequatur? An ergò non poteſt * ulli actio- 4930
ni *reali* præſcribi, quia omnis actio realis *rem* ſequitur?
An verò * *noxa* ſ. caput noxium, quia illud actio ſequitur, 4931
poteſt dici *vitiò affecta* eſſe? Ubinam * hoc habetur in 4932
*Legibus?* Si Diis placet, habemus nunc, per doctrinam *Stry-
kianam*, plura * *vitia realia!* Quòd enim hîc non quæra- 4933
tur de actione reali, (ſ. vindicationis,) ſed de actione *no-
xali*, (nam hanc putat in rem ſcriptam eſſe,) ſatis patet.
An itaque * non poterit *uſucapi*, inſtar rei mobilis, *ſervus*, 4934
qui noxiam admiſit, trienniò? Scilicet per *Strykium* vi-
tioſus eſt. Indeque per ipſum durabit poſt triennium
* & realis & noxalis actio? An verò non potiùs * reali 4935
exſtinctâ noxalis adhuc ob delictum, *perſonalis* illa, ſu- 4436
pereſt? Num enim * ſequitur, actio noxalis ſequitur caput: 4937
hinc ceſſat capitis uſucapio? Nam & *hypotheca* durat apud
tertium poſſeſſorem, qui rem uſucepit. Et de *noxa* te-
nebitur tertius, poſtquam uſucepit ſervum, eò quòd non
ſervum * perſequatur eumque vindicet is, qui noxâ læſus 4948
eſt; ſed ſequatur actione ad reſarciendam noxam; ni ſer-
vum dedere velit dominus.

FURTUM.] AN ergò ſervus, * qui *noxiam* admiſit, 4939
per hoc fit *res furtiva?* an *furtum* committit dominus
ſervi ejusmodi, qui * ipſum, ſive ſciens, ſive ignorans, quòd 4940
noxam alii dederit, alienat; ùt & qui bonâ vel ſi malâ
fide, conſcius nempe delicti per illum admiſſi, eum acci-
pit. Quænam *Strykio* eſt * furti definitio? 4941

LOCUM ESSE.] Dixerat, actioni quod *met. cauſ.*
præſcribi longô tempore. Jam dicit, actioni *noxali*, (nam
hanc ut comparet cum illâ neceſſe eſt,) quantumvis &
ipſa in rem ſcripta ſit, non tamen præſcribi longô tem-

4942 pore: Ergonè actio noxalis non ampliùs habebit * tem-
pora præſcriptionis, juxta naturam actionum *principalium*,
ex delictis competentium; quibus illa qualitas adjectititia
4943 circumponitur? Quamvis * imperitum ſit, quoad actio-
nem noxalem, de *longô tempore* ſollicitum eſſe; cùm inju-
4944 riarum noxalis actio annô expiret. Proinde * noxalis
actionis præſcriptio ad tempus *actionis principalis* exigen-
gendum eſt. *l. 19. pr. ff. d. noxal. act. l. 21. pr. C. d. furt.*
*l. 22. Commod. l. 17.* §. *4. d. injur.* & ſic in omnibus deli-
ctis reliquis; ubicunque noxalitas ea locum invenit. Eſt
enim perpetua actio noxalis, *l. 42.* §. *f. ff. d. noxal. act.*
h. e. patet actio illa, quòusque reus dedendæ noxæ fa-
cultatem habet; modò actio principalis intereà non peri-
4945 matur. *dd. ll. & l. 4. C. eod.* Quomodo * ergò conſiſte-
re ſimul poteſt: actio noxalis non poteſt longô tempore
4946 præſcribi: (ſic appoſitè *Strykius*, quaſi * non aliud haberet
tempus præſcriptionis?) quia *noxa* ſcilicet non poteſt
*uſucapi:* & tamen actio noxalis præſcribitur dictis *Legibus*
variè, ex naturâ actionum principalium? Caviſſe priùs,
quàm pudere æquum fuit!

4947 REM IMMOBILEM.] Quaſi * in actione quod met.
causâ ſolùm de re *immobili* agatur; quicquid ſit quòd ad
caſum rei immobilis *d. l. 3. Gordianus* reſpondit. Et cur
4948 non *Strykius* rem * metu extortam vitiô æquè affectam
eſſe cenſet, (cùm & aliàs vitia doctrinarum multiplicet,)
4949 ac noxalem ſ. caput noxæ? eſt enim in iſtâ omninò * ma-
jor ad vitium ratio. Imò demus ipſi, rem mobilem, quæ
4950 metu cuiquam vendita eſt, an * hæc erit vitioſa? & cur
4951 non potiùs vitioſa, * quàm ſervus, qui noxiam commiſit?
An ergò tu non putas, ſi b. f. quis tertius rem, quæ ſub
4052 metu fuerit, conſequatur: illum poſſe * eam trienniô uſu-
capere.

capere? Et ſic per *Strykiana* principia *non ampliùs ad- 4953
verſus tertium poteſt dari actio perſonalis quod metûs
causâ; quippe quòd per doctrinam ejus *axiomaticam*,
(quidni *acroamaticam*,) actiones perſonales in rem ſcriptæ
præſcribantur adinſtar actionum realium. Hei! macritu-
dinem non modò, ſed morboſitatem iſtius Jurisprudentiæ
omnigenam!

METUI COMPARATUR.] Quis ita loquitur, *me-
tus* * comparatur *vi compulſivæ?* An potiùs ex vi com- 4954
pulſivâ metus inducitur?

ABLATIVA.] Notandum eſt, quòd per doctrinam
*Auctoris*, ſervus,* qui delinquit, furtô auferatur; quin & 4955
liber homo, qui deliquit, & deinde ſervus fit; §. *f. Inſt.
d. noxal. act.* & ſervus, licèt deinde manumitteretur. *l. 42.
pr. d. furt. l. 14. §. 1. l. 15. d. noxal. act.* Vide! quàm acri
ille diſputet judiciô.

SIMUL SUNT PERSONALES] Ubinam verò gen-
tium ſunt * illæ actiones, quæ ſimul ex realibus & perſo- 4956
nalibus *mixtæ* ſunt? Nam illas fruſtrà conſtitui, & adver-
ſis Legibus, jam *ſuprà* evictum dedimus.

QVALIS EST PETITIO HÆREDITATIS.] Sed
& hoc magis immaturum eſt. Neque*enim *Juſtinianus* eam 4957
§. 20. *Inſtit. d. Actionibus.* accenſuit illis, quas vulgariter
*mixtas* dicunt, & quæ cum Imperatore ſanô ſenſu mixtæ
dici poſſunt; quamvis *impropriè:* cùm non ſint in rem, ſed
unicè in perſonam, & ſolùm, ùt ipſe *Juſtinianus*, mixtam
*cauſam*, (tam ſollicitè loquitur,) habere *videntur*. Quare
*petitionem hæreditatis*, quippe quæ unicè pro causâ habet
*jus in re* univerſale hæreditarium, nil ejus quod perſona- 4958
le eſt, perperam quis ad actiones, (ſi vel maximè daren-
tur,) quæ partim in rem, partim in perſonam ſunt, refer-

ret: quippe quòd illa verè & *unicè realis* ſeu in rem ſit,
*l. 27. §. 3. d. R. Vind.* ibi: in hæreditatis petitione, quæ
4959 & ipſa *in rem* eſt: & * opponitur ibidem *ſpeciali in rem actioni* ſ. vindicationi; licèt *præſtationes* quasdam *perſonales* habeat, *l. 25. §. 18. d. petit. hæredit.* non * eas, ùt im-
4960 periтè *Strykius* opinatur, quæ *ex obligatione* quâdam oriuntur, ac ſi eâ teneretur is actori, qui hæreditatem pro hærede vel poſſeſſore poſſidet: (quænam enim eſt illa obligatio?) ſed quæ ad naturam *univerſitatis* pertinent, inde-
4961 que *ex * materiâ actionis*, ſeu ex *objectô* ejus, pendent;
4962 unde * ſanè non procedit ea actionum in reales & perſonales diſtinctio: ſiquidem hæc *ex causâ efficiente* actionum
4963 deſumitur. Et hinc non minùs abuſivè * appellatur iſta hæreditatis petitio in *l. 7. C. d. P. Hær. mixta* actio. Quid enim dici poteſt clariùs, quàm quod *Ulpianus* habet *d. l. 25.*
4964 *§. 18.* Petitio hæreditatis, *etſi* * in rem actio *ſit*, habet tamen præſtationes *quasdam* perſonales: utputa eorum, quæ à debitoribus ſunt exacta; item pretiorum: quæ quidem, cùm, ùt *ſuccedanea rerum*, & quæ nunquam in dominio defuncti fuerunt, in *ſpecialem* actionem in rem venire non poſſent: veniunt tamen in eam, quâ *univerſitas* vindicatur, ſive in petitionem hæreditatis; quippe quòd hæc ipſa complexum totius patrimonii, non ſolùm dominia rerum, nec rerum ſubſtantias unicè, contineat. Addat *Strykius*, ſi dividiæ non fuerit, *Analecta Lynckeriana* ad §. *20. Inſt. d. Actionib.*

4965 REQVISITA ADSINT.] Denuò * cantilenam ſuam repetit.

DOMINIUM NON TRIBUAT.] Quidni tribueret?
4966 in tertio * b. f. poſſeſſore per *l. 7. C. d. præſcript. 30. vel 40.*
4967 *annor.* Aliàs * enim ei, qui rem mobilem furtivam b. f. poſſe-

poſſedit & juſtô titulô, poſſet ea extorqueri per vindicationem, (ſic enim adhuc foret dominium apud priorem rei poſſeſſorem ſ. dominum:) etiam poſt 30 annos; quod abſonum eſt. v. *l. 8. §. 1. C. d. præſcr. 30. vel 40. ann.* Gebhard. *c. 3. d. uſuc. n. 3. ſeqq.* An enim * rei vindicatio 4968
eſt longisſimi temporis adverſus b. f. poſſeſſorem? Nam * 4969
utique, ubi ſolùm à rei qualitate, & vel vitio ejus, pendet, quò minùs res uſucapi aut præſcribi longô tempore posſit: ibi temporis longisſimi præſcriptio, & quidem plenô cum effectu, procedit. add. quæ *ſuperiùs* de rebus vi posſeſſis diſtinctè tradita ſunt. Neque * enim aliud *l. 8. §. 2.* 4970
*C. d. præſcr. 30. vel 40. ann.* vult, quàm quòd diſtinctio illa, quam in §. *præced.* conſtituerat, in rebus violenter invaſis locum habere non debeat; ùt vel ex verbis expreſſis conſtat.

PURGATUM FUERIT.] Quid * opus habuit *Auctor*, 4971
ut hîc de requiſitis Uſucapionis, & ſic de purgatione vitii, ageret?

NON PROCEDIT AXIOMA HOC IN SAXONIA.] *Axioma* hoc eſt: Quamdiu durat Jus in re, tamdiu durat actio realis inde oriunda. Num * hoc *axioma* 4972
non procedit *in Saxoniâ?* An *Strykius alia* habuit *Jura Saxonica* in Saxoniâ, dum *Wittebergæ* cum principiis Jurium illorum negotium haberet. Hoc ſanè *axioma* adeò catholicisſimum eſt, ut vel in ſpatiis imaginariis obtinere debeat.

NECESSUM EST.] Sic ergò non procedit; & * pro- 4973
cedit tamen!

AXIOMA II.

ET RELIQVÆ CONDICTIONES OMNES.] Videli-

4974 licet * *condictio furtiva* ex *conventione* eſt! Sunt quoque
tales, condictio *ſinè cauſâ:* omnes *ex L.* procedentes: omnis
*Triticaria!* ob *turpem* vel *injuſtam* cauſam!

ACTIO PRÆSCR. VERBIS.] Adhuc credit *Auctor,*
4975 actionem * illam ſolùm ad contractûs innominatos per-
tinere.

PRO DOTE RESTITUENDA.] Jam ergò per
4976 principia *Strykiana* uxori * ſolutô matrimoniô competit
4977 *condictio ex Lege?* Ergò rei * *vindicatio eſt condictio ex*
4978 *Lege?* & *vindicatio,* tanquam exemplum *axiomatis,* eſt *
4979 *ex conventione?* Ergò * pro exſtantibus rebus dotalibus
4980 datur actio rei vindicationis *ad 30. annos?* ſed * ex ſtipu-
latu actio in *l. un. C. de rei uxor. actione,* eſt *condictio*
*ex Lege?*

SIVE EX CANONE.] Incertus quod carpat iter!
4981 Et tamen * neque ex *moribus,* neque ex *canone, pactum*
*nudum* actionem habet; ſed conventio deliberata, quæ
requiſita habet ſtipulationis, (ſemotâ verborum & præ-
ſentiæ *ſolennitate.*) Ea verò non eſt ex pactô, quippe
4982 quod hodienum eſt & manet indeliberata * conventio,
4983 pro quâ iſtud *LL. Romanæ* declararunt; indeque * *nec Ju-*
*re Naturali* actionem producere poteſt; ùt rectè *Conna-*
4984 *nus;* ſed potiùs eſt * *ex ſtipulatione* quadam *interpreta-*
*tivâ.*

4985 NOVÆ OMNES.] Niſi * terminum alium præfini-
tum acceperint; indeque *regulariter.*

4986 STATUTA PRINCIPUM.] Non * audet ille de Sta-
4987 tutis *Collegiorum Urbiumvé* idem aſſerere. Et * inconve-
nienter ad aſſertum præcedaneum, *rationem* adfert dun-
taxat *de Statutis Principum:* cùm tamen etiam Statuta
*Magiſtratuum* & *Collegiorum* non aliter valeant, quàm

vigo-

vigore privilegii aut uſûs diuturni, per Principis aſſenſum
roborati.

NON AD JUS PRÆTORIUM.] Quis * verò, niſi 4988
abſurdus, eò *Statuta Principum* referat, qui nec Magiſtra-
tûs ſunt, nec annui; ſuôque jure perpetuùm *Leges* Pro-
vinciales condunt.

FALLIT.] Imò *Auctor* rurſus cum *Brunnemannô* ſuô
fallitur: neque aſſeritur id, quod vult, * in *l. pen. C. d.* 4989
*Uſufr.* Cùm enim regula ſit, quòd actiones perſonales ſo-
lâ 30. annorum præſcriptione tollantur: *l. 1. §. 1. C. d. an-
nali exc. l. 2. pr. C. d. Conſtit. pec. l. 7. pr. C. d. præſcript.
30. vel 40. ann.* oportet ſanè liquidò oſtendere, quòd
abinde actio *perſonalis*, quatenus pro *uſufructu conſtituen-
dô* competit, * excepta ſit. At verò hoc per *d. l. pen. C.* 4990
haudquaquam probatur, ùt quidem illi exiſtimant. Etenim
non modò datur ei, cui uſusfructus conſtituendus eſt,
actio illa *perſonalis*, * quâ proprietarium ad eum ſibi con- 4991
ſtituendum adigat; verùm etiam quà *conſtitutô* jam uſu-
fructu, eum ad hoc adſtringit, ut ipſum liberè uti frui ſinat,
quoniam * in re illâ incorporali facile eſt ut uſufructua- 4992
rius turbetur, *l. 43. §. 1. d. A. R. D. l. 4. §. 27. d. uſucap.*
eaque obligatio ad patientiam durat conſtitutô uſufructu,
& pro eâ cavere proprietarius tenetur, *l. 3. §. 2. d. A. E. V.
add. l. 7. ſi ſerv. vind.* Sicut igitur *Juſtinianus* in eô *Vete-
rum diſceptationi* hîc finem imponit, dum *l. pen. C. d. Uſufr.*
definit, cùm olim uſusfructus conſtitutus per non uſum
amitteretur *annô* vel *bienniô*; nec tamen in id omnibus
usque conſentientibus: impoſterùm illum *longô tempore*
per non uſum exſtinguendum fore; idque etiam in rebus
*mobilibus*: ut non *objectum* uſusfructus, ſeu res ejusque
qualitas, ſed *jus* potiùs, quod pro immobili, etiam in mo-
bilibus

4993 bilibus fruendis, habendum eſt, reſpiciatur. Ita * etiam de *actione perſonali*, quatenùs conſtitutô Uſufructu competit, eò quòd illa ad uſumfructum tuendum faciat, ſimul
4994 definit, quòd fata ejus eadem eſſe debeant. Etenim * illa, ùt munimen uſusfructûs ſpectatur, indeque incongruum foret, uſufructu exſtinctô per longum tempus, adhuc ſupereſſe poſſe actionem perſonalem pro illô (ſcil. extinctô,) tuendô. Atque hanc interpretationem liquidò firmat non tantùm *ratio*, ùt opinor, ſolida, quam nunc dedimus; ſed
4995 & * *verba* ipſa *textûs* eam ſtabiliunt, quando *in* §. *1.* dicitur: ſed uſumfructum, quem aliquis *ſibi acquiſivit*, (at verò qui adhuc conſtituendus eſt, non poteſt dici acquiſitus eſſe:) hunc habeat, *dum vivit*, *intactum*. (Hoc verò unicè de *conſtitutô* verum eſſe poteſt, & de actione *perſonali*, quatenus *conſtitutum* uſumfructum *concernit*, ut in hoc uſufructuarius quietè verſari poſſit.) Porrò: & eſt ſatis durum per ejusmodi difficultates *amittere*, (quomodo verò amitti poteſt, quod necdum conſtitutum eſt,) quod ſemel *poſſeſſum eſt*: (rurſus non dici poteſt ſemel poſſeſſum,
4996 quod adhuc eſt conſtituendum.) Et ſanè * *de actione perſonali*, quatenùs illâ pro tuendô uſufructu uti licet, *dubitari* poterat, an adhuc à tempore uſusfructus conſtituti *perpetua* foret: quatenus verò ad *conſtituendum* datur, ita juxta naturam aliarum actionum perſonalium de perpetuitate ejus dubitari non poterat, neque ratio dubitandi fuit. Nec tam ſuper actione perſonali, quatenus conſti-
4997 tutô jam uſufructu competebat, dubitatum fuit, quàm * ſuper duratione *uſusfructûs ipſius*, & quidem in rebus *mobilibus*: quâ ratione, ùt ambiguum erat tempus uſusfructus conſtituti: ita per conſequens fuerat *actionis*, deinceps ad tuendum eum competentis. Unde poſtquam *Juſti-*

*nianus*

*nianus* illam præſcriptionem ipſius uſusfructûs conſtituti
firmiter collocavit: non potuit non ſimul etiam actio illa
eâdem præſcriptione contenta eſſe; utut ipſa hactenus ad
modum, quô uſusfructus promiſſus eſt, (nam ſic eâdem
quoque causâ *promiſſa* eſt *patientia* conſtituti,) velut ſti-
pulationem v. c. adhuc reſpiciat, ſitque *una* & *eadem actio*
*ratione *cauſæ ſuæ*, quamvis deinceps *objectum* ejus, & 4998
cum hoc etiam præſcriptionis fatale, inflectatur. Neque
igitur *Brunnemanni* eſt habenda ratio, quando ideò putat
actionem perſonalem (quam Ille *diſtinctam* putat, cum
*aliis*, ab actione perſonali, quam cenſet conſtitutô uſufructu
competere,) nec dum conſtitutô uſufructu longô tempo-
re præſcribi, quia hoc *favor libertatis* poſtulet. Quæ
quidem ratio cerebrina & inutilis eſt. An * enim ſequi- 4999
tur, ideò oportet *primordialem*, ùt appellant, actionem
citiùs expirare, quia hoc favor libertatis poſtulat? Quidni
poſtulet hoc magis uſusfructus & ſervitus jam conſtituta?
atque actio perſonalis, prout tunc competit? Ita * verò 5000
quis diceret, *actiones* quoque *alias perſonales* oportere
breviori tempore conſtrictas eſſe; quia hoc *favor libera-
tionis* poſtulet? Nimirum amplisſimæ rationes, quibus &
*Brunnemannus* & *Strykius* ſæpisſimè utuntur, propediem
efficere poſſent, ut omnia jura, quæ propriis rationibus
nituntur, unà cum his ſubverſa habeamus.

AD SERVITUTES REALES.] Verùm hoc iti-
dem * non ob favorem libertatis; ſed quòd actio perſo- 5001
nalis tuendæ ſervituti conſtitutæ ſupereſſe non poſſit: &
hujus amittendæ tempus brevius ſit fatali actionum perſo-
nalium. Cæterùm *extenſione* * hîc nullâ opus eſt, poſt- 5002
quam ratio idem poſtulat; indeque definitô tempore
amittendæ ſervitutis realis, in *l. 13. C. d. ſervit.* non potue-

rit non per conſequens, eôdem quoque factô, extingui perſonalis actio, quatenus pro tuendo eô adhiberi poteſt.

MALE APPLICETUR.] Imò, ùt ſolet *Strykius*, malè reſpondet; & principium petit, quæ ineptisſima eſt disputandi ratio. Ait, non poſſe hîc de actione perſonali quæri ampliùs, poſtquam ſervitus jam conſtituta eſt. (Is
5003 ſcilicet viam monſtrabit montes in Aonios!) an * nulla datur *actio perſonalis*, poſtquam ſervitus jam *conſtituta* eſt? Sic ille poſtulat; quod quidem nullatenùs Juris principiis conſentaneum haberi poteſt, idque *textûs apertisſimi* pro-
5004 ſtituunt. Quòd ſi verò dicat, de * actione illâ, quatenus conſtitutâ ſervitute datur, modò illam largiri dignetur, hîc in *l. pen. C.* non quæri: jam petit id, quod eſt in principio, ſeu, ùt *Cicero* loquitur, *ab ultimò repetit:* quæ nugacitas mera eſt.

5005 FORMATA.] Nemo * *JCtorum* ita loquitur, ut inter *formandam* & *formatam* ſervitutem, inter *formandum*
5006 & *formatum* Uſumfructum diſtinguat: quin &* *formare ſervitutem* barbarè dicitur.

5007 QVAM REALIBUS.] Oportet * tamen in his, ut diſtinctam mobilium rerum habeas rationem. v. Carpzov. *2. ſ. 6. & 7.* (contrà Berlich. *2. Concl. 7. n. 12.* quoad *Jus Saxon.*) Richt. *Dec. 21. n. 63.* Gebhard. *c. 2. d. Uſucap.* *§. 3. n. 3.*

IN CIVITATE] Vidimus de fluctibus *Auctoris locô indicatô.*

ACTIONES FISCO COMPETENTES.] Tam facilè, ùt volpes pyrum comeſt, capita rerum expedit *Strykius!* dum aridis non modò inſiſtit traditionibus, ſed quæ tot membris intricata ſunt, ne attingit quidem, & unô eorum

eorum omnia perimit. Ita ſolet feſtivè actiones ſuas odo-
rari; quod *ad Attic.* ſcribit *Cicero IV. 13.* Dicam breviter
& abſolutè. Res *quæſita* Fiſco, ùt & bona vacantia ei *nun-
ciata*, v. *l. 18. ff. d. Uſucap. l. 1. C. d. quadr. præſcr.* 40. an-
nis præſcribuntur. Sed in *quærendis* (pro quibus *Aucto-
rem* ſuppeditare actiones, & adverſus earum præſcriptio-
nes cavere, oportebat,) *diſt.* eſt inter *bona vacantia*: quæ
cùm poſt quadriennium continuum quæſtio ſuper illis à
Fiſco inchoanda non ſit, *quadriennió* à tempore, quô va-
cant, à tertio præſcribuntur; ad eum effectum, ut exceptio-
ne præterlapſi quadriennii ſe tueri poſſit; *l. 1. & t. t. C. d.
quadr. præſcr. l. 1. §. Divus. d. J. Fiſc. l. 10. §. 1. d. div. &
temporal. præſcript.* ſed longiori demum tempore *plenio-
ri jure* acquiruntur. *d. l. 18. d. Uſuc.* Quod *reliqua Fiſci
emolumenta* attinet, ſi illis *tempus* peculiare *præfinitum*
non ſit, v. *l. 2. C. d. vectig. & commiſſ.* viginti annis præ-
ſcribuntur. *l. 13. d. div. & temp. præſcr.* v. *Lamb.* Goris
*Tr. 3. Adverſ. c. 9. n. 43. ſeqq.* An * igitur vel una actio in 5008
acquiſitione Fiſcali reperitur? quæ *40. annorum* duratio-
nem habeat?

VEL QVADRIENNIO.] Sed hoc * non verum eſt, 5009
in remediô ne quidem reſcindente, niſi in reſtitutione
*minorum & ex quibus cauſis majores.* Et quid * de actio- 5010
ne *Paulianâ?* an & hæc eſt quadriennii? imò *reſciſſoria*
actio imperitè dicitur eſſe *anni* vel *quadriennii*; quippe
quòd actio v. c. *rei vindicationis*, item *empti*, ſi reſciſsâ
uſucapione aut præſcriptione reſtituitur, (quâ ratione eſt
rei vindicatio reſciſſoria, item empti actio reſciſſoria, non
duret ſanè annô utili vel quadrienniô.

OB LÆSIONEM ENORMEM.] Videlicet ne * qui 5011
dem ad *reſcindendum primò* datur hæc actio, v. c. venditi,

ſed ad implendum ſ ſupplendum pretium, aut ut reſcin-
datur venditio: indeque non poteſt actio illa naturam
ſuam, ne quidem ſi ad *l. 2. C. d. reſcind. vend.* dirigatur,
exuere.

NULLITATIS] Nimirum, qui implorat judicem,
v. *l. 5 C. d. reſc. vend l. 16. pr. d. Minorib.* ibi: *communi*
5012 *auxilio*, ut actum quempiam vel negotium *nullum* * de-
claret: ill instituit actionem *reſciſſoriam?* Undenam edu-
5013 citur *actio*, * ſi *negotium nullum* eſt? Nulla unquam datur
5014 actio, ut nullitas * declaretur: neque etiam *remedium*
5015 * omne protinus eſt *actio*.

5016 REMEDIUM NULLITATIS] Nempe * & hoc eſt
5017 *actio?* nam & *Appellatio* fortaſſis * *actio* eſt? & *utrumque*
5018 *remedium* eſt *actio*, quæ competit * ad *reſcindendum:* in-
5019 deque neutrum *ſuſpendit* ſententiam * à viribus rei judi-
catæ?

QVERELA INOFFICIOSI TESTAMENTI.] Quid
verò ſibi vult *ampliatio* illa *axiomatis?* dum hîc de actio-
5020 nibus *ex conventione* agit. An hoc axioma * poteſt *am-*
5021 *pliari* ad *remedium appellationis?* Aut * enim appellatio
eſt *actio ex conventione;* aut abſurda eſt ampliatio. Et
quid *limitatio* ampliationis, dum ampliatio vult, etiam
actiones *ad conventiones reſcindendas* eſſe 30. annorum.
5022 *Limita* cum *Strykio*, niſi * fuerit *querela inofficioſi teſta-*
5023 *menti!* Quid hæc ſub actionibus * *perſonalibus?* cùm
haud dubiè ſit hæreditatis petitio. An enim querela in-
officioſi teſtamenti *ad reſcindendam* * *conventionem* com-
5024 petit? De aliis enim remediis reſciſſoriis nec poterat, nec
debebat, agere *Strykius*, niſi de his, quæ ex conventione
competunt; ſecùs non foret *ampliatio axiomatis*.

IMPUGNANDUM.] Cerebrina & jejuna ratio! Sic
JCti:

JCti: * *quinquenniò* arctata eſt querela, quoniam tendit 5025
ad reſcindendum hoc, quod *Jure Civili* firmum eſt, quod-
que *formam* ac *ritum civilem* habet. Secùs * impium fa- 5026
ctum meretur, ut *perpetuùm* impugnari queat.

AN EFFECTUM HABEAT EXHÆREDATIO.]
Etiam hæc ratio *Strykiana* eſt. An enim *per aditionem*
hæreditatis *exhæredatio* * *effectum* habet? ita ſanè fruſtrà 5027
querelam inſtituet, qui exhæredatus vel præteritus eſt.
Hoc dicere debebat *Strykius*, aditione opus eſſe, quoniam
inofficioſi querela non eſt, niſi cauſa teſtati fuerit: at verò
nulla eſt teſtati cauſa, niſi per aditionem hæreditatis; nec
hæres eſt teſtamentarius, adverſus quem dirigenda eſt in-
officioſi querela, niſi hæredem ſe geſſerit.

IN LEGITIMA LÆSUS.] At verò etiam * in que- 5028
relà *inofficioſi* reſpiciendum eſt ad *tempus mortis* quoad
hoc, an filius in legitima læſus ſit; & tamen remedium
iſtud *abinde* non capit *initium*. Igitur & hìc operam lu-
dit *Auctor*, in propinandis ſuis *rationibus*. Nempe ideò
tempus hujus querelæ à morte defuncti currit: quoniam 5029
* non teſtamentô quid fecit contrà officium pietatis, in-
deque hoc, ut aditione validetur ipsô jure, expectandum
non ſit; eò quòd *Donatio* jam etiam *ab inteſtatô* ſubſiſtat,
imò vivô jam Donatore perfectionem ſuam habuerit;
quin ùt plurimùm datur ipſi hæredi ab inteſtato: *l. 3. C. d.*
*inoffic. donat.* quanquam etiam filio hæredi ex teſtamen-
to dari queat. Interim querela *inofficioſi teſtamenti* nun-
quam *hæredi*, ſed tamen contrà hæredem, competit. Que-
rela verò *inofficioſæ donationis* datur *adverſus donata-*
*rium*, * quem protinus habemus à morte teſtatoris; ut 5030
aditionem hæreditatis ex teſtamento ſi quod fuerit, expe-
ctare non oporteat.

AD EXEMPLUM INOFFICIOSI TESTAMENTI.]
5031 Sanè juge quinquennium de *inofficioſis* * *actionibus* gene-
raliter conſtitutum eſſe, reſcribitur, *l. 2. C. d. Apoſtat.*
5032 HUC SPECTAT.] Sed quâ ratione huc * ſpectat?
An *actio popularis* in centum aureos, *l. 25. §. f. ad SC. Si-
lan.* & quòd hæredi tanquam indigno, qui ante quæſtio-
nem de familiâ habitam, aperuit tabulas, hæreditas aufer-
5033 tur & Fiſco vindicatur: eſt *ex * conventione?* & ſic ex
5034 factô * *licitô?* an eſt remedium *reſciſſorium* *? an *occi-*
5035 5036 *ſus* * fecit *contrà officium pietatis*, an hæres? Et ne quidem
5037 ſemper eſt *quinquennalis* * illa actio, ſed adverſus hære-
dem non extraneum eſt *perpetua. d. l. 13. eod.*

§. III.

5038 MIXTA EST.] Hoc verò toties eſſe * falſum, quo-
ties aſſeritur, *ſuperiùs* evictum eſt.
EX SPECIE POTENTIORI.] An ergò actio *per-*
5039 *ſonalis* * eſt *potentior reali?* Itaque hîc etiam hebes eſt
*Auctor* in ratione Juris reddendâ. Et quânam aliâ ratio-
ne opus eſt, niſi quòd abſurdum foret, poſitô, actiones
quaſdam mixtas eſſe, ut actio illa *ex tempore breviori al-
terius* æſtimetur; ſiquidem *10. vel 20. anni*, quod tempus
realium foret, quin & *triennii* in mobilibus, continetur
*in 30. annis*, quibus perſonali actioni præſcribitur; ſed 30.
anni in decem aut viginti, tribusve annis, contineri non
poſſunt: indeque actio talis non poſſet, niſi ex diuturnio-
5040 ri * alterius æſtimari.
CUM MIXTA ACTIO SIT.] Quòd cæteræ ſint
*perſonales*, ſed non reales, oſtenſum jam eſt. Hæc verò
5041 *realis* eſt, perſonalis * nullâ ex parte. Et hinc eò minùs
ad iſtas referri poteſt.

TER-

TERMINOS AGNOSCIT.] Ad quod ſufficit, quòd *perſonales civiles* ſint. Sed *hæreditatis petitio* propter *univerſalitatem objecti*, quantumvis realis, ad perpetuitatem ſ. 30 annos perducta eſt.

MIXTÆ.] De his *deinceps* videbimus.

## AD AXIOMA IV.

PERSONALES.] At verò * *perſonalitas* hoc non efficeret, (cùm *Prætoriæ* perſonales aliter habeant,) niſi *civiles* forent. 5042

DE SYNDICATU.] Ergonè *Syndicatus*,* quô ſcilicet ipſum Judicem *de dolô* accuſamus, quòd prece vel pretiô corruptus, favore aut odiô, injuſtam dixerit ſententiam: eſt *Quaſi delictum?* 5043

## AD AXIOMA V.

PRÆFINITUM.] Ratio * cur accuſatio ex crimine duret 20. annis, eſt in eô, quia durat 20. annis! Nugatoria docendi ratio! 5044

RATIO INTERNA.] Quænam * verò *externa*, an ratio, quam nunc dedit, non ratio? Sanè ùt in civilibus *longiſſimum* tempus eſt 30. ſic in criminalibus eſt 20. annorum. *l. 12. C. ad L. Corn. d. falſ. l. 2. 3. d. requ. reis & abſ. damn. l. 1. §. 3. ſeqq. d. J. Fiſci.* 5045

HAS ADDUCUNT.] Nugas meras donat! Sola * ratio & ſolida eſt in hoc, quòd publica ſalus exegerit, *finem* eſſe *accuſationum;* nec ſemper eos incertâ expectatione metuque pendere, qui criminis inſimularentur. Quis enim * eum, qui protervè deliquit, ob hoc errore vel impetu nunc deliquiſſe crederet, poſtquam à crimine 20. anni 5046 5047

præ-

5048 præterlapſi ſunt? Et quid * de veniâ à Deô obtinendâ vel obtentâ, ad vindictam ſeculi, pertinet? Quòd verò per tot annos indicia & argumenta, accuſandi & defendendi, confundi & obliterari neceſſe ſit: hoc omninò ad ratio-
5049 nem *communem* * præſcriptionum quoque *cæterarum* reſpicit; cùm & difficilis reddatur & periculis involvatur pluribus, protracta quoque cauſarum *civilium* cognitio; indeque terminum ac *finem cognitionum* eſſe oporteat.

5050 SIMPLICITER ] Ubinam * hoc *ſimpliciter* Deus voluit? cùm ipſe nunc fateatur *Auctor*, exactionem pœnarum, ex regulâ modôque utilitatis *Reipublicæ* & ſocietatis civilis, pendere.

DUPLUM ] Sed annon & *quadruplum* ab eô peti
5051 poteſt ex furtô manifeſtô ad 30 usque * annos? Hoc asſerere veretur *Auctor*, quoniam ſcilicet furti manifeſti pœnalis actio *ex Jurisdictione Prætoris* proficiſcitur. Et tamen nihilominùs *pr. Inſt. d. perp. & temp. act.* dicitur *& hæc perpetuò* dari. Cùm enim, ût *Theophilus* ibi notat, Prætor eam *leviorem* feciſſet pœnam corporali, quæ præſcripta erat huic furto *LL. XII. Tabularum*, commutatâ eâ in pecuniariam: non debuit eam etiam *breviorem* facere; præcipuè quòd actio furti *nec manifeſti* in duplum *perpetua*, manifeſti autem hâc ipsâ gravior eſſet.

5052 AD XX. ANNOS ] Imò ſi agam * *civiliter* ex *L. Corneliâ*, *l. 37. §. 1. d. Injur.* ad 30. usque annos durat. *add.* Mynſing *I. O. 84* Sand. *V. Tit. 8 def. 3.* tantùm ſi *criminaliter*, (quod tamen non eſt *Judicii publici*,) 20. annorum eſt. Sed miſcet hîc *Auctor* & confundit, (quod nempe eſt Doctoris perſpicui,) more ſolitô, omnes ex criminibus agendi & accuſandi rationes.

OB

OB INJURIAS REALES.] Nec * tamen *omnes*, ſed 5053
has ſolùm, quæ §. 8. *Inſt.* & *l.* 5. *pr. ff. d. injur.* deſignantur.

NOSTRIS MORIBUS.] Quaſi * non *Jure Romanô* 5054
*Inquiſitio* Criminum obtinuerit? v. *l.* 13. *d. Off. Præſid. l.* 1.
*C. d. Cuſtod. reor. l.* 7. *C. d. accuſat. N.* 128. *c.* 21. & *pll.*
ap. Beſoldum *Proceſſ. Judic. c.* 18. *in fin.* ùt * & J. Canon. 5055
*c.* 17. & 24. *x. d. accuſat.* &*c.* cumprimis ſi nullus accuſator prodeat. *l.* 2. §. 5. *ad L. Jul. d. adult. l.* 14. *C. d. accuſ.*

SUCCESSIT LOCO ACCUSATIONIS.] Hoc verò
falſiſſimum eſt, & *praxi* * *omnium Judiciorum* refutatur. 5056
Nam licèt *Inquiſitorius* Proceſſus, cumprimis *in Saxoniâ*,
frequentior ſit; & Judices inferiores, ſub pœnâ amiſsionis
Juriſdictionis, in Crimina inquirere teneantur: Carpzov.
3. *qu. cr.* 103. *n.* 53. Tamen & in ipsâ *Saxoniâ* Proceſſus
*Accuſatorius* * ſublatus adeò non eſt, ut ſæpè is cum in- 5057
quiſitorio *concurrat*; indeque *Carpzovius* ex Accuſatorio
Inquiſitorium fieri putet, quando accuſato tortura imponenda eſt: 3. *qu. cr.* 107. *n.* 58. & 106. *n* 97. (quod tamen
non agnoſcit cum *Oldekopio*, quem plerumque ſequitur,
*Blumlacherus* ad *art.* 45. *Ord. Crim. n.* 3.) & viciſſim inquiſitio ceſſare poſſit, ſuperveniente accuſatore *Id.* Carpz.
*d. qu.* 107. *n.* 55. Verùm etiam * *integræ Provinciæ* in *Imperiô* 5058
ordinarios Proceſsûs Criminum *Accuſatorios per Fiſcales* in uſu habent. An igitur adhuc Inquiſitio *moribus noſtris* in locum Accuſationis ſucceſſit? quod *Strykius* in *Forô* obſervavit.

COMMISSI DELICTI.] *Textûs* * ſunt aperti in 5059
*l.* 7. *ad L. Jul. pecul. l.* 29. §. 5. & *l.* 31. *ad l. Jul. d. adult* ubi
etiam *quinquennii*, licèt brevius, tempus abinde computatur.

tatur. Neque etiam in Civilibus *ignorantiæ* adverſus tri-
cennariam præſcriptionem ſubvenitur. *l. 3. d. præſcript. 30. an-
nor.* Sed vide *l. 1. §. 3. ſeqq. d. Jur. Fiſci.*

3060 CRIMINALITER INTENTATIS.] Quaſi verò * ali-
ter ob *extraordinaria crimina* experiamur, quàm *crimina-
liter*; & in modum publici judicii. *l. f. d. furt. l. ult. d. in-
jur. l. 7 pr. de accuſat.*

3061 POPULARIA] Quidni reſpondet ille * *Cujacio?* quòd
*l. ult. d. popular. act.* non niſi preſsè loquatur de *popula-
ribus: hæc* autem judicia *ab extraordinariis* criminum ac-
cuſationibus *totò genere differant.* Intereà ſunt *in exceptio-
ne* Judicia quædam popularia, quæ, ob inſignem utilitatem
publicam, *ultrà annum* protenduntur. *l. 1. §. 34. & 44.
ne quid in loc. publ. l. 1. §. ult. d. via publ. l. 2. §. f. d. lib.
hom. exhib. l. 1. C. d. Aleator. l. 13. ad Sc. Silan. l. 2. d. Col-
luſ. deteg.*

PROPTER CONTINUATIONEM.] Acuta, meher-
clè! & digna *Strykió* reſponſio! Quis enim dubitat, præ-
3062 ſcriptionis initium * fieri oportere ex tempore, quô *fini-
tum* eſt *crimen* ſ. abſolutum? quippe quòd accuſatio ſ. in-
quiſitio vel à flagranti vel jam conſummatô intentatur.
3063 Planè de *duratione * inquiſitionis* ſ. *accuſationis* quæſtio
eſt, quòusque ceſſante jam abſolutô factô criminis, dura-
re illa poſſit? ut eidem non præſcribatur. Et quid cum
ſuâ *continuatione Strykius?* niſi quòd hîc etiam in aëre
3064 piſcetur. An enim *continuat* * Apoſtata *crimen* hoc *poſt
mortem?* & tamen *Impp.* in *l. 4. C. d. Apoſtat.* reſcribunt:
In tantum autem contrà hujuſcemodi ſacrilegia *perpetuari*
volumus actionem, ut univerſis ab inteſtatô venientibus,
*etiam poſt mortem peccantis*, abſolutam vocem *inſimula-
3065 tionis* congruæ non negemus. Proinde per verba * *d. l. 4. C. d.
Apoſt.*

*Apoſt.* *nullis temporibus* intelligendum eſt: *nullò breviori*
*tempore*, verùm ut *perpetua*,* i.e. vicennii, ſit, & ultrà 5066
mortem delinquentis ad *quinquennium* adhuc, ùt *l. 2. C. h.*
junct. *l. 3. C. Th. eod.* protendi deberet. Quòd ſi enim * 5067
*immortalis* eſſet illa accuſatio, ne quidem mortuô reô in-
trà quinquennium finiretur. *l. 2. C. eod. l. 5. C. Theod. d. in-*
*off. teſtam.* Quin & ipſe *Strykius* vicennariam admittit à
die ſepoſitæ Apoſtaſiæ: quid igitur ad continuationem
criminis trahit verba illa, *nullis temporibus:* quô ſenſu,
cùm is gracilis ingenii & imò falſus ſit, ad textum illum 5068
*l. 4. C.* non reſpondet.

SEMPER ACCUSARE.] Iniquâ Minervâ tentat tex-
tum *l. 13. pr. ad SC. Silanian.* ùt ſolet, tardiſſimus Inter-
pres. Quod enim *Paulus* ait in *l. fin. ff. ad L. Pompej de*
*Parricidiis:* Eorum qui parricidii pœnâ teneri poſſunt,
*ſemper* accuſatio permittitur. Idem attendit *SCtum Si-*
*lanianum* in *l. 13. de SC. Silan.* ubi, cùm diſtinguatur * ra- 5069
tione actionis, quæ adverſus eos, qui tabb. aperuêre, nec
dum habitâ quæſtione ſuper nece teſtatoris, intentatur,
quòd actione illâ extraneus hæres ſolùm ad quinquennium
teneatur: idque ad hos, qui parricidii pœnâ teneri poſ-
ſunt, non pertineat; quippe quòd adverſus eos parricidii
quæſtio *ultrà quinquennium* moveri ſemper poſſit: non
alium habere poteſt intellectum, niſi quod *perpetuum*
tempus, quod in criminibus longiſſimum & vicennii eſt,
*breviori* ibidem quinquennio, opponatur.

LICERE DICITUR.] Sed tamen in *l. 13. ad Silan.*
non aliter * hoc dicitur, quàm in oppoſitione ad actio- 5070
nem quinquennalem, & reſpectu *Silaniani;* ex quô eô
magis conſtat, quô intellectu *l. ult. d. Parricid.* accipien-
da veniat.

PRÆSCRIBEBATUR.] Minùs dilucidè refert *Doctores*; quos intellexiſſe non videtur, ùt *ex ſeqq.* collectu facile eſt. Nam & per *vicennium* illud, dum de parrici-
5071 dio quæri poteſt, ſimul quæſtio *Silaniani* * adverſus eos agitatur, qui parricidii rei eſſe potuerunt, quibus omnium maximè incumbit, ut necem defuncti averterent; eamvè vindicarent.

5072 SUÆ GENERALITATI.] Relinquatur ſanè * ùt vox perpetua; & *vicennium* denotabit: cùm idem ſit *perpetuò* dari, in oppoſitione ad annum, biennium &c. atque *ſemper* dari, in criminibus, in oppoſitione ad *quinquennium*.

5073 TOLERARI POSSIT.] Si * tolerari poteſt, vitam ipſe ſuam interimit *Strykius*. Sunt enim ἀσύςατα parricidii accuſationem *immortalem* eſſe, & vel *ad tempus vitæ* parricidæ, quod *Ipſe* vult; & tamen *poſt vicennium*, ſuperſtite etiam reô, locum non habere.

NON VIDEO.] Et hoc eſt ἀμφισβητούμενον ἀντὶ ὁμολογουμένου τιθέναι: ad rationem diſputandi *Strykianam*? non
5074 video, quia * parricidium ultrà viginti annos accuſare licet: (quod tamen non evicit,) cur non illud ultrà 20. annos accuſare liceat?

5075 OMNIBUS CRIMINIBUS.] Quisnam verò hoc * *contrà Legem* illam 12 aſſerit? Sed non ſequitur niſi ex
5076 Philoſophiâ *Strykii*: Quia * non omnia crimina habent terminum vicennii, Ergò nec parricidium habet. Hunc in modum *Acanthio* quidam (in *Mercatore*,) argumentetur: *Philoſophari nunquam didici, neque ſcio*. Quin & alii
5077 *textûs* regulam vicennii exprimunt; quam regulam * cùm agnoſcat *Auctor*, exceptionem ille ut oſtendat, ei incumbet.

SED ET HOMICIDIUM.] Quòdſi verò *parricidium*

*dium* exceptum * non eſt; multò minùs exceptum erit 5078
*homicidium* ſ cædes propoſitò facta.

PRÆSCRIPSIT.] Bonum argumentum! Quia Deus
puniri hoc crimen voluit: ideò terminus * pœnæ in Re 5079
publicâ nullus eſt; ſeu potiùs nullus eſt terminus accuſa
tioni, per quam demum * ad puniendum pervenire opor- 5080
tet. Eâdem facilitate tu concluſeris: quòd cùm *omnia*
*crimina*, quæ in numerô *publicorum* eminent, & imò *pri-*
*vata*, Deus puniri aut coërceri voluit. Ideò nulla * accu- 5081
ſatio, nulla pœnalis actio, ullô terminô præſcribi pot-
eſt!

ANTE LEGEM MOSAICAM.] Quaſi non *ante*
*Legem Moſaicam* etiam *alia * crimina* præter homicidium, 5082
& ipſa, quippe *naturaliter* ſaltim prohibita, *pœnam* ſuam
habuerint?

LEGISLATORIS HUMANI.] Cùm in Politiâ ipſæ
etiam *pœnæ* * ſint in *arbitrio Legislatoris*, quoad *modum* 5083
earundem. (Homicidium verò, ſi vel maximè non exſta-
ret *Lex divina* * ſupplicii ultimi, vix aliter in ullâ Republi- 5084
câ, quàm vitæ amisſione, puniri poteſt:) Quidni multò
magis in ipſius arbitratu poſitum foret, terminum, intrà
quem * *reus* quis *argui* debeat, præfigendi. Et ſanè mul- 5085
tò magis pericula & incommoda metuenda * ſunt ex pro- 5086
tractione cauſæ, quæ vitam, ſanguinem, famamque, & quan-
doque amiſſionem omnium bonorum, concernit, quàm
quæ ex procraſtinatione actionum civilium in Republica
oriri poſſunt.

EXPRESSAM LEGEM.] Hoc verò ſatis dimiſſum
eſt & vulgare. Num enim ab eo, * qui *expreſſam regu-* 5087
*lam* habet, à quâ *ſpecies* iſta exempta non eſt, poſtulanda
eſt de iſtâ ſpecie *Lex expreſſa alia?* Et quid ſi * actionem 5088

 quan-

quandam civilem perſonalem non expreſſam diceret in
*l. 3. C. d. præſcript. 30. vel 40. ann.* an propterea illa non
tricennalis erit? ſi non etiam alibi nominetenus ad 30. an-
nos redigatur? Et quidnam fiet *Auctori* cum *ſuis axioma-
tibus?*

5089 PARITER OPPONUNT.] Cumprimis autem * adul-
terio. Nempe licèt adulterii crimen quinquenniô peri-
matur; accuſatio tamen *ſuppoſiti partus*, quoniam hoc
crimen majoris præjudicii eſt, perpetuò, h. e. ad *viginti
annos*, durat.

CUm RELIQVA.] Imò cùm communiter *falſi cri-
5090 mina* * eôusque ſtent ſub *regulâ* temporis perpetui, quod
juridicô ſenſu eſt vicennii, (ùt in *civilibus* tricennii: nam
5091 hactenus par * utrobique eſt ratio: Et ſatis conſtat, voce
*perpetui* in Jure nunc quidem intelligi, quoad actiones, fi-
5092 nem * *conſtitutionibus* introductum; §. 1. *Inſt. d. perpet.*
5093 *& temp. act.* ſicut *perpetuò* * durare dicitur actio *de Alea-
toribus*, quæ ad annum usque *quinquageſimum* durat. *l. 1. &
l. 3. C. d. Aleator.*) juſtâ ſequelâ infertur: Ergò & hoc cri-
men *partûs ſuppoſiti* eò usque durabit, nec ultrà ejus ac-
5094 cuſatio porrigetur; ſiquidem * non differunt dari in per-
petuum, & *nullâ temporis* (definiti brevioris) *præſcriptio-
5095 ne* excludi; Æquè ac de *Apoſtatis* * evictum eſt, quòd ver-
ba: *nullis temporibus*, non poſſint aliter accipi, quàm nullis
temporibus, quæ *perpetuo tempori inferiora* ſunt.

CONTINUATUM EFFECTUM.] Sanè nullum
5096 * eſt ex omnibus criminibus, quod infectum fieri poteſt.
5097 Nullum eſt, * in quo reatus eluatur, ſi non fiat per præ-
ſcriptionem. An ergò nullum propterea præſcribitur?
5098 Ita * non poteſt quæſtionibus *ſtatûs*, & ſimilibus, præſcribi?
5099 Quin & *ſuppoſitio* * *partûs* æquè eſt momentanea: partus
tantùm

tantùm perdurat; & perdurat adulter,* homicida & falſa- 5100
rius: & perdurat etiam partus adulterinus, nec reviviſcit
occiſus, * quæ falsò effecta ſunt, ſi perquiſitio eorum fieri 5101
nequeat, invaleſcere poſſunt: an propterea illa crimina
non præſcribentur? Eſto etiam, ſi vel maximè de partu
ipsô * ulterius quæri poſſet: an propterea is, qui ipſum 5102
ſuppoſuit, non poterit uti præſcriptione ipſius criminis?
quænam enim eſt illatio à partu ad ſupponentem, ejusque
pœnam? & num * propterea crimen continuatur in de- 5103
linquente, ſi criminis effectus eſt irretractabilis? Ut futi-
lia meritò habenda ſint, quæ hîc movit *Strykius*. Conti-
nuatæ ſcilicet affaniæ ſunt, non *continuata* delicta!

SINGULARIA HABEAT.] Mirum quòd non *Au-*
*ctor* hoc ab ordinaria præſcriptione exemerit? niſi verò
gravibus permotus fuiſſet rationibus in contrarium; par-
tim verò aliis dum utitur, ipſe * limitationes ſuas jam ex- 5104
hibitas unâ liturâ deleat.

NULLIBI EXCEPTUM.] Igitur * & *ſuprà* dicta vi- 5105
cennio finiri neceſſe eſt.

HUMANI JURIS.] Hoc verò maximum abſurdo-
rum eſt, crimen * læſæ majeſtatis *non niſi humani juris* 5106
eſſe.

ET HINC.] Igitur nulli crimini, quod * *Lege divi-* 5107
*nâ* notatur, præſcribi poteſt vicenniô? Quid eſt φλυαρεῖν,
ſi hoc non eſt?

DISPENSATIONI.] Num verò hæc eſt *diſpenſatio*
* in Crimine, quando pœnæ illius præſcribi poſſe conſti- 5108
tuitur? Quidnam *Strykio* eſt *Diſpenſatio*?

OBNOXIA.] An etiam * pœnæ nulli præſcribi pot- 5109
eſt, quæ crimini infligitur, quod pœnam quoque *Jure di-*
*vinô* habet. Mox aſſeret *Auctor*, non poſſe * Magiſtra- 5110
tum

tum in Republicâ *aliam* conſtituere & definire *pœnam*, niſi eam, quæ eidem delicto *Jure divinò* impoſita eſt. Et
5111 num ſequitur? pœna *diſpenſationi non eſt obnoxia, *Ergò* nec præſcriptioni? ſunt enim cauſæ plures, cur *præſcriptioni* locum dare oporteat: quarum nulla in *diſpenſatione*, & ne quidem in *aggratiatione*, occurrit. Quanquam pro-
5112 bare oporteat *Strykium*, dari pœnam vel aliquam *in *Jure Divinò*, in quâ *aggratiatio* admitti non poſſit? quantumvis ipſa *homicidii* fuerit.

DICENDUM.] Et dicat ergò nunc denuò *Strykius*, ſe inaniter vicennii præſcriptionem in adductis criminibus
5113 recusâſſe: nam illa & ipſa *nullâ Lege excepta ſunt. Quid-
5114 ni verò * *aſſaſinium*, *abactionem partûs*, *adulterationem monetæ*, ad *immortalia* refert, & *monetæ* crimen præcipuè, quod elegantius, cum ipsô, *crimen continuatum* dicere poſſes, præ cæteris: niſi jam ſatis ineptiarum habeamus!

5115 STATUUNT.] Et tamen hi rectè ſtatuunt. * Quanquam in *Inquiſitione* diſcrimen, quoad quinquennium, inter *adulterum* & *adulteram* non ſervetur. Cæterùm quod *accuſationem* attinet, quæ varias digresſiones habet: dicendum eſt, *accuſationem adulterii* per quinquennium continuum, ab actu ultimò commiſſi adulterii, inſtitui poſſe. *l. 5. l. 28. C. ad L. Jul. d. adult. l. 29.* §. 7 *l. 11.* §. 4. *ff. fin. eod.*
5116 Sed accuſationem *adulteræ* in univerſum * habere terminum ſex menſium utilium, (quanquam hi ita computandi ſint, ſi fortè non detegatur anteà adulterium, ut nun-
5117 quam excedant * *quinque annos*, à die commiſſi: ne aliàs fœmina deterioris foret conditionis; nam is eſt ſenſus §. *1. l. 29. ff. d. t.* Non quòd etiam fœmina ad quinquennium usque rea argui poſſit, ſi fortè jam 6 menſes elapſi fuiſſent:) Videlicet duo menſes priores tribuuntur *conjunctis*,

& ſic

& ſic 60. dies utiles, (connumeratis etiam in *l. 11.* §. *6.* feriatis,) & quidem in fœminâ *nuptâ*, à die divortii, *l. 29.* §. *5. d. t.* in *viduâ*, à die admisſi criminis, *d.* §. *5.* intrà quos maritus uxorem, pater filiam, quam in poteſtate habet, *l. 4.* §. *2. h.* accuſare, & unus alterum prævenire, poteſt; *d. l. 4. pr. l. 15. pr. h.* ut tamen maritus ſic etiam periculum calumniæ non evitet, *d. l. 4. l. 14.* §. *3. j. l. 37. eod.* Quòd ſi tamen maritus & pater intrà duos illos menſes ſe accuſaturos eſſe negaverint: ſtatim *extranei* admittentur; *l. 15.* §. *5. h.* quibus aliàs non niſi poſt duos menſes, intrà quatuor abinde ſequentes, locus fit; eosque pariter utiles. *d. l. 4.* §. *1. h.* (ut tamen adhuc maritus, item pater, intrà hos, ùt extraneus quilibet, non minus admittantur; *l. 11.* §. *6. l. 29.* §. *5. ff.* & *l. 6. C. ad L. Jul. d. adult. l. 14.* §. *2 ff. eod.* Pater autem h. m. calumniæ periculum ſubeat. Eſtque *extranei jure* accuſare, cum inſcriptione reum agere. *l. 6. l. 30.* § *1. C. h. d. l. 14.* §. *2. eod. tit.* Ex quibus patet, quòd *maritus* etiam, quando * *mariti* jure accuſat, non exemtus ſit pe- 5118
riculo calumniæ: nec minùs quòd * non tantùm ad di- 5119
vortium reſpiciatur, ut inde illi ſex menſes connumerentur; nam ei apertè reclamat *l. 29.* §. *5.* nec divortii, ùt cauſæ, mentio fit; ſed duntaxat, ſi divortium contigerit, abinde computationis initium in bimeſtri ſumendum esſe. De cæterô quinquennii rationem aliter in fœminâ non haberi, niſi ut non tempora illa menſtrua, dum in fœminâ *nuptâ* à die divortii inchoanda ſunt, excurrant ultrà quinquennium ab admiſſo crimine: cùm quidem in *viduâ* eô ipsô non poſſint ne quidem ad quinquennium decurrere, quòd in eâ computentur à die admisſi criminis. Cùm igitur abinde & hi, qui conjunctorum, & qui extraneorum, jure ad accuſandum procedere poſſunt, ſo-

 lùm

lùm admittantur intra ſex menſes, à die admiſſi criminis; nec ulli præterea ſint, qui accuſare unquam poſſunt: quâ ratione poteſt *Strykius* aſſerere? novâ ſcilicet, contrà communem, ſententiâ, quòd poſſit dari accuſatio (à quonam
5120 * verò?) poſt ſex menſes à die commiſſi criminis adusque quinquennium. En rurſus accuratum *Legis 29. §. 5. d. t.* Interpretem; imò potiùs Legirupam!

CIVILITER AGATUR.] Ponit *axioma* de actione
5121 * *criminali;* & hoc *limitat*, ſi *civiliter* agatur!

PECUNIAM SACRAM VEL RELIG.] Sed hoc non
5122 eſt * crimen *peculatûs;* utut *eâdem Lege Juliâ* contineatur *publici judicii*, quæ de peculatu rogata fuit; indeque dicitur *à potiori* Lex Julia *peculatûs* etiam quæ de *ſacrilegiô* & de *reſiduis* lata eſt. *l. 1. l. 4. pr. b* junct. *l. 2. ad L. Jul. peculat.*

ANTHON MATTHÆI TIT. XIX. C. IV.] Inaniſ-
5123 ſimum * allegatum! ut non oporteat *Strykium* inſpexiſſe *Auctorem.* Hoc omne eſt quod habet: *Peculatus perimitur quinquennio. l. 7. ad L. Jul. pecul.*

VINDICATUR] Nec tamen ſequitur: ſimilis *pœna* crimini *Reſiduorum* hodiè infertur, Ergò ipſa accuſatio vel inquiſitio ejus ad vicennium porrecta eſt. Nam poſtquam *furtum* nunc quidem ad crimina publica tranſiit:
5124 continetur illud quoad præſcriptionem * ſub regulâ vicennii. Sed *peculatus* & reliqua ipſius *L. Juliæ* jam antè à regulâ iſtâ in *l. 7. ad L. Jul. pecul.* exemta fuêre. Habentque alia non minùs, in quibus à furto differunt: ne-
5125 que etiam ſimpliciter * *ùt furta* coërcentur.

QVIDAM EXISTIMANT.] Hos verò infrunitos & imò vervecea capita eſſe oportet! Quis * enim non vi-
5126 det, quòd in *l. 29. §. 6. ad L. Jul. d. adulter.* nulla alia *Lex Julia*, quàm *de adulteriis*, intelligi poſſit.

CRIMI-

CRIMINIS VINDICATIO.] Hoc autem malè pro-
batur * *l. 1. ne de ſtatu defunctorum poſt quinqu. quær.* 5127
An enim exinde ſequitur: Ergò ſi de *crimine* cujusquam
quæri adhuc poteſt poſt mortem ejus, non debet hoc fieri
ultrà *quinquennium?* Et quomodo hoc, quod *Nerva Im-*
*perator* primus omnium *Edictô* vetuit, poſt quinquennium
mortis cujusque *de ſtatu* quæri, *l. fin. d. t.* poteſt ad quæ-
ſtionem trahi de crimine? Num etiam, quod de *Apoſta-*
*ſiâ* * peculiariter *l.2.C.d. Apoſtatis.* cautum eſt, ex hoc *quin-* 5128
*quenniò quæſtionis ſtatûs* pendet? Et an hoc ipſum quo-
que ad crimina * alia, de quibus poſt mortem quæri pot- 5129
eſt, trahere licet? Quænam verò hæc ipſa ſunt, * præter 5130
crimen *majeſtatis;* de quô omninò falſum eſt, quòd *me-*
*moriam* ejus, qui criminis iſtius reus eſt, non liceat poſt
mortem illius damnare, * *niſi intrà quinquennium.* 5131

TUTIUS SIT.] Imò neceſſe * eſt, ut fiat ab eô, qui 5132
Jurisdictione fungitur. Quidni enim ille valeat adverſus
fugientem inquirere? Idque impedimentum non juris,
* ſed facti eſt; quod nec accuſationem impedit. 5133

## AD
# MEMBRUM III.
## De
## *Actionibus Prætoriis.*

CUM ABSURDUM.] Sed hæc ratio abſurda eſt! Et ab-
ſurdæ * ſic forent *omnes Leges civiles*, imò etiam *Præ-* 5134
*toriæ*, * & vel ipſæ *reſciſſoriæ*, quæ breviori quàm 30. an- 5135
norum, vel perpetuô tempore, res alienas detinentem, vel

5136 debitorem, * ſecurum adverſus actionem præſtant; & ab-
5137 ſurdæ * fuerant *XII. Tabulæ*, quando uſucapionem mobi-
lium annô terminarunt. Quidni verò inſiſtit *Strykius* Le-
5138 gibus? in quibus proditum eſt, * conforme *Jus Prætorium*
eſſe *Civili*, in his actionibus, quæ non contrà Jus Civile
dantur, ſed ſecundùm vel præter illud: nec enim cauſæ
quid fuerat, cur non illæ olim perpetuæ eſſe debuerint;
prout etiam deinceps *Juſtinianus* honorarias eas ad lon-
giſſimum tempus, æquè ac civiles, deduxit. Planè quod
5139 citatam * *l. 8. §. 7. d. Precario.* attinet: non dicitur ibi,
quòd abſurdum ſit, actionem Prætoriam intra annum ex-
pirare. Sed quòd *Labeo* ſcripſerit, ideò competere debe-
re *Interdictum de Precario* poſt annum; quoniam non-
nunquam precarium *in longum tempus concedatur: & ſic*
abſurdum eſſet dicere, quòd interdictum illud poſt annum
non habeat locum: an verò inde infertur? Ergò abſur-
5140 dum fuerit, actionem * quamlibet Prætoriam, quæ rem
perſequitur, non ultrà annum porrigi? Aſt cùm ad *tex-
tuum* intellectum perventum eſt, à lineis excidit *Stry-
kius*!

5141 XX. ANNIS.] Quin * & 40. ùt eſt *hypothecaria*;
ceu nunc ſequitur.

5142 NON EX CONVENTIONE.] Imò quia * *realis*
eſt, & ex bonæ fidei poſſeſſione competit. Nec enim
5143 omnis actio *perſonalis* ſtatim * *ex conventione* naſcitur.

5144 PERPETUA EST.] At verò non eſt ſimpliciter per-
petua: verùm quia hæc actio non eſt per ſe ſubſiſtens
actio, ſed potiùs *adjectitia qualitas*: hinc terminos præ-
ſcriptionis ſortitur ex fatô actionis *perſonalis*, cui adjici-
tur. Tantum hoc placuit *Prætori*, ut finitô peculiô, per
mortem naturalem, vel aliter ſolutâ poteſtate, non poſſet
ultrà

ultrà annum durare *de peculiò* quæſtio. Unde quando *perpetua* dicitur, durante poteſtate: illud ad *ſenſum civilem* intelligendum eſt, in reſpectu, ad *actionem annalem*, vel termini definiti *aliam*, quam *temporariam* appellabant. *l. 1. §. 1. & l. 2. pr. quando de pecul. act. annal. eſt.* Imò ne quidem eſt *annalis* ſimpliciter poſt ſolutam poteſtatem, ſi ipſa *principalis* actio *breviorem vitam* habeat. *d. l. 2. pr. eod.*

EXERCITORIA.] Sed non eadem eſt * ratio actionis hujus, quæ eſt actionis *ex Jurejurando.* Nam hæc, 5145
uti *per ſe* ſubſiſtit: v. *l. 5. §. 2. d. pecul.* ita & juxta ſe habet adhuc actionem *veterem*, quâ non minùs uti licet. *l. 30. pr. d. Jurej. l. 13. § 3. & 5. eod. Exercitoria* verò (item *Inſtitoria*,) non ſubſiſtit per ſe, verùm eſt *adjectitia** qua- 5146
litas, indeque præſcribitur eodem tempore, quô *principalis;* adeòque non eſt omnimodò perpetua.

ETIAM POST MORTEM.] Et quidni *ſolutâ poteſtate.* Nec enim illa datur ratione poteſtatis, ùt actio de peculio, ſed intuitu * *præpoſitionis;* ut non interſit, quis- 5147
quis etiam negotiationi præpoſitus fuerit.

IN L. VIII. EOD.] Nil ibi eſt, * quod huc perti- 5148
neat. Colligi verò poteſt quod diximus, ex *l. 7. §. 1. de Inſtitor. act.*

EADEM RATIO.] Imò idem eſt in actione *de in rem versô*, & *quod juſſu;* quòd nempe tempora præſcriptionis ſortiantur ex actionibus *principalibus* eis, quibus adjiciuntur.

PRINCIPALITER.] Quid eſt **principaliter* tendere 5149
ad rei vindicationem? quomodo poteſt vel *minùs principaliter* tendere remedium *poſſeſſorium* ad *rei vindicationem?* Indoctiùs loquitur, quàm in Tragœdiâ Comicus!

5150 AD REI VINDICATIONEM.] An verò * ex *fine*,
quem *remotiùs* ſibi fortè propoſuit is, qui poſſeſſorium in-
greſſurus eſt, præſcriptio ipſius remedii poſſeſſorii conſti-
tuetur? Sanè qui *poſſeſſoriò* obtinuit, *rei vindicatione* non
indiget.

PERSECUTIONEM.] Quotnam autem ſunt Inter-
5151 dicta, quæ *ad rem* diriguntur; nec tamen * *perpetua* ſunt?
*Pœnalia* verò, ùt eſt *Quod Legatorum*, poſt annum non
competunt. Quin & ſi ex illicitâ interdicti causâ quid
*ad hæredem pervenit*, etiam in hunc datur æquè poſt an-
num. *l. 4. d. Interd. l. 15. §. 3. Quod vi aut clam.* Quan-
quam igitur Interdicta in univerſum ſint vel *annalia* vel
5152 *perpetua*, *l. 1. §. ult. d. Interd.* Tamen * *annalia* ſunt *re-*
5153 *gulariter.* Sic * enim Interdictum *Quod vi aut clam*,
eſt annale; *l. 15. §. 3.* niſi quòd ex magnâ causâ exceptio
anni remittatur. *d. l. 15. §. 6.* Quod & de aliis paſſim ca-
5154 vetur. Interdictum *Uti poſſidetis* * itidem annuum eſt *l. 1.*
5155 *pr. Uti poſſid.* Interdictum *Unde vi.* * *l. 5. C. d. except. &*
*præſcript.* it. de *Tabb. exhibendis*, non niſi ex causâ poſt
5156 annum * datur. *l. 3. pr. d. Tabb. exhib.* (ubi *Dd.*) An ergò
5157 interdicta, quæ ad rei perſecutionem tendunt, * ſunt per-
petua? vid. etiam de Interdictô *Quorum bonorum*, Fride-
rum *Tit. 16. d. Interd. n. 63. ſeq.* Quanquam perpetua ſint
utique illa, quæ *publicam cauſam* concernunt; ùt & quo-
rum *natura* id poſtulat: quò interdictum *de Precario* per-
tinet. *l. 8. §. pen. d. Precar.*

5158 DE PRECARIO.] Nil inde * inferri poteſt ad *per-*
*petuitatem* Interdictorum.

DE VI ET VI ARM.] Quatenus ſcilicet ad hære-
5159 dem * & ſucceſſores cæteros quid pervenit; quippe quòd
turpia

turpia lucra etiam aliàs extorqueantur hæredibus: de cæ-
terò vide *l. 5. C. d. except. & præſcr.*

CONTRA NUNCIATIONEM.] Non* immeritò, 5160
affectâ ſcilicet causâ.

POST ANNUM.] Non niſi ùt dictum eſt, v. *Paul. IV. ſent. 7. §. ult.*

IN LOCO PUBL.] Quæ jam ſequuntur, *cauſam* * 5161
*publicam* attinent.

DE RELIQVIS.] Vanisſima illatio à particulari * ad 5162
univerſale! Quin imò *Legibus* apertè * reclamantibus: & 5163
cùm ne quidem illa quæ recenſuit, omnia * perpetua ſint, 5164
vel ob naturam peculiarem * talia haberi oportuerit. 5165

REMEDIA POSSESSORIA.] Et hic labitur Auctor
περιφερόμενος. An enim *poſſeſſoria hæreditatis petitio,* de
quâ in *pr. Inſt. d. perpet. & temp. act.* agit Imperator,
eſt * *interdictum?* aut judicii *poſſeſſorii?* & ne quidem il- 5166
læ poſſesſiones, quæ aliàs etiam *ex decreto* dantur. An
remedia illa, quæ propoſita ſunt ab eò, his, qui *hæredis
loco* ſunt? *d. pr. Inſt.* v. *l. 4. §. 21. d. fideic. libert. pr. Inſt.
d. ſucc. ſublat. l. 18. ſi quis om. cauſ. teſt. l. 1. §. 2. 3. ad Falc.
l. 8. d. condit. Inſtit.*

V. G. INTERDICTUM] Labitur demisſiùs. Nunc
enim tradit, quæ *Bonorum poſſeſſori* in *pr. l. d. t.* datur
actio *petitoria*, de quâ *t. t. ff. d. Poſſeſſoriâ hæred. petit.*
eſſe * *Interdictum Quorum Bonorum.* Et hoc ipſi eſt ſim- 5167
pliciter perpetuum. * v. Frider. *d. l.* Sanè *Bonorum poſſeſ-* 5168
*ſio* * (quæ tamen poſſeſſorii judicii aut Interdictorum non 5169
eſt,) *intrà annum* regulariter peti debet. *l. 1. §. 12. & 16.
d. ſucceſſ. edict.*

QVOD LEGATORUM.] Quâ verò ratione poteſt
hoc remedium dici eſſe * *bonorum poſſeſſorium?* & quid 5170
commu-

5171 commune habet hoc Interdictum cum * *Bonorum poſſeſ-*
5172 *ſione?* Et num de eô agit * *pr. Inſt. d. perpet. & temp. act.*
5173 Et an eſt *perpetuum?* Quidni enim ſub regulâ * manet,
quia ex factô *illicitò* oritur. An etiam illô interdictô con-
5174 ſequimur * *hæreditatem?* Et quænam ſunt *ejus censûs &c.*
5175 quæ hîc *Auctor* innuere * voluit? Denique confuſionem
5176 & in hoc *Axiomate* alit *Strykius*, quando *Interdicta* * re-
mediis ſ. *actionibus Prætoriis non Poſſeſſoriis* immiſcet.

## AD AXIOMA II.

5277 ALIQVANDO.] Imò * ſemper reſcindunt, quod
Jure Civili firmum validumque fuerat. Eaque eſt ratio
5178 unica * & legalis in *l. 35. d. O. & A. Auctoris* verò ratio
5179 cerebrina & inſulſa eſt. Nam * *finis litium* in omni præ-
ſcriptione intenditur. Hîc verò de *differentiá* ipſarum
*actionum Prætoriarum* quæritur, cur *aliquæ* earum, & præ-
5180 cisè quidem * *reſciſſoriæ*, non ſint perpetuæ? ùt rei perſe-
cutoriæ Prætoriæ aliæ. Ad hanc quæſtionem quadrare
non poteſt ratio, quæ *omnibus* præſcriptionibus *rerum* &
*actionum* communis eſt; eô ipſô quòd hîc de ratione
5181 * differentiæ harum ſpecierum actionum Prætoriarum
quæritur.

NON FACILE RESOLVI.] Ut verò actûs & nego-
5182 tia reſolvi, reſcindi, annullari poſſint, ſi *æquitas* * poſtulet:
illud utique *per ſe odioſum* non eſt, nec lites auget, imò
iniquitatem corrigit; maximô juſtitiæ jurisque *favore:*
quem & propterea ampliare & juvare oportet. Itaque
5183 hæc ratio huc * non pertinet. Subſiſtat ſanè oportet
5184 *Strykius* in ratione *Legis* * 35. præcisè, velit nolit, quòd
odioſum ſit, à Prætore reſcindi, id quod ſecundùm Juris
Civi-

Civilis regulas, & ſic * *ipſô Jure*, validum fuerat; ut quam- 5185
vis neceſſitas Juris id poſtulet, corrigi ſtrictum Jus Civile
ad æquitatis rationem; tamen hæc correctio *intrà modum*,
ſaltim *temporis*, conſtringeretur: cùm ſatis fuerat, ſi con-
trà Juris Civilis Auctoritatem æquitas Prætoria, *re ipſâ*,
locum *aliquô*, licèt breviori, *tempore* inveniret.

ANNUS UTILIS] Quanquam *Prætoris* imperium
*annô* duraret *continuô*. Sed in annum *utilem* non ſimpli-
citer computabantur dies *faſti* ſ. *Juridici*; verùm * ſolùm 5186
ex his, qui *parti utiliter currere* poterant. Hinc rectiùs
*negativè* dicimus: in annum utilem * *non computabantur* 5187
*dies nefaſti*, ùt nec in univerſum tempus illud, à quô *ini-
tium* actio capere non poterat; ùt eſt in *Reſtitutionibus
in integrum minoris*, tempus minorennitatis; in *majorum*
reſtitutione, tempus adhuc durantis cauſæ læſionis, ſeu læ-
ſionis necdum ceſſantis; ùt eſt abſentiæ, paupertatis, mor-
bi, ignorantiæ. &c.

NON SINE CONTROVERSIA.] Quidnam verò
poſitâ *regulâ* dierum *utilium* * controverſiæ ſupereſſe po- 5188
terat? Itaque hæc rurſus eſt futilis aliqua ex rationibus
cerebrinis *Strykianis*. Linquat ille nugalia ſua, & addiſcat
*Leges Romanas*, quarum Interpretem ſe profitetur? veram-
que rationem, ſi poteſt, ex * *l. f. C. d. Temp. reſt. in in* 5189
*tegr.* hauriat!

PLACUIT IMPERATORI JUSTINIANO.] Ubinam
hoc placuit *Juſtiniano?* * cui ne quidem hoc unquam in 5190
mentem venit. Non utique ſolebant ἀδολεσχῶν, quos *Im-
perator* ille ad condendum Jura ſua adhibebat.

PENITUS A REPUBLICA SEPARARE.] At * verò 5191
hoc imperitiſſimum eſt! totumque *Jus Juſtinianéum Strykio*,
in omnibus actionibus Prætoriis * annalibus, etiam reſcis-

ſoriis, (niſi de quibus Imp. in *unâ l. fin.* diſpoſuit,) re-
clamat.

EJUS LOCO SUBSTITUERE QVADRIENNIUM.]
Ingrediamur *Legem ult. C. d. temp. in integr. reſtitut.*
quam reverà ignorat *Strykius :* qui & aliàs *Jus Roma-*
*num* pedibus ingreditur; natare non didicit! Ibi depre-
5193 hendimus, *Imperatorem* * unicè agere de *anno utili*, quod
*reſtitutioni in integrum* impetrandæ præfixum erat à Præ-
5194 tore. An ergò * penitùs ſuſtulit è Republicâ *annum uti-*
5195 *lem ?* Deinde Ipſe *unicè* loquitur de reſtitutione * *Mino-*
*rennium*, & *Majorum* ex *Edictò generali: Ex quibus cc. ma-*
*jores.* Hinc illud quadriennium, de quô *d. l. fin.*, ad reſti-
tutionem eam, quæ ex capite *doli* eſt, non pertinet: *l. f. ff.*
*& l. f. C. d. dolô malô.* ùt nec ad reſtit. ex capite *metus :*
*l. 14. §. 1. quod met. cauſ.* nec ad eam, quæ eſt *ob capitis*
*minutionem ; l. 2. §. f. d. Capite minut.* ùt nec ad illam,
quæ fit ob *alienationem Jud. mut. c.* factam. *l. 6. d. alien. Jud.*
*mut. c. f.* Anne hoc eſt, loco anni utilis, * ſaltim in cap.
5196 metûs & alienationis, quadriennium ſubſtituere? & an
quadriennium, de quô in *d. l. fin.*, ad omnes * ſaltim reſti-
5197 tutiones in integrum pertinet? aut * cur non pertinet
5198 etiam ad actionem doli & ad tit. de capite minutis? ſi ul-
trà reſtitutionem Minorum & Majorum, (quam dicimus,)
5199 ad alias etiam ſpecies ejus porrigitur. An ergò qui * in
iſtis *duabus ſpeciebus* mutavit annum utilem in quadrien-
nium continuum : propterea in aliis idem fecit? Sanè in
hoc *reſtitutionis* articulô ne quidem fecit; niſi in ſpecie
unâ alterâve, de quâ *præcisè* & *explicitè* loquitur: quid
5200 ergò id fecerit *in tot * actionibus Prætoriis aliis ?* quæ an-
num utilem præfinitum habent. Quisquis verò primis
labris *Antiquitatem Juris Romani* attigit, & cum *Strykio*
non

non omni interpretationis ſubſidiô deſtitutus eſt: ille ſatis ex *d. l. fin.* percipit, *Juſtinianum*, quando in *d. l.* de differentiâ *antiquæ Romæ*, & almæ urbis ſ. *Conſtantinopoleos*, tum deinde *Italiæ* & aliarum *Provinciarum*, meminit; ùt & in Legis initiô de *differentiâ anni utilis*: voluiſſe *Ipſum* poſthàc ſublatum *diſcrimen Juris*, quod hactenus obtinuerat; ut cùm *Romæ* antehàc pro *reſtitutione in Integrum obtinendâ* quinquennium, (& ſic in *novâ Româ* ſ. Conſtantinopoli totidem anni,) in *Italiâ*, (quæ caput Imperii, *non Provincia*, fuerat:) quadriennium; in *Provinciis*, quæ ſubactæ in ditionem populi Romani venerant, indeque eidem tributariæ erant redditæ, Sigon. *L. 1. d. Antiq. Jur. Provinc. c. 1.* (niſi verò ſpeciali beneficiô *Jus Italiæ* obtinuiſſent, *Cujac. XII. Obſ. 33. & XXVII. O. 2.*) triennium continuum ſervaretur; donec *Prætor* ad extremum *Romæ* annum utilem locô quinquennii introduxiſſet: impoſterùm his *differentiis ſublatis*, (ne ampliùs diſcrimen *Juris* ex differentiâ *locorum* ſupereſſet,) voluerit tempus *medium Juris Italici* electum; ut quamvis deinceps quoque tempus per totum Imperium ratione *initii* eſſet *utile*, in *progreſſu* tamen *continuum* eſſet *quadriennium*; (idque etiam *finiendæ* cauſæ. *l. 6. eod.* & *d. l. f. add.* Ummiô *XIX. n. 96.* ùt & *d. l. 1. d. reſtit. in int.*) in *iſtis* reſtitutionis in integrum *ſpeciebus*. Nam quòd ſolùm in his *duabus* ſpeciebus hoc ita voluerit, ſatis conſtat *ex ipsô textu*; tam quòd de *omnibus* ſpeciebus reſtit. in integrum loqui *non potuerit*, dum non loquitur de his, in quibus *annus utilis ipſius tempore non obtinebat*; indeque illis ſuum terminum *reliquit*: (unde jam perperam quis urgeret, hanc *Conſtitutionem* complecti quamlibet *Majorum* reſtitutionem: (Et ſi *non* continet ſaltim *aliquas*: cur *alias* contineret,

 neret,

neret, de quibus *itidem diſertè* non loquitur? ) quàm etiam quòd *expreſsè* dicat: *non ſolùm* in *Minorum* Reſtitutionibus, (quô ipsô indicat, *ægrè* ad alios id porrectum fuiſſe:) ſed etiam in *Majorum*, ſervari debere quadriennium. Ita quidem, ut quemadmodum in quadriennium Minorum, non niſi tempus à ceſſante Minorennitate computatur: ita etiam *in Majorum* quadriennio excipiatur *tempus, in quô Reipubl. causâ abſuerint*, (quæ *primaria* cauſa eſt in *Edicto: Ex quibus cc. Majores.*) vel *aliis legitimis cauſis*, quæ veteribus Legibus enumeratæ ſunt, (puta in *Commentariis* ad *Edictum* Prætoris, in verb. ſi *qua alia* mihi *juſta cauſa* eſſe videbitur:) fuerint *occupati*. Quæ cùm adeò dilucida ſint: nemo rectâ cum ratione ex verbis protinùs ſequentibus: non abſimilis ſit hac in parte, (quadriennii & computationis ejus,) *minorum & majorum* (in *Edictô* jam expoſitô,) reſtitutio, niſi planè ſtupidus ac indocilis, diverſum aſſerere audebit. Et jam ſe pleniùs exerere poterit facies elegantisſima Interpretationis *Strykianæ*, tot nimirum ſubſidiis & luminibus inſtructæ! quando ait, ideò placuisſe *Imperatori* immutationem in quadriennium, quia *non*
5201 fuerit *computatio* anni utilis* *ſinè controverſiâ*. Ubinam enim vel annus utilis vel computatio anni utilis, quam *Ipſe* rectam & indubiam exſtitiſſe fatetur, fuerat in con-
5202 troverſiâ? Et an hæc erat *ratio* * introducendi quadriennii? An penitùs ſuſtulit adhuc è Republicâ annum uti-
5203 lem *Juſtinianus*? Cur verò quadriennium * ſubſtituit? Si quis talia ad paleas inanes referet: ille vix evadet labem ignorantiæ, ut non potiùs in ipſum hoc *Gregorii* in *Orat. X X.* congruat: *Imperiti omnes ſui ſimiles eſſe cupiunt, ut privata eorum inſcitia ſub*

*ſub communi deliteat, nec quisquam ignorantiam eorum prodat & arguat.*

QVIBUS NON AGITUR AD RESCINDENDUM
ACTUM GESTUM.] Non dicam, quòd * non modò 5204
*actûs geſti* reſcindantur. Saltim, quòd ille *omnia reſciſſo-*
*ria* remedia *Prætoria* ad quadriennium redigit: id verò
vel maximè falſum & abſurdum eſt; non tantùm, quòd
ad * pleraſque ſpecies reſtitutionis in integrum hoc non 5205
pertineat: ſed & ſi quis actionem *Paulianam*, annuam ſci-
licet, *l. 1. l. 10. ff. l. f. C. quæ in fr. cred. f.* eique *ſimiles*, (quæ
quidem *perpetuæ* ſunt, *l. 3. §. 1. de his quæ in fraud. patr.*
quin & annuæ. *l. 1. §. 25. eod.*) reductas ad quadriennium,
(& per quamnam *Conſtitutionem* Legemvè?) dixerit: ùt
& *ædilitiam* in *l. 19. §. f. d. ædil. ed.* ille verò meritô ſuô
exſibiletur.

AD REM USUCAPTAM.] Loquatur cum * *Legibus* 5206
*Auctor*, ùt JCtum decet! Non tantùm ad rem uſucaptam
reſtituendam datur actio reſciſſoria.

SEU POTIUS.] Ineptè *Strykius* actionem illam, de
quâ in *Tit. Quæ in fraudem Cred.* agitur, ab eâ quæ in
*§. 6. Inſt. d. Action.* propoſita eſt, * aliam & diverſam ha- 5207
bet: in quô ῥευβωδῶς βαδίζει. Sed quî poteſt aliter: cùm
expedire * neſciat dubium, cur *Juſtinianus* in *d. §. 6.* actio- 5208
nem *Paulianam* inter actiones *Prætorias reales* referat, &
tamen actio in *tit. Quæ in fraud. cred.* pro *perſonali* ha-
beatur. Eſt verò expeditus maximè *Strykius*. Sunt
nempe, cùm ipſi hoc placeat, duæ diverſæ actio-
nes!

GENERALITAS.] Doceat ille *Struvium*! Clariſſi-
mum & ſubactô judiciô doctrinâque validum JCtum!

 Quàm

5209 Quàm pulchrè verò ſe exhibeat ***generalitas* illius *textus?*
ſingulæ illius literæ eloquuntur.

INSTAR ACTIONIS REALIS.] Eundem lapidem
5210 offendit, quem **ſuperiùs*, ſub actionibus realibus, *axiom. 1.*
ubi oſtenſum eſt, quàm ille ἀπτιφυκῶς ad interpretatio-
nem *Legis 3. C. d. his, quæ vi metusvé cauſ.* fuerit.

5211 IN MOMENTUM.] Quaſi * aliter curreret tem-
pus *continuum.*

5212 OB ABSENTIAM.] Annon etiam *cauſas* * *alias?*
Rectiùs dixiſſet, ex *Edictò, ex quibus cauſis majores.* reſti-
tuendis.

ALIUM ADVERSARIUM NON HABERE.] Lo-
5213 quatur cum *Legibus!* Non * agitur hâc actione, quòd ad-
verſarius alius ſubſtituatur: nam hoc fieri poteſt, etiam
5214 *judiciò non mutatò;* ſed quòd *alienatio* * *mutandi judicii*
*causâ* facta fuerit.

5215 DE ANNO UTILI.] Et de quô * aliô? Sed annus
5216 ille non, quod *Auctor* putat, in * *quadriennium* muta-
tus eſt.

AFFIRMANDUM PUTO.] Putet ille, quicquid ve-
5217 lit. Nam hactenus * ineptire non deſiit.

POTESTAS EST.] Invictiſſimô argumentô! Ideò
tempus utile in *Ædilitiô Edictô* in quadriennium eſt mu-
tatum, quia *in d. l. 55. d. Ædil. edict.* ſolùm *dies utiles* nu-
merantur. Quid ex hoc infert *Auctor?* non aliud ſanè,
quàm in illô *Pandectarum* Jure Ædilitiô *tempus* quod ob-
5218 tinet, *eſſe* * *utile;* quod quidem nullâ probatione indiget;
5219 an verò ex hoc ſequitur, *Ergò* tempus illud utile eſt * mu-
tatum in quadriennium? Nam de hoc quæritur. Et ubi-
5220 nam, cùm ex *Strykii* petitione principii * & elumbi diſpu-
5221 tandi ratione, nil penitùs ſequatur, *Lege* * hoc cavetur?
An

An * *l. fin. C. d. temp. in int. reſtit.* agit de *Ædilitio Edictô?* Et ſi tempus *quadruplandum* fuerit, an quadruplum 5222
ſex menſium * facit quadriennium? Eôdem computô *Strykianô*, quô quadruplum temporis bimeſtris quadriennium 5223
conficit. Utique enim *quadriennium*, ad quod ille provocat, *ex d. l. fin.* * preſsè cuſtodiendum eſt. 5224

FATETUR BACHOVIUS.] Ubinam * hoc? non 5225
ſanè in *citatô locô.*

DIFFICILEM COMPUTANDI RATIONEM.] Profectò difficilis eſt *Strykiana* computandi ratio? An verò
*Juſtinianus* reſpexit in *d. l. f. C.* ad * difficilem anni uti- 5226
lis computandi rationem? & an quadriennium continuum
introduxit eô fini, * ut iſtam difficultatem tolleret? In- 5227
ſpiciat *Textum* quisquis non omninò hebes ingeniô eſt, & primô intuitu deprehendet, nugas garrire *Strykium.*

IN GENERE.] Imò hoc ſatis probavit Auctor!

QVADRUPLICATUM.] Pulchrè dictum: quia *Juſtinianus* ad quadriennium * Italicum in reſtitutione illà 5228
duplici, tanquam ad tempus *medium,* & quod in *regione*
*principe* valebat, reſpexit: hinc * quadruplari voluit *dies,* 5229
*menſes, annos omnes utiles;* ut nempe exhinc fabricaretur generale, quidni univerſale, quadriennium; vel eſto quadruplarentur omnia illa tempora utilia! Vix enim dignoſces, utrum horum magis abſurdum ſit!

RATIO OBSTANS NULLA.] Imò ei nulla obſtabit ratio, niſi quem omnis fefellerit ratio.

## AXIOMA III.

QVI INFLIGIT POENAM.] Statim ratio hîc *Strykium* deſerit. Nil enim hac ratione, quam præbet, frigidum

dum magis & inſcitum fingi poteſt! Quòd ſi enim ideò
oportet actiones annô includi, quòd *imperium Prætoris*
5230 non niſi *annuum* eſt: ne quidem actiones * hæ *pœnales*,
de quibus *Auctor* agit, annales erunt. Nam Prætoris im-
perium non durat ultrà annum *continuum*; ſed actiones
illæ annuæ *per Leges* noſtras *ulteriùs* protenduntur: hôc
ipsô quod *utiles* ſunt. At verò *Strykius* plus ſapit Legi-
bus, qui cerebrô ſuô Leges ſubvertere potis eſt! Deinde
5231 quomodo tuebimur actiones alias * *rei perſecutorias*, ex
*Prætoris jurisdictione* profectas, easque *perpetuas*; ſi illas
finiri oportet cum imperio Prætoris annuô? En quàm
ἀδιανόητα & inexcogitata ſunt, quæ *Ille*, ceu reperta nova,
5232 effundit. Num verò non Jurisdictio * Prætoria *populi
Romani* eſt? & nonne is potuit extendi velle actionem
Edictô propoſitam, quamvis eam non is redderet eô an-
nô, ſaltim in caſibus futuris, qui juri dicundo præerat?
cùm ſatis ad executionem *Edicti* fuerit ſi quisque Prætor
pro ſuô imperiô annuô, actiones in Edictis, etiam Ante-
ceſſorum, proditas, ex naturâ illis inditâ, impertiretur.
An enim ſequitur? delictum ſub finem annui imperii, quô
Prætor fungitur, admiſſum, actione necdum inſtitutâ non
poteſt ab illô Prætore coërceri: *Ergò* tempus illud nunc
5233 quidem * connumerari non poteſt tempori Prætoris ſuc-
ceſſoris: Nam ex *Strykii* ſententiâ evanuit, cum imperio
Prætoris illius antecedanei, vis omnis *Edicti* ipſius,& omni-
um *actionum* in eô propoſitarum; quod verum eſſe opor-
5234 tet * eâdem ratione de actionibus etiam *ultrà annum* du-
5235 rantibus. Annon itaque ſequeretur, * *nullam* unquam
*actionem Prætoriam perpetuam* fieri *poſſe*? Imò paulatim
5236 ad ipſas quoque actiones * *civiles* devolvemur: nam &
his imperium ſuum accommodat *Prætor*; & ſi imperium
ejus

ejus non valet in Prætoriis actionibus, quas Anteceſſores
ejus in Edictis prodidêre: non etiam valebit in Civilibus,
quæ non eò magis ab ipsô & imperio ejus ſ. *jurisdictione
annuâ,* quâ ipſe fungitur, profectæ fuerunt. Cautior eſt
*Juſtinianus pr. Inſt. d. perpet. & temp. action.* Ille *vive-
re,* ait, non ultrà annum actiones illas *plerumque nunc
etiam:* ejusque rationem petit ex * *antiquisſimô tempore,* 5237
ubi *necdum ſuccesſio Edictorum* obtinebat. Tunc enim
concidebant actiones *cum * Edictis,* ſi non ſecundùm ca- 5238
pita illa, è qnibus actiones proditæ ab anteceſſore fue-
rant, ſucceſſor jus ſe redditurum & *ipſe* edixiſſet. Hæc
ſunt verba *Juſtiniani:* Nam & ipſius *Prætoris,* (ſc. unius al-
teriusvé, nec dum introductô Prætoriæ Jurisdictionis ſ.
Prætorum continuatô in ſucceſſores vigore,) intrà annum
*erat* (initiò ſcilicet, adeò, ut prout dixi, effectus quoque
omnis imperii concideret,) imperium. Hinc actiones
*odioſæ* manſerunt * intrà *terminum primævum,* etiam poſt- 5239
quam Juridicina illa Prætoria immutata fuit; ſed non idem
fatum fuit actionum *cæterarum.* Imò ne quidem ſem-
per *annua* fuêre *Edicta* Prætorum, ùt *Buſius* in *Libb. ſub-
tilit.* obſervat. Et tamen quod Edicta in univerſum atti-
net, *Lege Corneliâ* à Tribunô Pleb. *anno U. C. c. 686.* rogatâ
factum eſt primitùs, ut Prætores *ex Edictis perpetuis* Jus
dicerent; donec accuratiùs Edictorum omnium compi-
lationem inſtrueret in *Edictô perpetuô,* ſub *Hadrianô, Sal-
vius Julianus.* Proinde *Juſtinianus* ad *primordia* Jurisdi-
ctionis reſpicit, ſimulac ad actiones pœnales, ùt & has, quæ
favorem non habebant civilem, antiquam Prætorii Juris
rationem, per voculam *plerumque,* reſtringit. Quin &
*Juſtinianus* non habet rationem *Jurisdictionis* & *δικαιοδο-
σίας,* ſeu poteſtatis jus reddendi, atque pœnæ per eam in-

fligendæ; ùt h. l. *Strykius*; ſed *Imperii* Prætoris ſeu δικαιοθεσίας, (quô ſenſu *Juriſdictio* capitur, quando de poteſtate Pr toriâ, ad νομοθεσίαν relatâ, ùt §. *1. Inſt. d. Oblig.* §. *3. Inſt. d. Action.* & *aliis locis*, agitur:) quâ poteſtate *vice Populi Romani* & *Majeſtatis ejus* fungebatur.

EX L. CORNELIA.] De his ſingulis *ſuprà* diximus.

PROPTER LIBELLUM FAMOSUM.] Sed hæc
5240 *Libelli famoſi* quæſtio non eſt* actio *injuriarum*.

AD PUBLICAM UTILITATEM.] Stupor merus!
5241 Quaſi * non omnes actiones *populares* ad *publicam utilitatem* ſpectent: *l. 1. d. popul. act.* & tamen propterea non
5242 deſinunt eſſe * *annales?* Quid verò probare opus habet
5243 * ex *d. l. 1. d. pop. act.* actionem de *albo corrupto* eſſe *popularem*; cùm inibi nil aliud dicatur, quàm quòd illa ſit actio popularis, quæ ſuum jus populi tuetur. Jam verò
5244 num * populi Jus tueatur Edictum de albô corruptô, adhuc dubium per hoc eſſe poterat: niſi verò * apertiſſimus
5245 eſſet *textus* in *l. 7. pr. d. Juriſd.* ibi: *quod populare eſt*.
5246 Aliàs non omne, quod * *publicum* eſt: (v. *l. 8. eod.* ibi: contemta *Majeſtas Prætoris vindicatur*:) ſtatim ad *populares* actiones pertinet; ac *vicisſim*: quippe quòd nec id
5247 quod publicam * utilitatem ſpectat, ſtatim *publici* factum ſit *Judicii*. Eſt verò omninò actio *de albo corrupto annalis*; de quô non poterat *Auctor* dubitare, cùm ipſe ex
5248 * *l. ult. d. popul. act.* agnoviſſet, actiones populares *an-*
5249 *nales* eſſe; eô ipsô quòd populares ſint: quicquid * eis
5250 perſequamur. Sunt enim valdè lubrica *Axiomata* * *Strykii*, dum habenas tractat ignarus!

TALIA VERO INTERDICTA.] Ambiguus eſt *Auctor*: nec tamen putabimus, eum aliud velle, quàm quòd, cùm

cùm *Interdicta* quædam *popularia*, quæ publicam utilitatem ſpectant, *perpetua* ſint, videri etiam poſſet *Actio de Albo corrupto* popularis *perpetua* eſſe. Enim verò cùm actiones populares * regulariter annales ſint, *d. l. f.* & 5251
*l. 5. §. 5. d. his qui effud. vel dejec.* ibi: nam eſt pœnalis & *popularis*. Ideò in *regulâ* illâ perſiſtere oportet, niſi abinde quid * *exceptum* reperiatur: quale quid nullibi de 5252
Actione *de albô corruptô* extat. Sic actio de *Aleatoribus perpetua* eſt, & ultrà 30. annos; ex *l. 1. C. d. Aleator.* (*l. ult. eod.* aliò pertinet.) de *colluſione detegenda quinque* annis, *l. 2. d. Colluſ.* & eodêm tempore ea, quæ eſt *de tabb. apertis*, in *l. 13. de Silan.*, expirat. Tum & *Interdicta*, (quæ tamen *actiones extraordinarias* pariunt,) aliqua, ob urgentisſimam utilitatem publicam, ſingulariter *popularia* reddita, & *perpetua* facta ſunt. *l. 2. §. 44. ne quid in loco publ. l. 1. §. ult. d. via publ.* & *l. 1. §. ult. d. Lib. hom. exbib.*

NON DE POENALI.] Nec tamen etiam *rei perſecutionem* * continent, quippe non *privati* juris, aut emolumenti. Quid verò quòd *pœnam* reſpiciant actio *de* 5253
*colluſione*, ùt & *de tabulis apertis*; & tamen *annuæ* * *non ſint*. Numquid non & hîc ἔκλειψις eſt *Jurisprudentiæ* 5254
iſtius *Axiomaticæ?*

QVATENUS POENALIS.] Imò veriùs, * quatenus 5255
eſt *popularis*.

HOC EDICTUM PUBLICA LEGE VINDICATUR.] Crudum maximè eſt, dicere, * *Edictum Prætoris* 5256
*publicâ Lege vindicari; Jus Prætorium Lege Publici Judicii!* Nam JCtus in *l. 8. d. ſepulchr. viol.* dicit: *Crimen* ſepulchri violati poſſe dici, ex illâ parte, *ad Legem Juliam* de Vi publ. pertinere, quâ quis vi impediretur, ne quem

5257 ſepeliat, &c. An hoc eſt * *Edictum* de ſepulchrô violatô
*publicâ Lege vindicari?* Nam & *actio pecuniaria communis*
ob ſepulchrum violatum inſtitui poteſt, *l. 9. eod.* quæ ta-
5258 men * ad hoc *Edictum* non pertinet. Cæterùm in hac
etiam *ſepulchri violati actione* vitium patitur doctrina *Stry-*
*kii* Axiomatica: cùm enim actio de ſepulchrô violatô *po-*
*pularis* ſit ſimpliciter & in genere, *naturâ ſuâ*, quôlibet
caſu. *l. 3. §. fin. d. t.* Et verò ſi is agit, ad quem ea res
pertinet, ( nam & ſic popularis eſt nihilominùs, *l. 3. §. 1.*
*d. popul. act. l. 3. §. 9.* junct. §. *12. d. lib. hom. exhib.*) in
5259 id quanti * *intereſt*, & æquum Judici videbitur, condemna-
tio fit, *l. 3. pr. &* §. *8. d. ſepulchr. viol.* ubi vel maximè
*damni dati* ratio habetur: Tamen propterea hæc actio
*annalis* eſſe non deſinit.

QVI EXEMIT IN JUS VOCATUM.] Quid verò
de actione, quæ competit adverſus eum, *per quem factum*
*erit, quò minùs in Judicio ſiſtat?* Hæc actio eſt *rei perſe-*
*cutoria*, quia datur in id quod intereſt; veluti quod actor
amiſerit, *l. 3. pr.* §. *ult. de eo per quem fact.* unde ſi *plu-*
*res* id fecerint, unius ſolutione cæteri liberantur: *l. 1. §. 4.*
*& 5. eod.* atque ei cui nihil abeſt, non datur. *l. 1. §. 3. l. 2.*
5260 *d. t.* Et tamen hæc actio * *ultrà annum* non competit.
*l. 1. §. 6. eod.* Rurſus hiulca eſt *Strykii* doctrina Axioma-
tica! Et actio tam *favorabilis* non ultrà annum vivit?

INTRA ANNUM.] Sed nec ubi condici poteſt,
quod datum eſt calumniæ causâ, datur *actio* illa in factum
*de calumniatoribus*, ultrà annum. *l. 5. §. 1. in fin. de calumnia-*
5261 *tor.* Et tamen *h. c.* pœnalis * non eſt. Ruit iterum ſtrues
Axiomatica *Strykii!*

QVIA POENALE.] Quanquam id *quod intereſt*
perſequamur. *l. 1. pr. &* §. *5. l. 4.* §. *2. ne vis fiat ei, qui in*
*poſſ.*

*poſſ.* Dicitur tamen *pœnalis* eô reſpectu, quoniam adhuc contrà principalem debitorem actio ſalva manet. Quod quidem in actione *de eo per quem factum eſt*, non minùs occurrit. Saltim non communi ſenſu hæ actiones ad *pœnales* * referri poſſunt. v. Bachov. *Diſp. V. d. Action, th. 2.* 5262

PARITER ANNALE EST.] Sed an etiam eſt pœnale? Competit ſanè ad hoc, quicquid *damni* ſenſerit dejectus, ut hoc recuperet; *l. 1. §. 31. l. 6. l. 15. d. vi & vi arm. l. 4. C. eod.* tum & ad *res* mobiles, quæ unà vi ablatæ ſunt; *d. l. 1. §. 15. h.* nec non ad *fructûs* & *utilit.* cæteras. *l. 1. §. 40. ſeq. ff. l. 4. C. eod.* Quin & *hæredes* interdictô illô tenentur, de eô quod ad ipſos *pervenit. l. 1. §. f. l. 9. pr. ff. l. 2. C. h.* Et tamen regulariter *intrà annum* utilem: *l. 1. pr. §. 39. ff. d. l. 2. C. h.* quanquam & *poſt annum* datur, de eo, quod ad dejicientem perveniſſet. *d. l. 1. pr. l. 3. §. 12. 13. h.* Imò *rei perſecutoonem* continet. *l. 3. §. 1. h.* Quid quòd 30. annor. aliquando ſit. *l. f. C. h. l. 1. C. Si per vim.* Sic ergò falſum eſt, actiones Prætorias *annales* * propter eà *pœnales* eſſe. Falſum, quòd Inter- 5263
dictum *Unde vi* * *pœnale* ſit: atque hinc ineptum eſt 5264
* exemplum ad *Axioma Strykii*; imò ipſa inepta & miſe- 5265
rabilis ipſius * compages *Axiomatica!* 5266

QVOD VI AUT CLAM.] Quis verò unquam niſi *Strykius*, hoc *Interdictum* accenſere auſus fuit * *pœnalibus?* Nam datur illud ad *opus reſtituendum*; *l. 15. §. 7. Quod vi aut clam.* & æſtimatur lis, quanti *intereſt. l. 15. §. 9. eod. l. 2. §. 1. l. 5. §. 3. d. in lit. jur. d. l. 15. §. 9. ſeqq.* add. *l. 15. §. 8. l. 21. §. f. h.* Tum & *cauſæ* & *fructuum* in eô ratio habetur. *l. 38. §. 11. de Uſur.* Interim *annale* * eſt utique. *l. 15. §. 3. 4. 5. & ult. h.* Quidni ergò opus hoc, non ſanè teſſe- 5207 5268

tum, ſed variè disjectum, *Axiomaticæ* ſcilicet *diſciplinæ*, ſpontè ſuôque vitio ad ruinam deductum, haud unquam reſtituendum exiſtimes?

MUTANDUS IN QVADRIENNIUM.] Bonis avi-
5269 bus *Strykianis!* quas * *ſuprà* fugavimus.

ALII HANC REDDUNT RATIONEM.] Sus Minervam! Quis enim redderet meliorem *Antiquis*. Optimè, (quem repetere oportet,) *Theophilus Juſtiniani* locum *d. pr. Inſt. de perpet. & temp. act.* verſ. *aliquando.* in *fin.* exponit. Nimirum, cùm Prætor *leviorem* fecerit pœnam furti manifeſti, pœnâ corporali, quæ LL. XII. Tabb. manifeſto furto præſcripta fuerat, in pecuniariam immutatâ: (vel ſaltim eâ pecuniariâ, quæ *obliterata* fuerat, *reductâ:*)
5270 non debebat eam inſuper facere * *breviorem*, dum ipſa eſſet perpetua; præcipuè cùm actio furti nec manifeſti, quippe civilis, jam tum perpetua eſſet: ſecùs ne quidem gravior foret furti manifeſti actio. Et hoc eſt, quod *Juſtinianus d. l.* ait: *Abſurdum* eſſe *Prætorem exiſtimâſſe*, actionem illam furti manifeſti *annô terminari*. Equidem *manifeſtum* furtum *Legibus XII. Tabb.* in *libero* homine fuſtigatione & addictione in ſervitutem, ſed in *ſervis* ultimo ſupplicio, puniebatur. Gell. *XI. N. A. c. fin. Jac.* Gothofr. *Lib. 3. ad LL. XII. Tabb. c. 2.* Et hujus tantùm pœnam *obliteratam*, & in pecuniariam immutatam, Prætores *Edictô* conſiderârunt (v. §. *4. Inſt. d. Noxal. act.* qui ad furtum *nec manifeſtum* pertinet; quippe quòd ob manifeſtum ſervi de ſaxo Tarpejo dejicerentur; indeque manifeſti furti nomine non potuerit actio *noxalis* conſtitui. *arg. l. 17. §. 18. d. Noxal. act.*) Nec debebat ergò *una* ſpecies ejuſdem delicti eſſe perpetua, *altera* annalis: & *levius* delictum perpetuum, *gravius* annô argui poſſe; & anno

annô quidem *pœna*, quæ *capitali ſuccedanea* fuerat. Imò
quicquid horum non ſit: non debebat actio, quæ cauſam
perpetuam ſ. *Civile Jus* habuerat, reducta ſolùm per Præ- 5271
torem, annô terminari: ùt quidem brevioris vitæ eſt per-
ſecutio *rapinæ*, & quorundam *graviorum*, ſed ex *Edicto*
*Prætoris* pendentium. *l. 18. C. d. furt.*

PARTIM.] Quâ verò ratione poteſt *partim* eſſe ex
*L. Decemvirali*, ſi eſt *ex LL. XII. Tabb.* quibus tota aucto-
ritas Decemviralis coaluit. Imò iſta quadrupli pœna non
eſt *ex LL. XII. Tabb.* ſed ex * *poſterô Civili Jure*; ſolùm 5272
quòd in *Jus Tabularum* ſucceſſerit, pœnâ illâ *corporali* in
hominibus liberis abolitâ, & ſurrogatâ in ejus locum *pe-
cuniariâ.*

VEL DICI POSSET.] Sicut verò iſti *Alii*, (modò
ſimpliciter in *Jure Civili* ſubſiſteretur,) nil aliud * præter 5273
*rationem*, quæ in *d. pr. Inſt.* habetur, proferunt: ita *Stry-
kii* ratio, ùt cerebrina, ſic abſurda penitùs eſt. Ille ait,
Prætori id placuiſſe *odiô furum*: cùm tamen hîc nil *ſingu-
lare* ſ. * irregulare ſit, ùt in §. *14. Inſt. d. Action.* ubi *con-* 5274
*dictio* ad *dandum* datur domino. Et num fur * *nec ma-* 5275
*nifeſtus* non *odiô itidem* habendus eſt? an autem quod
actio ibi *perpetua* * ſit, *odiô furis* contigit? & ſi *majori* 5276
odiô habendus eſt fur manifeſtus, annon hoc inducere,
ſi fieri * poſſet, *diſcrimen in præſcribendô* deberet. Ulte- 5277
riùs, ſunt crimina * multò *atrociora*, quæ tamen *ne quidem* 5278
*vicenniô* ad præſcribendum indigent: & *publica*, quæ * vi- 5279
cenniô includuntur, nonne longè *majori odiô* habenda
ſunt, quàm delictum illud *privatum* furti? & tamen actio
furti non niſi per *triginta annos* conſumitur. Quin &
odium furum, quod præfert *d. §. 14.* non ad actionem * *ex* 5280
*delictô* reſpicit: nam ita * omnes delinquentes *Jus Civile* 5281

*odiô* habet; verùm ad *condictionem*, ſeu actionem rei per-
ſecutoriam, in quâ actor, ut *re ſuâ* faciliùs à fure potiatur,
ſublevari debuit difficultate probandi dominii; quam in
*rei vindicatione* ſubire neceſſum habuiſſet. Nec ad aliud
trahi vult *Imperator*, quod de odiô furum loquitur, *d.§.14.*
(ceu nec *aliò* trahi poteſt,) niſi ùt *diſertè* ait: quò magis
5282 * *pluribus actionibus teneatur.* Nempe ſolertem poſcit
manum, nec admittit *Strykianam*, prehenſio ſolidæ ra-
tionis!

AFFINITATEM CUM ACTIONE FURTI.] Do-
leo vicem *Strykii*, quòd & hîc plebejus ſit. Non enim
hæc *actio*, quæ *adverſus nautas caup. & ſtabularios* ex
Edicto *de Receptis*, ejusque parte *poſteriori* datur, eſt ex
5283 verô, ſed ſolùm * ex *quaſi delictô. l. 7. §. 4. naut. caup.*
*ſtab.* §. *f. l. d. obl. quæ ex qſ. delict.* Deinde nullâ ex par-
5284 te quid trahit *ex Jure Civili*, ſed * tota eſt *Prætoria*, etiam
à primâ origine; *l. 1. pr. l. 7. §. 6. d. t.* ſecùs atque *furti*
5285 actio, quam proptereà * diximus *perpetuam* eſſe. Acce-
dit quòd hæc *de receptis* actio non ſolùm detur ob furtum,
5286 ſed * & ob *damnum injuriâ datum: l. 6. l. 7. eod.* quòd-
5287 que *indiſtinctè l. f. §. 1. h.* detur *in* * *duplum pœnæ.* Nec
itaque tantam *affinitatem* habeat cum actione furti, ùt
5288 actio * illa, quæ *in Lib. 47. ff.* proponitur, *Tit. furti ad-
verſus nautas, caupones, ſtabularios*, de quâ *ibid. l. 1. §. 3.*
5289 dicitur, quòd *ex* * *Civili Jure* proficiſcatur; quæque de
5290 *furto* * *unicè* competit. *d. l. 1. pr.* Hinc etiam non reddit
5291 *Ulpianus* * in *l. 7. §. 6. Naut. Caup. Stabul.* rationem
hanc, cur actio illa ex quaſi delicto in duplum detur *in
perpetuum*; quia ſit illa *affinis furti actioni*, quod facilè,
ſed non ſine labe ingenii, (quæ in *Ulpianum* non cadit,)
5292 facere poterat: (nec enim quælibet *affinitas* * *facti* in-
ducere

ducere poteſt ſimilem durationem actionum: quamvis
quoad *damnum* datum ei affinis non ſit; imò nulla ſit aliàs
inter *verum* & *quaſi* delictum, quoad *factum** ipſum, *af-* 5293
*finitas*, nec quoad * *remediorum* duritiem, & alia:) Sed 5294
ſimpliciter *JCtus* rem enunciat: *Hæc Judicia*, ait, quæ ni-
mirum inſtituuntur adverſus nautas, caupones, ſtabularios,
ſive de furto, ſive de damno dato, ſive de utrôque, (nam
de cæterô hîc una ſolùm *actio* illa de receptis *ex quaſi de-
licto* in duplum intelligitur,) *quamvis* honoraria ſunt, *ta-
men* perpetua ſunt: haud dubiè recordatus eorum, quæ
jam antè, in *Libris ſuis* ad *Edictum*, & quidem *Libro XIV*.
dixerat; ubi vera & ſolida ratio, quæ nullam inſtantiam, ùt
futilis illa *Strykii*, patitur, adducta fuerat. Nim. in *l. 1.*
§. *1. naut. caup. ſtabul.* ad *publicam* * *utilitatem*, ob quam 5295
*ſingulare* hoc, contrà * *naturam* ſcilicet actionum *Præto-* 5296
*riarum*, (quid verò eſt contrà naturam * *Civilium* in actio- 5297
ne *Furti*, quando hæc in *perpetuitate* ſuâ relicta eſt?) Præ-
tori viſum eſt introducere, reſpicitur * unicè; quando in- 5298
fit: *Maxima* eſt *utilitas* hujus *Edicti*, quia *neceſſe eſt* ple-
rumque fidem eorum ſequi, & res cuſtodiæ eorum com-
mittere. Ne quiſquam *putet*, *graviter* * *hoc*, (quò per- 5299
tinet etiam perpetuitas actionis,) adverſus eos conſtitu-
tum. &c. Et *niſi hoc eſſet ſtatutum*, materia daretur cum
furibus adverſus eos, quos recipiunt, coëundi; cùm *ne
nunc quidem*, (ubi *Ulpianus* Edictum hoc, licèt ſatis du-
rum, exponeret,) *abſtineant* hujuſmodi *fraudibus*. Num
igitur ratio, quæ perpetuitatem hujus actionis cauſavit,
adhuc eſt affinitas illius cum actione furti? Quinimò *Ul-
pianus* in *Lib. XVIII. ad Edictum l. 7. §. 6.* reſtringit hanc
duritiem, quando innuit; quamvis hoc ſingulare ſit penitùs,
tamen non usque eò porrectam eſſe hanc duritiem, ut

perpetuitas ea, & impresſio ipſius actionis, *in hæredem* valeant.

EADEM RATIO.] In cerebro ſcilicet *Auctoris*: quoniam affinis & hæc eſt actioni furti! Quàm verò *Strykius* ἀμελέτητος eſt & inexercitatus penitùs in *Legibus Romanis!* Numquid enim ſolidius quid dici poteſt hôc, cui *Ulpianus* inſiſtit *l. 1. §. 4. depoſiti.* Ibi: Hæc autem *ſeparatio*
5300 cauſarum, (ergò & hìc ſingulare * quid eſt:) nullam rationem habet: quippe cùm quis fidem elegit, nec depoſitum redditur, contentus eſſe debet ſimplô: cùm verò *extante neceſſitate* deponat, creſcit perfidiæ *crimen*: & *publica utilitas* coërcenda eſt, *vindicandæ Reipublicæ causâ*: eſt enim *inutile* in cauſis *ejusmodi* fidem frangere. De cæterô perpetuitatis ratio, in *communi naturâ* actionis civilis *depoſiti*, (non autem furti,) reſidet; cui hanc *in duplum Prætor* accommodare neceſſe habuit: quod diſertè exprimit *Neratius l. 18. eod.* ibi: in ipſum (depoſitarium; ſecùs ac in hærede ejus,) & in ſolidum, & in duplum, & *in perpetuum*, datur.

PERPETUO.] Non quidem hoc admittit *Gloſſa* ad *d. l. 13.* quoad pœnam, ob *l. 35. d. O. & A.* ſed ſolùm, quà in ſimplum & rei perſecutoria eſt. At verò ſi actio illa in locum *Capitis ſecundi L. Aquiliæ* ſucceſſit: in promtu ratio eſt, quòd non expediebat, neceſſitatis dixiſſe; ut
5301 *peculiari Edicto* remedium iſti actioni vel Capiti *Civili* *
5302 *Legis Aquiliæ* ſurrogaretur, ſi non id *æquè perpetuum* * exiſteret.

DE EFFUSO VEL DEJECTO.] Hìc ea, quæ difficilia ſunt, leviter ùt prunas tranſilit *Strykius*: & quid opus eſt, ut attrectatione illorum ἀσθένειαν & imbecillitatem ſuam prodat! Diſtinctè igitur, ùt decet hos, qui Jura profitentur,

fitentur, rem exponamus. Sunt utique in *Tit.* de *his qui effuderint vel dejecerint*, quoad *prius Edictum*, (de *Edicto* enim de *poſito* & *ſuſpenſo* nil ultrà dicere heîc neceſſe eſt,) duæ Actiones, *una popularis*, quæ hôc ipsô non niſi *annua* eſt haud dubiè. *l. fin. d. popul. act. l. 5. §. 5. d. his, qui effud. vel dejec.* Hæc verò non niſi *circà hominem liberum* occupatur, ſi vel *occiſus* ille, vel *corpori* ejus *nocitum* fuerit: (quorum unum alterumvè contingere etiam poteſt, quando id, quod *poſitum* vel *ſuſpenſum* fuerat, decidit: nam ita *pro dejecto* habebitur. *l. 1. § 3. eod.*) Et quidem ſi *perit* homo liber, in 50. aureos actio *pœnalis* eſt: ſi *nocitum* ei fuerit, datur in hoc cuilibet *de populo*, quantum *æquum* viſum fuerit, ob eam rem, *judici. l. 1. pr. d. t.* In utroque hoc caſu popularis actionis, quanquam ea *in hæredes* non competat, quia pœnalis eſt: Tamen *hæc* actio, eadem illa de *dejectis* vel *effuſis*, (idem eſt ſi poſitum vel ſuſpenſum *deciderit*; de quô caſu in § *12. l. 5. d. t.* egerat *Ulpianus*,) quam *in* §. *13. ibid.* innuit, quà popularis & pœnalis eſt, *hæredi* & ſimilibus competit, *eô modò*, ùt actiones *populares aliæ*: Nimirum non quà hæredibus, ſed ùt ſunt de populo; & tamen ùt hæredes occiſi vel læſi ſunt, pro *præcipuis de populo* habentur, ut ob intereſſe, quod in hac causâ habent, *utut non pecuniarium*, omnibus aliis in agendo *præferri* debeant. *d. l. 5. §. 13.* junct. *l. 3. §. 1. d. popul. act. l. 3. §. f. l. 6. l. 10. d. ſepulchr. viol. Altera* verò actio de dejectis vel effuſis concernit vel *corpus hominis liberi*, ſi ei *nocitum* ſit; (quâ ratione *læſo* datur actio in id, quantum *æquum Judici* viſum fuerit, *l. 5. §. 5. d. t.* atque hoc *perpetuò: d. l. 5. §. 5. b.* quod *diſcriminis* eſt ab actione, quâ eô nomine admittitur quilibet *de populo*; de quâ *modò* diximus.) Vel *damnum* quodlibet *aliud*: ita actio

eſt *in duplum*, itidem *non popularis*, indeque *perpetua*, *l. 5.*
§. 5. *d. his, qui effud. vel dejec.* puta ſi rebus alicujus tan-
tùm nocitum ſit: *l. 1. pr. eod.* eaque *hæredibus* quidem da-
tur, *quà tales* ſunt; ſed *in hæredes*, quia pœnalibus ſimilis
eſt, non competit. *d. l. 5. § 5. pr.* Non igitur quadrat hæc
5303 exceptio * per omnia ad *Axioma*, quod propoſuit *Strykius.*
Nam hoc de actionibus pœnalibus conceptum eſt. Sed
actio de effuſis vel dejectis ob damnum in rebus datum,
ratione actoris, non merè pœnalis eſt: quia *damnum du-*
*pli* æſtimat; quamvis quoad delinquentem pœnalibus *ſi-*
*milis* habeatur, eò quòd nil inde ad ipſum pervenerit:
quare etiam *in hæredem* non datur; non aliter, ac in actio-
ne *L. Aquilia* obtinet. §. *9. Inſt. ad L. Aquil.* ibi: *creditum*
eſt, *pœnalem* eſſe hujus L. actionem. Conf *l. 13. §. 8. ff. eod.*
junctô item *Hotomannô* ad *d. §. 9.* Hinc etiam quia pœ-
5304 nalis non eſt ex parte *agentis:* ideò *perpetua* * habetur;
ad exemplum actionis *civilis* ex *L. Aquiliâ.*

5305 DE HOMINE OCCISO.] Quin & ſi * *nocitum* ejus
corpori fuerit. Ita verò cùm utrobique, etiam ex parte
*actoris, pœnalis* ſit, nec quoad extraneum ſ. alios præter
eum, cujus corpori nocitum eſt, ultrà annum duret: non
5306 utique hæc eſt *exceptio* ad * *Axioma Strykii.*

5307 EST PERPETUA.] Sed cur *perpetua* eſt, * ſi *ipſe*
agat, cujus *corpori nocitum* eſt? neque enim & ſic eſt *rei*
*perſecutoria* actio. Quòd verò, ſi quis de *populo* ob hoc
agat, *annalis* ſit: hoc non tam inde procedit, quòd actio
5308 ſit *pœnalis*, quàm quòd *popularis* * ſit. *l. ult. d. popul. act.*
*l. 5. § 5. d. t. de his qui effud.* nec enim ratione *objecti*, ad
5309 quid agatur, alterius eſt * naturæ, quàm ſi ipſe læſus agit;
cui tamen perpetuùm illa competit.

IN SECURITATE CIVIUM.] Ergò ad *ſecuritatem*

*civium*

*civium* pertinet, quòd actio *furti* * ſit perpetua? Ergò idem 5310
in actione *ſervi* * *corrupti* obtinet? Viciſſim non perti- 5311
net * ad ſecuritatem civium, (in commeando,) quando 5312
actio *popularis* de eô, quô *corpori liberi hominis*, effuſione
vel dejectione, *nocitum* fuerit, intrà annum nec ultrà com-
petit? Ergò actionum Prætoriarum *nulla* * quæ *annalis* eſt, 5313
ad ſecuritatem & *Jus populi* pertinet? Imò nulla actio * 5314
*popularis* pertinet ad *Jus* & ſecuritatem *populi?* Quidni
ergò Conditores Juris popularis * inſenſatos fuiſſe opor- 5315
tuit, quòd non omnes actiones populares eſſe *perpetuas*
voluerint? En quàm bene in ſubducendis rationibus ſuis
calculum ponat *Strykius*; ut totis finibus excidat!

EXCIPITUR ACTIO DOLI.] Hæc verò imperitia
in JCto intolerabilis eſt, actionem *doli* accenſere actioni-
bus * *pœnalibus?* eàdem ratione & inſcitiâ, quâ quis man- 5316
dati, ſocietatis & ſimiles * actiones pœnalibus accenſeret: 5317
nam hactenus quoad * *objectum*, unde iſta diſtinctio in rei 5318
perſecutorias & pœnales ſumta eſt, nil differunt. An enim
doli actio, quâ petimus, ut res dolô amiſſa reſtituatur,
cum omni causâ, * *l 22. l. 35. l. f. d. dolô malô.* & niſi re- 5319
ſtituatur, fiat condemnatio in id quod intereſt, *l. 18. pr. eod.*
pœnalis haberi poteſt? An hæc eſt natura pœnalium, ut
quando plures tenentur, & unus reſtituerit, cæteri * libe- 5320
rentur? *l. 17. §. 1. d. t.* Quænam verò ratio eſt, cur illa
*biennalis* ſit? Deficit *Rationarium Strykii!* Nempe actio
doli, cùm *contrà Jus Civile* nitatur, idque reſolvat, quod
*Jure* validum fuerat; quales cùm ejusm. Prætoriæ actiones
ſint, ùt & ipſa actio doli eſt, *l. 1. pr. §. 1. & paſſim. d. dolô
malô.* non niſi annô durant; quamvis *rei perſecutoriæ* ſint.
*l. 35. pr. d. O. & A.* Hinc & iſta olim *annò* concluſa fuit.
Sed tempus illud, in quô adhuc *Jure Pandectarum* con-

ſtiterat, *Juſtinianus* ampliavit ad *biennium*; attamen arctius, quoad *naturam* temporis, ut *continuum* eſſet, etiam ratione *initii* à die doli commiſſi, ùt & inter *abſentes*; ſimulatque *finiendæ* actioni præſtitutum haberetur. *l. f. C. d. dol. malo.* In quô & favorem læſi & odium lædentis probè temperavit *Imperator*. Nec tamen dolus poſt biennium fit *irreparabilis*; quin potiùs, ſi non in hoc agatur ut *reſtitui* oporteat, quod dolo factum eſt, ſed ut hoc reddatur, quod ad reum hæredemvè ejus *pervenit*, ſeu quô locupletior factus fuit, *actio* in *factum* conceptis verbis, in perpetuum competit. *l. 17. § 1. l. 26. ſeqq. eod.*

## AD AXIOMA IV.

TANTUM RESTRINGENDAS] Sed nec omnes
5321 pœnales * reſtrictæ ſunt, quà tales, ad annum: nec omnes
5322 rei perſecutoriæ * durant poſt annum; ſaltim non reſciſſo-
5323 riæ; & tamen in his * iniquum non credidit Prætor, adverſarium à reſtitutione rei noſtræ liberum exiſtere. Sic ergò Auctor rurſus in analogiam Juris offendit. Utique regulariter actiones Prætoriæ annu fuerant. Hoc fatum retinuêre pleræque actiones pœnales: eò quòd pœnæ reſtringendæ eſſent; niſi aliud publica ſalus & ſingularis ratio expoſceret. Quæ v. rei perſecutoriæ fuerant, illis placuit populo Romano perpetuitatem, æquè ùt Civilibus, indulgeri poſſe; niſi verò illæ Juri Civili adverſarentur, quales reſciſſoriæ ſunt: nam & has ſuo fato Prætorio, id eſt annuo, relinquendas cenſuerunt. Hæ ſunt rationes omnes præſcriptionis actionum Prætoriarum ex limpidiſſimô fonte *l. 35. pr. d. O. & A* Neque enim tutò quis *Strykianis* illis quiſquiliis inſtiterit!

ACTIONES REALES.] Hunc errorem * ſatis craſſum jam ſuprà notavimus. Tam ille incumbit ſuis deliquiis. 5324

ACTIO FACTUM.] Sed hæc ſanè non eadem actio * ex dolo eſt, nec de dolo. v. *in ſim. l. 7. §. f. & l. 8. d. tribut. act.* 5325

AD REM.] An itaque omnis actio in factum * Prætoria rei perſecutionem continet? Nam & actio de in Jus voc. eſt in factum, it. ne quis eum qui: & aliæ quoque dantur, quæ rei perſecutionem non habent. Sed citiùs quis Augiæ ſtabulum purgaverit? 5326

## AD AXIOMA V.

PRÆCIPUI AUCTORES.] Unde hoc probabit Auctor, quòd Longobardi * Conſuetudinum Feudalium præcipui Auctores fuerint? 5327 cùm quidem de eo conſtet, quòd in Italiâ factæ conſignationis Conſuetudinum, quæ ad nos pervenit, Auctores fuerint Mediolanenſes. Cæterùm non opus eſt, ut quis in eâ re provocet ad præcipuos * 5328 Auctores. Nam unius tantùm Juris auctoritate utimur, licèt hi qui iſtud conſignarunt, ne quidem præcipui auctores extiterint.

STRUV.] Locus eſt *in c. VIII. aph. 12. n. 3. Synt. Feud. & Vulteji Lib. 1. c. 9. n. 5.*

PRÆSCRIBITUR.] Eſt textus *in II. F. 26.* Atque hîc ambiguus Auctor eſt, niſi quòd ex textu rectiùs citato conſtare poteſt, ipſum agere de eâ præſcriptione, quâ quis dominium utile adv. Dominum directum, ût Vaſallus, præſcribit.

CONTRARIUM.] Et tamen textus ille loquitur de

caſu,

5329 caſu, quô quis ſe gerit ùt Vaſallum; ſed Schraderus * lo-
quitur de eô caſu, quo quis rem feudalem emit ùt allo-
dialem, & ùt talem longô tempore b. f. poſſedit. Quic-
quid ſit de doctrinâ ejus. vid. Carpzov. *1. Reſp. Tit. 9.*
*reſp. 84. n. 5. ſeqq. & n. 19. ſeqq.* Schradero ſanè textus
5330 * à Strykio citatus non eſt contrarius; & ſatis in hoc
etiam inertiam ſuam oſtendit Strykius.

VASALLO NON CONTRADICENTE.] At verò
5331 hoc * non ſufficit; niſi Dominus fuerit in bonâ fide. Ro-
ſenthal. *c. 6. concl. 83.* v. c. ſi vaſallô defunctô neminem
ex primô acquirente ſuperſtitem credat dominus. De
cætero cùm hîc articulum Præſcriptionis ſit aggreſſus Au-
5332 ctor, nil * ille de præſcriptione definit in Feudô conſti-
tuendô, tum in re ſuâ, tum in alienâ: nil quoad conſtitu-
tum, ( & ne quidem de Requiſitis præſcriptionis, maximè
rat. tituli, ) quando quis eſt acquiſiturus dominium vel
utile adv. vaſallum: non dominus ſolùm, ſed & tertiùs;
vel directum adverſus proprietarium, ut is præſcribentis
Vaſallus fiat: aut adverſus Dominum Feudi, quando aut
Vaſallus, tum ipſe, poſſeſſionem ei intervertit, vel utile
rei dominium ab alio recognoſcit; tum ſucceſſor ejus uni-
verſalis aut ſingularis, in quem illicitè alienavit: & vel bo-
nâ fide, ùt allodialem vel ùt feudalem, vel malâ fide: aut
verò tertius adv. dominum præſcripturus eſt. En itaque
non erroneas modò doctrinas Strykii, ſed & laceras, im-
perfectas & tot lacunis deformatas!

DE FEUDO EMTO, LOCATO, PERMUTATO]
Sed & hîc graviter impingit Strykius! Qui cùm Examen
Feudale ſcripſerit, neſcit quid ſit Contractus Feudalis? Do-
ceant ipſum examinatorem Juvenes, Contractum Feuda-
5333 lem * non niſi inter Dominum & Vaſallum celebrari, de
re

re vaſallo, ſub lege mutuæ fidei feudalis, & conſtituendi
pro domino directi, & pro vaſallo utilis dominii, traden-
dâ. Nullatenus verò eſt Contractus Feudalis, quando de
Feudô * locandô Vaſallus, permutandô, vendendô, cum 5334
aliquô contrahit; ſed contractus merè civilis: nec actio-
nes * illæ ſunt aliæ quàm civiles, quæ exinde competunt. 5335
Quis enim niſi planè rudis Jurium diceret, quando em-
phyteuta alii * locat, emphyteuticum prædium, quòd hic 5336
contractus ſit emphyteuticus; & non potiùs mera locatio
rei emphyteuticæ: quæ nil differt à locatione cujuslibet
rei alterius. Tanta ſcilicet eſt *ῥαθυμία Strykii!* Itaque
omninò dubium non eſt, has actiones, (Ille, has *etiam*
actiones; quaſi nempe Feudales forent,) ex Jure Civ. æſti-
mandas eſſe, cùm ad hunc tractatum & axioma Auctoris
Feudale neutiquam pertineant.

EX DELICTO.] An verò * hæ actiones perſona-
les ſunt, an reales? Non audet definire! 5337

AD PRIVANDUM FEUDUM.] Venuſta * dictio! 5338

OMNIS FELONIA.] Nec tamen delictum * omne, 5339
quô Feudô excidit Vaſallus, eſt Felonia, ùt *Strykius* putat;
quippe quòd hæc eò tantùm pertineat, quando Vaſallus
vel ingratus eſt adv. Dominum, vel perſonam ſuam in-
dignam reddit Feudô.

LIMITATIO PRIMA.] Sed quònam * pertinet hæc 5340
limitatio in doctrinâ illâ axiomaticâ? Eſt ſanè inſtituen-
di ratio optima pro ſtupidis (& doctoribus & diſcentibus,)
quæſtionaria illa & axiomatica; cumprimis ſi eand. ſuſci-
piant ἄνοπλοι & ἀμελέτητοι qui nec habent arma, nec exer-
cere poſſunt. Facillima ſcil. & præ omnibus aliis in hoc
accommoda, ut utrique errores ſuos interim & deliquia

ad tempus aliquod obumbrent, donec lumine illabente
pudibundi confundantur.

REVOCARE VELIT.] Non dicit Feudiſta pro per-
5341 ſpicuitate ſuâ, an revocari velit * Jure delatæ ſucceſsionis,
an protimiſeos. Hoc poſterius tamen ob ea, quæ infe-
riùs ex oppoſito ſequuntur, intelligere videtur; & quòd
Germanicè ſe exprimat. Quid autem, (cùm hoc ipſum
intelligat,) quòd nihilom. præſcriptionem annalem in cau-
ſis civilibus tradat obtinere? quando pactô ſ. conventio-
ne alicui jus protimiſeos tributum eſt? Hoc v. nemo un-
quam, niſi jurium imperitisſimus, aſſerere potuit. Diſcat
hoc ex Carpzovio *2. Conſt. 32. def. 13.* quòd præſcriptio
non annalis, ſed triginta annorum repellat eum, qui re-
5342 tractu * ex pactô ſibi competente uſurus eſt. Diſcat por-
rò ex eôdem, quòd maximè differant retractus ex pacto
5343 * & retractus ex conſuetudine. *d. Conſt. 32. def. 8.* Neque
5344 retractus * ille conventionalis ad retractum, de quô hîc in
præcedentibus agit *Strykius*, pertinet. Non etiam ſin-
gulare eſt, quòd retractus ſuper venditione Feudi ex Ju-
re protimiſeos ſeu conſanguinitatis non niſi anno & die
5345 retracturo pateat: quippe quòd contractus ille * non ſit
Feudalis; ſed civilis ſeu communis: utut ſuper Feudo ſu-
ſceptus; neque enim objectum ſeu res vendita naturam
ipſius contractûs ſeu negotii mutat: ſaltim res illa vendi-
5346 tioni ſubjici poſſit. Indeque hæc quoque Limitatio * ad
Axioma *Strykii* inepta eſt.

5347 ECCLESIÆ FEUDO.] Valdè perſpicuus * eſt Auctor,
ut neſcias primô intuitu, an de re eccleſiaſticâ in Feudum
datâ, an de Feudô, quod vel dedit Eccleſia alii, vel quod
accepit, dicturus ſit. Sed ille ſtudiò ſolet laxiùs diſcipli-
nam ſuam projicere, ut digresſiones obtegere poſſit; inde-
que

que ad tabulas, ut tales ſuſcipiat, per totam vitam non
permovebitur. Sed loquitur tamen de re Eccleſiæ in Feu-
dum datâ. Sanè *Carpzovius*, *Boerus*, *Giphanius*, ad hoc
ut Feudum Eccleſiaſticum dicatur, etiam deſiderant, ut à
perſonâ Eccleſiaſticâ illud conſtituatur; quod quidem reci-
pi non oportet.

PROBAVI] Adv. *Roſenthalium*, *Mynſingerum*, *Stru-
vium*, & *alios* ſpecimen ſingulare induſtriæ ſuæ in * Exa- 5348
mine Feudali exhibitæ. Dicit, non hîc præſcribi rem Ec-
cleſiaſticam, quà Eccleſiaſtica eſt, ſed quà Feudalis. Sed
quid ſi Eccleſia quà Eccleſiaſticam * amitteret? Quâ rat. 5349
Tu poteris rem Eccleſiaſticam aliter præſcribere, quàm* 5350
quà Eccleſiaſtica eſt. Idem eſt, ac ſi diceres, non præſcri-
bo rem, quà Fiſcalis * eſt, ſed quatenus illam contractu 5351
emtionis teneo; indeque poſſum vindicationem ejus lon-
gô tempore repellere? Si res Eccleſiæ non poteſt ſubduci
niſi quadraginta annis: non etiam poſſunt ſubduci eidem
*per Feudale negotium, vel quodcunque fuerit aliud; niſi 5352
huic negotio vîs illa præbita fuerit, ut qualitatem illius
privilegii vel præcipui Juris, quod rebus Eccleſiæ circum-
poſitum eſt, citiùs extinguere poſſit; quale quid *Strykius*
*de Feudalibus ad Calendas Græcas oſtendet. Et quid 5353
ſi *Schraderus* aliquis *Strykio* opponeret, ſi quis b. fide
emeret Feudum, illudque longô tempore poſſederit pro
allodiô, ita oportere ipſum rem Feudalem annis decem
*præſcribere: quia non præſcriberet rem, quà Feudalis 5354
eſt; ſed quà allodialis? Quâ verò tu ratione poteris
præſcribere rem Feudalem, ut citiùs Feudalis * eſſe deſinat, 5355
quàm huic qualitati obliterandæ Jus Feudale terminum,
ſcil. longisſimi temporis, præſtituit? Et quânam rat. rem
Eccleſiaſticam tempore breviori præſcribes? quàm Jus com-

5356 mune voluit, ut qualitatem * illam exueret; quod tempus
40. annorum eſt. Quòd ſi verò qualitatem illam non
exuit, ante annum quadrageſimum; & ſic intereà eſt in-
alienabilis: quomodò poteſt ante effluxum illius tempo-
5357 ris præſcribi ùt * non Eccleſiaſtica, quæ tamen Eccleſiaſti-
5358 ca eſt; nec Feudalis eô ipsô fieri * poteſt; quòd in Feu-
dum cedere ſit alienare, & cùm alienari nequeat res Ec-
cleſiaſtica, non etiam in Feudum dari vel cedere poſſit;
5359 multò difficilius * præſcriptione, cùm nec citiùs ordi-
nariô modô, præterquam ab Eccleſiâ ipsâ, validè diſtra-
hatur.

DISPLICUIT CL. PAGENSTECHERO.] Et quidni diſpliceret JCto induſtrio, qui ferre hæc nugalia non potuit. Eſt enim hoc plus quàm inſipidum & frivolum, quod huic ſententiæ tuendæ *Strykius* inveniſſe ſibi videtur; quod tamen ne invenit quidem, tantò infelicior, quòd errores ab aliis ſuggeſtos internoſcere nequeat; tantòque arrogantior, quòd in errores quoque ſuô ingeniô vindicandos ſit propenſior. Longè conſideratius cum *citatis* ſuis *Carpzovius* in *Diſp. Feudalibus*, quòd nempe Jus Feudale nullibi diſtinguat inter res Eccleſiaſticas & ſeculares. Nam licèt hæc ratio nec ipſa idonea ſit; non tamen impingit in principia Juris, nec multò magis in ſenſum communem; ùt ratio Examinis *Strykiani*.

NON NEGO.] Si itaque non negat *Strykius*, quòd qui rem Eccleſiæ præſcribit in Feudum, præſcribat ejus dominium; quamvis ſolùm utile: quomodo tam perfrictæ frontis eſſe poteſt, ut aſſerere adh. audeat, non præſcribi rem, quà eſt Eccleſiaſtica? An ergò per impoſſibile fieri poteſt, ut rei Eccleſiaſticæ præſcribatur dominium utile, (nam de hoc quærebatur:) & tamen non præſcribatur,

batur, quà * eſt Eccleſiaſtica? An poteſt præſcribi Dominium rei, ut non præſcribatur res * ipſa? & an res ipſa præſcribi poteſt Eccleſiaſtica, ut non præſcribatur * Eccleſiaſtica? An per Philoſophiam *Strykii*, poſſibile jam eſt, * idem ſimul eſſe & non eſſe. Stipitem eſſe oportebit, qui iſta crediderit? 5360 5361 5362 5363

SED ID DICO.] Quid dicit, cùm nil dicat, niſi quod dixerat, & dicere non debuit; nec quid dicit, cùm dicit; ſed dicere tamen non deſinit, ne nil dicat. Quid enim dicit, ſi non * negat ſe abſurdum fuiſſe; niſi quòd 5364 proterviam ſuam prodat, dum errâſſe non vult. Et impoſſibile tamen eſt, ſimul errâſſe & non errâſſe!

MINUS PRÆJUDICII.] Abſurdis v. principiis, (ùt ap. Polybium eſt, *III. Hiſt. 48.* παραλόγοις ἀρχαῖς,) quî poteſt colophon imponi non abſurdus? An enim ſequitur, quia Eccleſiæ * minus præjudicii infertur, quando illi per 5365 præſcriptionem aufertur ſolùm utile dominium, quippe quòd nihilom. directum retineat: Ideò utile Dominium oportet adv. ipſam præſcribi poſſe, breviori tempore, quàm res ejus & jura præſcribuntur? An ſi nullô jure *Strykio* quis rem aliquam minoris præjudicii auferret, aut ſervitutem ſibi in re ejus vindicaret indebitè, putaverit ille, auferentem hunc jure * propterea uti; quoniam non auferret is rem præjudicii majoris, aut dominium rei ſibi non 5366 aſſereret? Idem evenit *Strykio*, quod iis, qui in limo utrumque crus impactum habent. Quò namque ſeſe alterutrô expedire enixiùs conantur: eò fortiùs ac profundiùs alterum defigunt. Quocircà ſufficit ad hoc, ut injurius ſit ille in Jura rerum Eccleſiaſticarum, ſi putet illis præjudicium inferri poſſe * aliquô modô, jure licitô. Nec etiam 5367 de directô dominiô quæritur; ſed de utili. Unde rurſus * 5368

 prin-

principium petit Auctor, in quô tota ipſius diſputandi ratio conſiſtit. Cùm enim alienari non poſſit res Eccleſiæ, neque jus aliquod, ſive dominii, (licèt utilis ſeu inferioris in eâ,) alii acquiri; imò ne quidem in perſonalibus ei præjudicari: niſi vel modô legitimô, vel præſcriptione quadragenariâ fiat: quônam auſu ab his utile dominium
5369 * excipiet *Strykius?* Neque enim alienatio tantùm eſt, ſi
5370 plenum quis dominium transferat; aut præjudium * non eſt, ſi utile dominium Eccleſia præter meritum, nullô jure adnitente, & imò prohibente, amittere debeat. Ge-
5371 neraliter Authentica loquitur: *Quas actiones,** alias decennalis, alias vicennalis, alias tricennalis *præſcriptio, excludit: d. SS. Eccl. & Nov. 131. c. 6. Pro temporalibus autem præſcriptionibus, ſolam 40. annorum præſcriptionem opponi* præcipimus.

OMNI JURE.] Advertite Juvenes! Quibuscunque
5372 injuriis Eccleſia * non omni jure ſuô in perpetuum privatur: illæ in Eccleſiam & loca pia liberæ ac licitæ ſunt. Atqui ſubſumite omnia, quibus non omni jure ſuo excidit Eccleſia. Et habebitis perſpicuam & facilem doctrinam præſcriptionis rerum Eccleſiaſticarum!

SPE CONSOLIDATIONIS.] Quidni totum *Examen* ſuum (licèt Juvenum commoditati, modò commodis, toties editum,) commendat Eccleſiis? ut tantis com-
5373 modis * directi dominii adductæ, omnium ſuorum bonorum utilitatem relinquant aliis, & ipſæ marceſcant! imò extinguantur ſubitò.

CONTRA PLENARIAM.] Eſt v. plus quàm temerarium, quando Auctor, ut arrogantiam ſuam ſuſtineat, apertisſimum, & tot interpretationibus illuſtratum ac ro-
5374 tundum *Authenticæ* textum, loqui cupit non niſi de plenariâ

nariâ rerum amiſſione: quanquam is, qui dominium uti-
le amittit, (quod non minùs eſt res,) & qui jus aliud vel
actionem amittit; annon ille hæc omnia * plenè amittit? 5375
Et annon eſt rei amiſſio plenaria, quando eam amitto
quoad dominium utile; quantum hoc * attinet. Annon 5376
quando Eccleſia amittit omne rei emolumentum, per ſub-
tractionem dominii utilis, poteſt dici non ipſam rem,
quoad * plenariam utilitatem, amiſiſſe? Quin potiùs Eccle- 5377
ſia * locationem in longum tempus pro alienatione ha- 5378
bet. Adeò ſibi rem habere non videtur, ſi non eam do-
minio ſuo ſervet, aut à periculo amiſſionis ſalvet, ne ex
diuturnitate usûs ſibi conductor utilitatem rei irrevoca-
bilem vindicet.

SEPARATUM AB ALLODIO.] Cùm v. res Eccle-
ſiaſtica maneat * talis Jure Feudali, eaque non niſi 40. an- 3579
nis præſcribi poſſit, neque Jus Feudale ſcitis generalibus
ſuis, ea quæ Civili & Can Jure ſpecialiter obtinent, ſuſtu-
liſſe * cenſeatur; ſed expreſsè hoc conſtitutum eſſe & in 5380
ſpecie oporteat: quale quid in re * tam notabili & quo- 5381
tidianâ factum eſſe Jure Feudali non reperitur. Hinc
potiùs infertur, præſcriptionem Feudalem ad res Eccleſiæ,
ſive allodiales ſint ſive ad Feuda * redigantur, Eccleſiæ ſub- 5382
ducendas, eô ipsô trahi non poſſe, quòd ſemel qualitatem
Eccleſiaſticæ rei habeant, quæ * alienari nullô titulô, & ſic 5383
etiam nec Feudali poteſt, intrà 40. annos. Quin &
Jus Feudale aliàs Eccleſiam * Juribus ſuis reliquit, ut 5384
nec ſuis emolumentis aliter, quàm communi Jure
ſtatutum eſt, excideret. vid. *I. F. 6. I. F. 9. II. F. 40. I. F. 13.* &c.

CON-

CONSENTIT.] Plantaginem adhibet *Strykius*, ut
cauteriô fruatur; ſed tamen nil promovet. Non enim
5385 Auctores convenit reſpicere, ſed * auctoritatem; ùt rectè
*Tertullianus d. Coronâ Milit. c. IV. in f.* Eſt v. auctoritas,
quæ rationibus ſubverti non poteſt; cùm textu deſtitui-
mur. Graviter *Antonius Faber in Libb. de Errorib.*
*Pragmat. Dec. 37. err. 7.* Imperitiam quorundam eô usque
progreſſam eſſe, ut omnia de quibus dubitant, quantum-
libet certa ſint, & ex juris ratione indubitata, faciant ta-
men arbitraria: non arbitraria verò illa ſola, in quibus er-
rant. Quæ planè in *Strykium* competunt. Quòd ſi ta-
men erroris convincitur, ad Doctores ſe recipit, ſi quos
ſibi conſentientes reperire poſſit; quod ſanè paupertini
5386 eſt. Neque tamen hîc ei conſentiunt * *Schenckius*, &
*Carpzovius*, niſi quoad theſin ipſam: quæ quidem per ſe
nil inepti habet, (quamvis vera non ſit,) ùt ejus incruſta-
tio, quâ *Strykius* utitur: Neque enim hæc decet *Carpzo-*
*vium*, ùt nec graviſſimo JCto, *Vultejo*, qui & *Schenckium*
aliosque pro eâ citat, in mentem venire potuit. Nam
*Vulteji* hæc ſunt: Triginta annos, etiam in re Eccleſiaſti-
câ, ſufficere exiſtimo, per vulgatam regulam, quòd Lex
non diſtinguat. Et idem ſenſit *Nic. de Neapol.* & poſſe
defendi ſcribit, (quâ modeſtiâ eſt,) *Schenck. Baro.* Tam-
etſi contrarium *Dd.* communiter affirmant per *Auth.*
*Quas actiones. Bald. Zaſ. Borcholt. Mynſing. Bammac.*
*Alexand.* quibus plures alii jungi poſſunt, *Schneidewinus*,
*Duarenus*, *Rittershuſius*, *Borcholtus*, *Bocerus*, *Schraderus*,
*Roſenthalius*; ſi auctoribus certandum fuerit. Cur au-
tem hîc non opponit *Pagenſtechero*, (niſi quòd hunc nil
terreat, quod ſaporem non habet,) Auctorem unum vel
5387 alterum, quem ὁμόψηφον habet in ratione * aſſerti illius,
quam

quam tantoperè propugnat. Planè cùm non neget, ſed dicat; & nil dicat, niſi quod dicit: cur non dicit, cum *Varrone?* ap. *Nonium Marcellum c. 1. n. 275. Nemo ægrotus quicquam ſomniat, quod non aliquis dicat Philoſophus.* Nam ita ſimul Philoſophos increpâſſet; cum quibus adeò difficile eſt ipſi negotium. Sed noluit, niſi propriis viribus, *Pagenſtechero* obluctatus videri.

IN EXAMINE.] Non dicam, quòd perperam dicatur, quando Status Imperii, aliaque perſona publica, ab
aliâ præſcribat Regalia: hanc rem inter privatos agi: non 5388
etiam quòd poſſit quid acquiri privilegiô, quod * præ- 5389
ſcriptione non poteſt; & ſi quæ alia moveri poſſunt. Nunc
enim non vacat examinare *Examen* illud *Juris Feudalis*,
Juventuti, & elegantiâ Methodi, & brevitate ſtudii, &
perſpicuitate errorum, commendabile. Quidni v. & hìc
cum *Ludwellô* idem ſentit? quod de re * Eccleſiæ: ut quam- 5390
vis Regalia ipſa adv. Principem præſcribi non poſſint, niſi
tempore immemoriali; poſſit tamen præſcribi in iisdem
Jus Feudi per 30. annos?

AD

# SECTIONEM IV.

SIVE

## APPENDICEM,

De

## Diverſis Temporibus Præſcriptionum, &c.

OMISSIS INUTILIBUS, ADDITIS UTILIBUS.] Verba ſunt cupreſſis ſimilia! Equidem is quàm plurima

rima utilia omittit, & inutilia in vicem ſubſtituit. Quæ quidem nunc ſupplere & emendare omnia non vacat.

AD

# MEMBRUM I.

De

## *Momento.*

IN CONTINENTI.] Facilè norunt, quibus forenſia patent, totô cœlô differre *momentum* temporis, & tem-
539 r pus * *incontinenti;* v. Menoch. *L. 1. Arbitr. quæſt. 7.* nec tantùm triduum, item decendium, continet, menſem unum & ultrà; ſed & decem annos, ùt eſt *ap.* Poſth. *& al.* qui de *poſſ. ſſ. defend.* ſcribunt. Et ſi vel triduum notet: nunquam tamen momentum aliud eſt, quàm quod punctum temporis conficit; ùt oculi motus eſt momentaneus. An enim non in pignore eſt poſterior, qui momentô talis eſt, quamvis in continenti ſibi poſt alium proſpicit? Et quid hoc eſt, ſtrictè & latè! non eſt lata ſignificatio, vocis incontinenti, quæ propria & ex natura rei eſt. Vox illa incontinenti ſignificatum Juridicum habet; & ſemper aliquod ſpatium ultrà momentum admittit, ſaltim antequam ad extraneos actus divertamur: Carpz. *l. conſtit. 26. def. 10. n. 9.* Jure v. *Saxon.* ſæpè tempus ſ. ſpatium Saxonicum. Momenti vox naturalis eſt magis: & ſucceſſio momentorum indirupta eſt. Et quidni hîc etiam *Strykius* notavit caſus, earum rerum, quæ ad tempus incontinenti pertinent; veluti quòd pacta incontinenti addita contractibus bonæ fidei, quæ adiciunt, ad agendum faciant.

ciant: quòd mutuum purum, it. precarium, non ſtatim poſſint repeti; nec mora protinùs ex ſtipulatione purâ contrahatur: *l. 21. d. Judic. l. 105. d. ſolut.* quòd actutùm proteſtationem interponi oporteat, revocari erroneam confeſſionem, quòdque retorqueri in continenti debeat injuria, Finckelthuſ. *O. 37.* obſignari debeant in continenti bona defuncti: Carpz. *3. conſt. 33. def. 10.* recuperari in continenti à Vaſallo bona alienata, ſi ea commiſſo eripere velit: *arg. II. F. 44.* Majeſtatis crimen incontin. revelandum ſit. &c.

JURI OCCIDENDI.] Venuſtum hoc eſt, quod de
Jure præſcribendi Jus * occidendi tradit. Quandonam 5392
præſcribitur moderamini * inculpatæ tutelæ? Tunc ſc. quan- 5393
do non eſt defenſio incontinenti. Ejusdem furfuris ſunt,
quæ nunc ſequuntur. Quid enim * opus habeo præſcriptio- 5394
ne in his talibus; vel alter ut præſcriptionem alleget adv.
me, ſi non legitimè quid fecero? An *Strykius* ubique præ-
ſcriptionem infarcire poterit, ubi de tempore * quodam 5395
agitur? O plus quàm amplisſimam, & dignam ſtudiô ejus
comportatitiô, Præſcriptionis materiam; nec enim aliud eſt,
quod amplitudinem * temporis & omnia quæ in eo fiunt 5396
exſuperet, niſi ſola æternitas. Hæc igitur ſola non admittit præſcriptionem!

ILLICO.] Et tamen fieri poteſt intrà * decem an- 5397
nos Poſth. *d. Manuten. Obſ. 58. n. fin.* Hoc ſc. eſt in momentô recuperare?

CONFIRMANDI.] Niſi præſcriptionem * alleget is, 5398
qui cum pupillo contraxit, non adhibitâ in præſenti auctoritate Tutoris, vix emerget ex negotio? Quanta hæc futilitas. Hæc nempe ſunt utilia, quæ ille pollicitus eſt. Verba pro farinâ!

5399 JUS AGENDI.] Ne quidem hoc ex præſcriptione habet: non enim præſcripſit * Publicianam; ſed hæc ei ex Edictô competit, quaſi præſcripſiſſet rem, quam poſſidet. Piget rerum inanium!

5400 TRANSIT AD PATREM.] Quando tibi res mutuò datur: tu momentô fis * ejus dominus! Res maximè notabilis! Sed oportet ut eam ad præſcriptionem referas.

5401 CREDITORUM.] Pignoratitiorum * addere debuit.
5402 Sed an hoc eſt per * præſcriptionem? Et ſanè nil quicquam ex illis 12. Notabilibus ad doctrinam præſcriptionum pertinet: Imò potiùs momentum diei noviſſimæ præſcriptionem abſolvit, & pro totâ die eſt. *l. 15. pr. d. div. temp. præſcript.* Neque etiam idem eſt dicere, diverſa tempora, ùt nec diverſæ dilationes, & diverſa tempora præſcriptionum, ſ. diverſæ temporales præſcriptiones. Imò ſi *Strykius* Rubricam *Libri XLIV. Tit. 3. ff.* intelligit *de præſcriptionibus*, ùt in *Lib. XLI. Tit. 3. ff.* accipiuntur, à totâ januâ aberrat; quippe quòd etiam, quando quid in *d. t. d. diverſis temporalibus præſcriptionibus.* occurrit, quod ad præſcriptionem pertinet, JCti id ipſum ad exceptionis ſignificatum referant; ùt in *l. 3. l. 9.* longæ poſſeſſionis *præſcriptio:* i. e. exceptio; ùt in *l. 5. §. 1. exceptione* longæ poſſeſſionis; & *l. 10. præſcriptione* temporis. *add. l. 12. eod.* maximè quòd nec dum Jura *præſcriptionum* ad effectum illum redacta fuerint Jure Pandectarum.

5403 QVI PER MOMENTUM POSSEDIT.] Imò * non inde poſſeſſionis momentaneæ actio dicitur, *l. ſ. C. qui legit. perſ. ſtand. in jud.* ſed momentum notat celerem poſſeſſionis reformationem, *l. 14. C. d. agric. & cenſ.* quâ vi dejectus reſtituitur. *l. un. C. ſi de moment. poſſeſſ.*

IN

IN CONTINENTI.] Quin potiùs in momento debet contradicere juxta *Auctorem*, cui idem eſt in continenti, ac in momento. * Hinc ipſi difficile eſt, ut tempe- 5404
ramentum *Gothofredi* admittat. Equidem non opus ille habebat hâc confuſione, ad complendum numerum duodenarium. Nam ſi totum jus huc tranſcripſiſſet, ubi momentum conſiderari poteſt, quod debebat * in opere hoc 5405
ſuo de temporibus, vel præſcriptionum ſpeciebus, poſt tot *Auctores* deſides, locupletisſimô, & ùt ſolebat in congerendis Diſputationibus, latitudine latisſimâ titulorum latioribus: poterat ſanè non tantùm conſcribillare 12. momenta, ſed imò infinita.

PRÆFERTUR.] Sed an hoc omnimodò * obtinet? 5406
Et annon etiam momentum conſiderari poteſt vel maximè in duobus reſcriptis * juſtitiæ? 5407

SI MOX POST CONSCENSUM.] Nugas agit meras? Quid enim opus eſt *, ſi ſufficit uxorem eſſe, 5408
conſcenſum eſſe thalamum, & in ſimilibus, ut tu dicas: ſufficit tamen, licèt hoc requiratur, ſi ſemel uxor facta ſit, ſi ſemel ſubſtiterit (ſic dicere volebat) matrimonium, ſi ſemel thalamum conſcenderint. Quis enim dubitet id quod factum eſt, factum eſſe?

## AD
# MEMBRUM II.
## De
## *Horis.*

TESTARI POSSIT.] Myſteria loquitur! Ad quid computatio una vel altera in teſtamenti factione? omnes

5409 novimus, * diei appellatione non venire lucem, vel etiam
tempus dimidiatum, in computatione anni, menſis & die-
rum illâ vulgari. Itaque cùm dies ultimi anni pubertatis,
quoad facultatem teſtandi, habeatur pro completâ, poterit
ideò pubes factus, cœptâ etiam ultimâ die anni decimi
q arti (vel duodecimi,) teſtamentum condere. Sed hoc
5410 * non eſt exinde, quòd dies ille ſit 24. horarum: propte-
reà enim nihilom. poterant Leges deſiderâſſe, ut ille ho-
ram viceſimam quartam abſolviſſet. Cæterùm longè ma-
5411 joris uſus * eſt, quod habet *l. 2.* §. *1. d. V. S.* niſi quòd ta-
lia non attingat *Strykius.*

5412 IN JURE.] Igitur ad Jus non * pertinet? quod mo-
dò dixerat.

PRÆSCRIPTIONIS HORARIÆ.] Diceres, hanc non
5413 eſſe præſcriptionem carceris, ſed * liberationis. En quàm
bella eſt hæc præſcriptio horaria! O ſi diſputationem ha-
5414 beremus de Præſcriptione horariâ! Sanè eſt * titulus in
illâ, fortè adulterii; an v. juris maritalis? (ſi priùs noveris,
uter illorum præſcribat?) eſt & poſſeſſio: an carceris? &
an vi, clam vel precariò poſſidet incluſus? Quantum pu-
tamus diſpendium temporis, quod futilitati huic impen-
ditur?

5415 EXTENDUNT.] Nec tamen extendi * poteſt Jus
penitùs ſingulare: Imò nil etiam de carcere in *d. l. 25.* quin
potiùs carceres privati regulariter in crimen incidunt,
inque eos degenerant detentiones illæ permiſſæ, ultrà tem-
pus definitum. *l. un. C. d. privat. carcer.* Et quid vetat
5416 privatô carcere diutiùs * detinere filium, uxoremve? In
5417 debitore autem fugitivo nullus carcer privatus * creditori
permiſſus eſt: *Carpz. 2. Conſt. 21. def. 14. Coler. d. P. E.
c. 3. n. 112.* an enim inde ſequitur, carceri eum includi poſſe,
quòd

quòd fugientem liceat detinere, & * judici eum oporteat protinùs ſiſtere? An ita licet eum affligere carcere per horas viginti quatuor? Quàm igitur malè excludit ille ſuam præſcriptionem horariam! 5418

INSTITUENDUM.] Debebat ſpeciem * exprimere Proceſsûs Bannitorii. Etenim non omne judicium Bannitorium intrà 24. horarum ſpatium eſt inſtituendum. vid. *Carpz. 3. q. cr. 136. n. 97. & al.* 5419

STATUTA.] Sunt v. attendenda, licèt non * de horis, ſed & cùm de diebus aliquid, ùt *d.* §. *107.*, & licèt non de Cambiis, ſed de quâc re aliâ, diſpoſuerint. Num itaque ſingulare eſt, quòd Camera Statutum id, ( quod eleganter horarium dici poteſt, ) attendere debeat. Cæterùm & hîc plures ſunt casûs 24. Horarum maximè notabiles alii. 5420

EADEM HORA.] In Ordin. *de anno 1518.* habetur, quòd concludere debeat non tunc demum, quando ipſum ordo in præfixis tetigerit; ſed protinùs cùm novæ abſolutæ fuerint, *daß er* ad proximam, præcisè *nach Einbringung der neuen Sachen, von ſtund an, auch mündlich, beſchlieſſen und nicht verziehen ſoll, biß die Ordnung* in præfixis *an ihn komme.* Et in Ordin. *de anno 1523.* Poſtquam Procurator unius partis hoc termino concluſit, debere partis adverſæ Procuratorem, *von ſtund an*, ad proximam, *ohne weiteren Termin beſchlieſſen.* Anne hoc eſt, debere ſcriptum * offerre partis adverſæ Procuratorem, & eâdem horâ * quâ offert ſcriptum, oraliter concludere. An admittit ſcriptum, ubi * oraliter concludendum eſt? & an ubi ſolùm oraliter debet concludere, permittitur, ut ſimul * & ſcriptum offerat & oraliter concludat? An eâdem horâ *, quâ ſcriptum offert, etiam oraliter concludere debet,

5421
5422
5423
5424
5425

bet, an id per intervallum fieri poteſt, ſi poſſet utrum-
5426 que fieri, modò ſiat eâdem *horâ? an illud *von ſtund an*
denotat tempus * horæ? anne reſpicit formula illa ad ho-
5427 ræ durationem; annon potiùs ad hoc, quòd * citrà termi-
num novum in juridicâ proximâ debeat fieri concluſio?
an interſtitium illud termini, quæ concluſit Procurator
unius partis, à juridicâ proximâ (Id enim eſt *von ſtund*
5428 *an,*) non niſi eſt una * hora, ſ. unius horæ? Miſerum In-
5429 terpretem Ordinationis Cameralis *Strykium*, * JC. Fori
communis Magdeburgicum! qui nec idiomatis Germani-
5430 ci* indolem callet, ut ne dicam terminorum * in Came-
5431 râ, qui cauſis agendis præfiniti fuerant. Quidni verò ex
5432 Ordin. Cameræ, plenâ illâ de * *Anno 1555. P. 3. Tit. 23. art. 21.
ſeqq.* rem totam meliùs perſpicere poterat. Nam ibi &
de Concluſione in ſcriptis, & non minùs orali, diſtinctè
5433 * agitur; in quo & diverſa ratio eſt * rei & actoris con-
5434 cludentis, *art. 23. § 1. & 2.* cumprimis autem, quoad Con-
cluſionem Procuratoris unius oralem, quâ rat. alter con-
cludere debeat, dilucida eſt §. 7. diſpoſitio: *Es mag auch
eine jede Parthey, vvann durch ihren Gegentheil nichts
neues fürbracht, alsbald mündlich beſchließen, und ſo das
5435 beſchicht, alsdann ſein Gegentheil auch gleicher geſtalt *
ſchuldig ſeyn, mündlich zubeſchließen, und zu handeln,
5436 ohne * weitern Termin.* Et in §. 2. *So der Antvvorter hie-
5437 bevor nicht mündlich beſchloſſen, ſoll * er von ſtund an,
auf des Klägers mündlichen beſchluß, auch beſchließen, und
5438 derhalben weitere Zeit nicht, dann aufs längſt* * (h. e. *von
ſtund an,* è veſtigio,) *auf den nechſten hernachfolgenden
Gerichtstag, nehmen und bitten.* add. *G. Beſch. de an-
no 1585. 7. Jul.*

AD
# MEMBRUM III.
## De
## *Diebus.*

SENTENTIÆ.] Definitivæ: nam * interlocutoriam 5439
utique immutare vel revocare poteſt, *l. 19.* §. *f. d. re-
cept. l. 14. de re jud.* quandocunque ante definitivam.

VIVA VOCE.] Sed *l. 6.* §. *5.* loquitur de appella-
tione per * libellos. Vivâ autem voce non poteſt appel- 5440
lari niſi à * definitivâ, & quidem illicò, *l. 14. C. d. appell.* 5441
h. e. illâ die, * priusquam à Judicio abſceſſerit Judex; nec 5442
enim neceſſe * eſt, ut ſtante pede fiat. Sic omnes Doctores. 5443

PRIMO DIE.] Ita v. quælibet dies, quâ quid ſuſci-
pitur, eſt *Strykio* * primus dies. 5444

DE ANNO MDXXIII.] Sed cur non allegat *Ord.
Cameræ* uſitatam, * recentem? *P. 3. T. 12.* §. *1.* aut *R. A. d. an-* 5445
*no 1654.* §. *37. ſeq.*

UNUM DIEM.] Nec tamen idem eſt, dicere pro-
ximâ Juridicâ * referendum: ùt *d.* §. *18.* Imò noviter per 5446
*Conc. C. G. O.* debent expediri * *alsbald im Gericht am* 5447
*Beſcheid-Tiſch, oder in denen* Senatibus. *juxta R.* Deput. *1557.*
§. *57.* Nil ampliùs de die unô *Strykius.* Nil de unô die,
qui adjicitur anno in J. Saxon., itemque Feudali. Nil de
die operarum, quas præſtant mercenarii. v. *Ref. Pol. 1530.
Tit. 24.* Si quis v. utilibus *Strykianis* utiliora ſuperaddere
voluerit: is *Woldenbergii* opus de numeris à capite ad
calcem excutiet; nam ita numeros omnes in numerato
habebit; niſi quòd per hoc non poſſit æquare induſtriam
*Strykii*, quando is etiam ad Ord. Cam. progredi auſus

 eſt,

eſt, & latiùs, extrà cancellos Juris ſive Juſtinianei ſ. alterius, exſpatiari voluit.

5448 VOLUNT DD.] Ac ſi non id Legibus * injunctum fuerit. v. de biduo, *l.1. §.5. & f. l.2.pr. & §.3.quand.app.ſit. l.20.§.1.d.appell. l.6.§.5. C.eod.* de triduo, *l.3.d.appell.recip. d. l.1.§.5 & f. d. l.2. §.1.quando appell. d. l.6.§.5.*

5449 BIDUUM] Sed hoc inde pendet, quia numerus * pluralis duobus contentus eſt. *l.12.d.teſtibus. l.17.d.teſtam.ma-*
5450 *num.c.49.d.R.j.in 6.* add *l.41.pr.d.V.O.* Nec tamen * hoc procedit, quando ex ipsâ re vel loco majori tempore opus eſt.

INTRA TRIDUUM.] Id enim olim etiam dabatur appellantibus. *l. ult. C. d. poſtul.*

MORTUUM.] v. Maſc. *2.Concl.1079.* Eſt tamen facile, ut illa præſumtio per inſpectionem elidatur. Hoc ſanè falſum eſt, quòd vulneratus, abinde mortuus intrà triduum, præſumi velit ex lethali vulnere mortuus eſſe. Carpz. *1.qu.cr.26.n.23.*

5451 TRIBUS DIEBUS.] Sed hi non ſunt * triduum.

## AD
## MEMBRUM IV.
### De
### *Menſibus.*

N. XXXIII UXOREM ADULTERII ACCUSANS.] De hoc ſuperiùs dictum eſt. Sic & ad *n. 90.*

N. XXXVII. NOVA CONSTITUTIO.] Verius eſt, quòd ſtatim obliget, etiam intrà tempus bimeſtre. Nam *Nov. 66. c. 1.* ita accipienda eſt, ut proſint duo illi men-
5452 ſis * ad allegationem ignorantiæ, & ut hæc interim præſumatur; indeque ſi quis ignorantiam, etiam poſt illud tempus, alleget, eandem probare debeat. *l. fin. d. Decret. ab Ord. fac.* Gudelin. *V. d. J. Noviſſ. c. 2.* add. Merend. *II. Con-*

*II. Controv. 8.* niſi quòd aliquando tempus bimeſtre ipsâ lege definiatur, (v. *Reſol. Gravam.* El. Sax. *1661.* in exemplum,) vel aliud, *Nov. 58. præf. N. 116. c. 1.* ex quô demum obligare debeat.

N. XXXIIX. INJUNCTÆ PROBATIONIS.] Imò* à momento rei judicatæ. Carpz. *d. def. 1. n. 5. ſeqq. & def. 2.* 5453

N. LIX.] Etiam de hoc dictum eſt *ſuperius.*

N. III. HODIE MAGIS.] Sed v. *Analecta Lynckeriana* ad Tit. *d. Statu hom.*

AD

# MEMBRUM V.

## De

## *Annis.*

OB DIFFICILEM COMPUTANDI RATIONEM.] Hanc rationem commentitiam & ineptam eſſe penitùs, ſuprà oſtenſum eſt.

N. XLVII. LICET CARPZOV.] V. quæ ſuprà admonuimus.

N. XLVIII. MILES.] Eſt verò dudum exploſa inter vaſallum militem * & non militem diſtinctio. 5454

N. LXIV. AMBAGES.] V. *Anal. Lyncker.* ad *Tit. π. d. Diſtract. pign.*

N. LXXXIV.] Abſurditatem hujus doctrinæ * *cit. loco* oſtendimus. 5455

N. CXIII. LAPSUS DECENNII.] Add. *Anal. Lynckeriana* ad *Tit. ff. d. injuſto rupto & irr. teſtam.*

ALIORUM QVOQVE JURIUM.] Sed v. quæ ad *Tit. d. Privilegiis.* in J. Can. notata ſunt.

N. LXXV.] Et tamen diverſa longè eſt ratio Edicti ſucceſſorii ad petendam * Bonorum poſſeſſionem, à peti- 5456

tione hæreditaris. Inde rejiciunt hanc doctrinam *A. Faber, Bacbovius, Ludwellus* & *al.*

5457 N. LXXIX.] Etiam pueri * centum annorum huc referri debebant, ubi de præſcriptionibus ſcilicet agitur; ùt oportebat in ſpecimine vaniloquentiæ.

5458 N. LXXX. LONGIUS.] Quin & breviori * tempore abſolvi poteſt.

NON PRÆSCRIPTIBILIA.] Temporibus ſcil. conſuetis. Quod enim præſcriptibile non eſt ſimpliciter: id ne quidem tempore immemoriali præſcribi poteſt; ùt ſunt illa, quæ ſimpliciter extrà patrimonium ſ. commercium humanum ſunt. Et impingit ergò in principia Juris pri-
5459 ma *Strykius*, quando * res ſacras vult per tempus immemoriale præſcribi poſſe.

N. LXXXII.] Utique non ad præſcriptionem pro-
5460 vocabat, ſed ad poſſeſſionem * tanti temporis, quæ non poteſt non præſumtionem inducere dominii. Neque tamen
5461 ſecuritatem præbet petitorii omnimodam inter * Gentes: quippe quòd præſcriptio inter eas non obtineat; ſed ſolùm Juris Civilis habenda ſit.

N. CLXXXIII.] Huc debebat *Strykius* referre
5462 omnia * quæ præſcriptionem nullam, ſive 10. ſive 50. ſive 100. ſive 200. & ampliùs annorum, admittunt. Nam quod
5463 impedit præſcribi juri luendi pignus mille annis: idem * impedit, ut non poſſit præſcribi 30. & viciſſim. Idemque de rebus meræ facultatis dicendum eſt.

N. CLXXXIV.] Quidni etiam Leges & conſuetudi-
5464 nes omnes huc referamus. Et tamen ſi præſcriptionem tanto abuſui ſubjiciamus, cui eam committit *Strykius*: oportet
5465 dici, etiam Reſcriptis & Conſtitutionibus * præſcribi, qt. non uſu ab initio vel contrariò tolluntur.

F I N I S.

Nun-

* * *

NUnquam *Strykio* ægrè fecit *Lynckerus*: ſemper honori ejus conſuluit in ſcriptis, quorum Cenſura ab Ipſo pependit. Privatim monuit ſinè acerbitate Auditores ſuos, ut ne commutarent Libros ſolidorum principiorum, cum abblandientibus compendiis & facilitatem ſpirantibus *Strykianis*: in quo probè omninò & ex conſcientiâ ſuâ egit, nec aliter potuit, *Lynckerus*; ùt vel hôc unô de *Actionibus* articulô, ex recentisſimâ *Strykii* doctrinâ profectô, comprobatur. *Trutina* verò *Schmidiana* diſſentientium *Brunnemanni* & *Carpzovii* opinionum, quæ *Lynckero* ab Auctore ejus, ſpontè ſuâ ad id negotium, nullâ *Lynckeri* ſuaſione, progreſsô, ad revidendum oblata fuit, nil ſanè habet injurii, nil iniqui penitùs, in *Brunnemannum*, multòque minùs in *Strykium*, cujus nec inibi mentio facta eſt. Quin potiùs injuriam à *Brunnemanno* factam *Dicaſteriis* & *JCtis Saxonicis* avertit, & doctrinas horum juſtè & modeſtè, pro publicâ utilitate, ab iniquitate illis impactâ, vindicat. Quid igitur eſt, quod *Strykium* excuſare poteſt? quando protinùs, & vix emisſis in lucem innocentisſimæ *Trutinæ* primis plagulis, nil niſi calumnias putidisſimas, mendacia apertisſima, ſcurrilia & ludibria mera, ſub clypeo ductuq; ejus, in *Lynckerum*, ejusq; non doctrinam modò, (qſ. principiorum ille rudis, obſcurus, Philoſophus, & quid non? eſſet;) ſed & mores ac ſtudia vitæ ejus inculpatæ, conjecta tot chartis ſuccedaneis, nullô his omnibus per *Lynckerum*, toties impetitum, repoſitô, fuêre: quibus profectò nil adeò detractum eſt Perſonæ famæque ac honori *Lynckerianô*, ut ipſum potiùs cum cæteris, qui inſultare *Lynckero* tantâ rabie haud veriti ſunt, egregiè proſtitutum dederit *Strykium* honeſto Orbi, ſatis utique gnaro, quantum Iſte præjudicii, juratis aliquot, iisq; imperfectis undiquaq; aſſertionibus ſuis, & totâ illâ ſatis improvidâ, quam ait, *calumniarum* ſcil. *depulſione* ſibi attraxerit.

* * *

# INDEX

## A.


A*Bſentis* bona ad quemnam ſub cautione. *n.* 3965. *ſeqq.*
*Acceptatio* in Pollicitatione. 854. *ſeqq.*
*Acceſſio* in acquirendo dominiô. 36. 3450.
*Acceſſionis* vitium in Emt. Vend, 1565. *ſeq.*
*Actio* ex æquitate naturali. 140.
*Actiones* Juris Civilis. 888. *ſeqq.*
ab *Actione* abſolvi. 13.
*Actionis* executio. 4587.
*Actionem* non habent liberi ad alimenta. 134.
*Actio* directa. 923. *ſeq.* 925. *ſeqq.* Directâ an utili experiamur, quid interſit? 3080. *ſeq.* Directa & contraria. 2039. *ſeqq.*
*Actionem* in factum ineſſe implorationi officii Judicis. 376.
*Actionis* nomen in Libello an exprimi oporteat. 1. *ſeqq.*
*Actio* nominata. 695. *ſeq.*
*Actio* realis ſ. in rem, & in rem ſcripta. 190. 4921.
*Actiones* annales Prætoriæ utiles. 5230.
*Actionum* perſonalium præſcriptio. 4651. *ſeqq.*
*Actionis* ex læſione præſcriptio. 5011.
*Actione* natâ non peti plus tempore. 4613.
*Actionum* cumulatio. 3496.
*Actorem* quando repellat judex. 4544.
*Addictio* in diem in permutatione. 2070. *ſeqq.*
*Addictionis* in diem pactum non eſt legitimum. 730. *ſeqq.*
*Adjectitiæ qualitates* actionum. 1214. *ſeqq.* in præſcriptione actionum principalium. 5144. 5146.
*Adjectitia qualitas* non facit actionem utilem. 1217. *ſeqq.* 2307.
*Adjectitia qualitas* in Funerariâ actione. 2438.
*Adipiſcendæ* poſſeſſionis interdicta. 3821.
*Aditio hæredit.* quaſi contractus. 1155. *ſeq.*
*Adminicula* contractuum 612. 739.
*Adminiſtratio* non conficit quaſi contractum. 2539. 4103. *ſeqq.* 4138. *ſeqq.* an itaque exinde procedat


cedat

cedat actio F.E. & C. Div. 2414. ſeq. 2421.
*Adoptivi* liberi quoad alimenta. 169.
*Adulterii* accuſatio. 5451. quomodo adulterio præſcribatur. 5115. ſeqq.
*Ædilitiæ* actiones an ob vitia animi? 1559. an quadriennales? 5218. Actiones ædilitiæ & emti. 1539. ſeqq. 1551. ſeqq.
*Æquitas* non promiſcuè facit ad agendum 307.
*Æquitas* cerebrina. 513.
*Æs* alienum, 4691. alienum noſtrum. 973.
*Æſtimatio* taxationis aut venditionis causâ. 1089. 2008.
*Æſtimatio* ob moram. 1292. ſeqq. æſtimatio etiam morâ non commiſsâ. 1278. 1283. 1285.
*Æſtimatorius* contractus an gratuitus? 2028 an dominium transferat? 1083. ſeqq. ad quem in eô periculum. 1083. ſeqq. 2008.
*Æſtimatoria* contraria actio. 2021. ſeqq.
*Agere* impeditus jure. 4567.
*Aggratiatio* in Criminibus Juris Divini. 5111. ſeq.
*Alea*. 2962. ſeqq.
*Alienatio* in mutuo. 4687. ſeqq.
*Alienari* prohibita res. 4602.
*Alienatio judicii mut. causâ* facta in venditione novi operis. 3152. ſeqq. 3171. ſeqq.
*Alimentorum* obligatio. 134. ſeqq. 165. ab *Alimentis* ad dotem. 199. quoad ſororem. 197. ſeqq.
*Alimentorum* præteritorum repetitio. 195. ſeq.
*Alimenta* liberis per implor. Officii Jud. 134. ſeqq.
*Alimentorum* repetitio à Patre. 354. ſeq.
*Alimenta* conjugum. 227. ſeqq. 235. à luctu ad alim. 258.
*Alimenta* ex Feudo. 178.
*Alternativa* promiſsio. 2011. ſeq.
*Amotarum* rerum actio, & condictio. 2860. ſeq.
*Annus*, 5453. in actionibus Prætoriis. 5186. ſeq. ultimus pubertatis. 5409.
*Annus utilis* an ubique mutatus in quadriennium. 5192. ſeqq. 5269.
*Anni* decem ſunt incontinenti. 5397.
*Annuarum* penſionum præſcriptio. 4621.
*Antichreſis*. 1062: ſeq. 1430. ſeqq. expreſſa. 1447. ſeqq.
in *Antichreſi* rationum redditio. 1434. ſeqq. 1441. 1445.
*Antichreſis* & Locatio conductio. 1421. ſeqq.
*Apoſtaſiæ* criminis præſcriptio. 5095.
*Appellatio* vivâ voce. 5440. *Appellatio* in poſſeſſoriis. 3980.
de *Aquâ* Interdicta. 3865. ſeqq. & de *Aquâ* hâc æſtate nondum ductâ. 3872.

*Aquæ pluviæ arcendæ* actio. 3212. *ſeqq.* & de utili. 3214. *ſeqq.*

*Aquiliæ* caput alterum. 3113.

*Aquiliæ* utilis actio & actio in factum. 2000. *ſeq.*

*Aquiliæ actio* rat. mutui. 1253. *ſeqq.*

*Aquiliæ actio* & actio ex contractu. 3086. *ſeqq.*

*Aquiliæ actio* ob arbores evulſas. 2935.

*Aratró* ſi factum ſit opus, ut aqua mutaretur. 3227. *ſeqq.*

*Arborum cæſarum.* 2938. *ſeqq.* 2943. *ſeqq.*

*Arreſtum.* 4530. Contrà illud Remedium 1416.

*Aſſecuratio.* 2175. *ſeqq.* an Contractus innominatus?

*Aſſeſſoris* dolus vel culpa. 3317. *ſeqq.* 3329.

*Aurigæ* & ſimiles non tenentur actione de recepto. 2721. *ſeqq.* 2755. *ſeqq.* 2783. *ſeqq.*

## B.

*Bannitorius* proceſſus. 5419.

*Baſilica.* 2566. *ſeqq.*

*Belli* tempore non currit præſcriptio. 4604. *ſeqq.*

*Biduum.* 5448.

*Bilateralis* contractus. 392.

*Bodmeria.* 2187. *ſeqq.* & quæ natura ejus. 2194. *ſeqq.*

*Bonum* & æquum. 338.

*Bonæ fidei* contractus non eſt præciſè bilateralis. 2443. *ſeq.*

*Bonæ fidei* actio. 1500.

*Bonorum poſſeſſio* intrà annum. 5169.

in *Braxandi* jure probatio. 4250. *ſeqq.*

## C.

de *Calumniatoribus* actio. 3291. *ſeqq.* 5261.

*Cambium* contractus innominatus. 2155. *ſeqq.* 2169. *ſeqq.* 2173. in *cambio* delegatio. 2158. *ſeqq.* in eô exceptio Non Num. Pec. 1311. *ſeqq.* Cambium ſi acceptans non ſolverit. 2157. *ſeqq.*

*Canon* reſiduus à novo poſſeſſore. 1827. *ſeqq.*

*Canon Redintegr.* 3895. *ſeq.* non eſt reſtrictus per c. ſæpè. 3899. ex eo remedium an reale ſit. 3891. *ſeqq.*

*Carnis* unitas obligationem an faciat inter conjuges. 227.

*Carcer* privatus. 5415. *ſeqq.*

*Caſus* in locatione. 1719. *ſeqq.* 1724. *ſeqq.* 1729. *ſeqq.* 1732 *ſeq.*

*Caupo* non tenetur ex vero contractu, licèt promiſiſſet res ſalvas fore. 2708. Ejus proteſtatio an liberet actione de recepto. 2794. *ſeqq.*

*Causâ* non ſecutâ datur condictio ex æquitate. 2429.

*Cautela.* 551. 1167. 1608. 1753. 1760. 2010.

*Cautiones*, ſtipulationes, & inde actiones. 1157. *ſeqq.* 1473.
*Cautio*, quam præſtat nunciatus in Novo opere. 3193. *ſeqq.*
*Cautio* de damno infecto, quomodo actio dicatur. 3117.
ad *Cautionem* agi non poſſe in ſtricti Juris Judiciis. 513. *ſeqq.*
*Cenſus* (& canon) quotuplex. 1865. *ſeqq.* & quænam pro eô actiones. 1866. *ſeqq.* 1873. 1887. & remedia poſſeſſoria. 1877.
*Cenſus* & annui reditûs, reales, perſonales, cum hypothecâ & ſinè eâ. 1883. *ſeqq.*
*Centum* annorum pueri. 5457.
*Cerevиſiam* coquendi jus. 4243. *ſeqq.* an ſervitus. 4249.
*Certum*. 1245. *ſeqq.*
*Ceſſio* actionis præſumpta. 4518.
*Ceſſionarius*. 581. *ſeqq.*
*Charitatis* lex. 158.
*Chirographi* redditio. 599. an proſit adverſus alios & aliis. 602. *ſeqq.*
*Chirographaria* obligatio & ex mutuo. 1317. *ſeqq.* ex chirographo actio. 1323. *ſeqq.*
*Citatione* præſcriptio interrumpitur. 4823. *ſeqq.*
*Civilis* actio, actio P. Verb. 1988.
contrà *Civitatem* quæ præſcriptio. 4847. *ſeqq.*
*Coccejus* laudatur. 743.
*Codicillus* ſcriptus an habeat remedium ex *l.* ult. C. d. Ed. D. Adr. toll. 4003. *ſeqq.*
*Codicillaris* Clauſula. 2578.
*Colono* an competat Interdictum Unde vi. 1743.
*Commiſſorium* pactum in E. Vend. 1588. non eſt pactum legitimum. 730. *ſeqq.*
*Commoda* aliis intercepta per opus in noſtro. 3238. *ſeqq.*
*Commodatum* an ad cuſtodiam. 1033. *ſeq.*
*Commodatum* & depoſitum. 1376. & precarium. 1344. *ſeq.*
*Commodatum* rei alienæ. 2277. *ſeqq.*
*Commodatum* habitationis. 1337. *ſeqq.*
*Communio*. 2542. *ſeqq.* ab eâ diſceſſus. 2418. in eâ præſcriptio. 4670. non producit actionem perſonalem per accidens. 3602. *ſeqq.*
*Communi divid.* actio merè perſonalis. 3593. *comm. divid.* utilis actio. 2540. *comm. div.* actio rat. ſocietatis. 1891. *ſeqq.* 1894. actio *comm. divid.* & pro ſoc. 1891. *ſeq.*
*Competentiæ* beneficium in ſocietate. 1896. *ſeqq.*
*Compromiſſorium* pactum non eſt legitimum. 710. *ſeq.*
*Concuſſio*. 3100. *ſeqq.*
*Condictio certi* ex mutuo. 1243. 1460. *condictio* utilis ex mutuo. 1268.

*Condictionum* cauſa. 4974. ſunt ex æquitate. 3 0. *ſeqq.*

*Condictio ob cauſam* unde: 2693. datur, licèt expreſſum foret, quòd debeat condici poſſe. 2695. *ſeqq.* *condictio* ex capite pœnitentiæ & ex cap. cauſæ non ſecutæ. 1975. *ſeqq.* ex c. pœnitentiæ, ſi res data periit. 2148. *ſeqq.* in contractu innominato. 2130. *ſeq*

*Condictio ob turpem cauſam* concuſſo datur. 3106.

*Condictio ſinè causâ* non eſt ex quaſi contractu. 2434. *ſeqq.* 2698. quando concurrit cum aliis. 2702. *ſeqq.* & quando eſt ſubſidiaria: 2704. ubique ſubſidiaria non eſt, quin & ſola. 322. *ſeqq.* 356.

*Condictio ſinè causâ* circà mutuum. 1262.

*Condictio furtiva* an commodatario & ſim. 2829 *ſeqq.* 2839. *ſeqq.* 2843. *ſeqq.* datur creditori rat. pignoris. 2839. *ſeqq.* datur contrà furis ſuſpenſi heredem. 2849. *ſeqq.* Probatio in *Condictione furtivâ.* 2837 *ſeq.*

*Condictio ex Lege.* 440. *ſeq.* 1671. *ſeqq.* ex Novellâ, 628.

*Condictio ex Lege* non eſt promiſcua ex Legibus. 1747. 1852. & quæ ſit natura ejus. 1855. *ſeqq.* non datur protinùs, non expreſsô actionis nomiue 1813 *ſeqq* non datur ex L. 32. d. Reb. Cred. 361. *ſeqq.* an ex crimine extraordinariô. 3102. *ſeqq.*

*Condictio* directa in Inſtitoriô negotio. 1120.

*Condictio* rei amotæ, ex J. Gentium. 2864 *ſeqq.*

*Conductor* non præſcribit. 4733.

*Conductor* prior in publico prædio. 1603.

*Conductoris* ejectio è re venditâ. 1753.

*Conductor* ſuperficiei. 3530. *ſeqq.* 3539. *ſeq.*

*Confeſſoria* utilis. 1841. *ſeqq.* 1879.

in *Confeſſoriâ* quis probet? 4193. *ſeqq.* 4197. *ſeqq.*

*Confraternitatis* pactum. 592.

*Congrui* jus. 1602. *ſeq.* 1605.

*Conjugale* officium. 207. *ſeq.*

*Conſenſus* in contractibus. 904. *Conſenſu* ſolô non omnis obligatio J. G. perficitur. 952.

ex *Conſiliô* furti actio. 3051. *ſeqq.*

*Conſtitutum* promiſſorium. 2202. 2207. 660 *ſeq* & objectum ejus. 662. *ſeq.* & actio. d. l. 670. & 1195. *ſeq.* non eſt contractus. 2713. *Conſtitutum* & pactum. 1182. *ſeq.* *Conſtitutum* eſt pactum deliberatum; 669. non eſt legitimum. 666. *Conſtitutum* & fidejuſſio: 1185. *ſeqq.* etiam epiſtolâ perficitur. 1178. *ſeq.*

*Continuæ* ſervitutes. 4862.

*Contractus* & pactum. 399.

Con-

*Contractus* nullus ex conſenſu unius. 2390. *ſeqq.*
*Contractuum* diſtinctiones. 918. etiam à Jure univerſali. 890.
*Contractûs* Prætorii. 2715.
*Contractûs* bilateralis. 392.
*Contractus* verus & quaſi. 400. 1227.
in *Contractu* vero Lex non inducit conſenſum. 2403. *ſeqq.*
*Contrahitur* verè etiam tacitô conſenſu. 907. 2198.
Quaſi *Contractus* non conſtat verô conſenſu, 2288. *ſeqq.* nec adeò tacitô. 2405. *ſeqq.* 2367. *ſeqq.* 2408. In eo non eſt fictus conſenſus; 2405. *ſeqq.* eſt v. ex præſumptâ voluntate. 81. non opus eſt in eô factô mutuô. 2396. *ſeqq.*
*Contractum verum* non facit adjectio de repetendô causâ non ſecutâ. 2579. *ſeqq.* 2584. *ſeqq.*
*Contractûs conſenſuales.* 901. *reales.* ib. & 2241. *ſeqq.*
*Contractus innominatus* non eſt ex pacto nudo. 1716. non eſt realis. 634. *ſeq.* Contractus nomin. & innominatus in unô negotiô. 1945. *ſeq.*
*Contractûs incerti.* 936. extraordinarii. 884.
*Contractûs* qui titulum innexum habent. 944. *ſeq.* *Contractûs* dominii translativi. 43.
*Contractus* an rem afficiat. 943. An per illum jus reale conſtituatur, 1118. *ſeqq.*
*Contraria* actio. 928. *ſeqq.* 2026. in quaſi contractibus. 1229.
*Contravindicatio.* 3400.
*Contributio* habitantium in dejectione. 1900. *ſeqq.*
*Conventio* quotuplex. 80. mutua, 392. *ſeq.* expreſſa & tacita. 396.
*Conventionis* terminos egredi quid, 83. *ſeqq.*
*Conventio* de commodato. 1332.
*Conventio* non producit jus reale, 4318. *ſeqq.*
*Correalis* obligatio. 2199. *ſeqq.*
*Correitas* in aliis contractibus quàm ſtipulatione. 1483. *ſeqq.*
*Correi* & confidejuſſores. 2220. *ſeqq.*
*Correorum* regreſſus. 1170. *ſeqq.* 2211.
*Correorum* communicatio. 2223. *ſeqq.*
*Creditor* an qſ. poſſideat creditum. 4638. *ſeqq.*
*Criminum* perſecutio perpetua, 5072.
*Criminis* præſcriptio. 5046. *ſeq.* 5113 *ſeq.* vicennalis. 5079. *ſeqq.* 5083.
*Crimen* continuatum. 5113. *ſeq.*
*Criminalis* actio ex delicto privato. 2813. *ſeq.*
*Criminalis* actio differt à Judicio publico. 103. *ſeq.*

*Criminis* extraordinarii perſecutio. 5060.

*Criminalis* actionis præſcriptio. 5045.

*Culpa* levisſima in L. Aquiliâ. 3084. 3086.

*Cura* rerum in contractibus. 1401.

*Curat.* c. actio, finitâ curâ. 2478. *ſeq.* quænam actiones curationis causâ. 2479. *ſeqq.*

*Cuſtodia* in commodato, 1033. in mandato. 1401.

# D.

*Damnum* infectum in commodo alii intercepto. 3140. *ſeqq.*

*Dare* & præſtare. 900. *ſeqq.*

*Datio* ob cauſam non eſt quaſi contractus. 2424.

*Dans* in contractu innominatô an obligetur. 1948. *ſeq.*

*Debitum* non protinùs valet ad actionem. 128.

*Debiti* præſcriptio. 4651. *ſeq.*

*Debitor* ſui debitoris. 1801. *ſeqq.* 4518. 4526. *ſeqq.*

*Decimæ* reſiduæ à novo poſſeſſore. 1827. *ſeqq.*

*Decretum* primum & ſecundum, 3119. *ſeqq.* *Decretum* primum in misſione. 4344.

*Dejectum* ſi quid ſit, & plures inhabitent. 1900. *ſeqq.*

de *Dejectis* vel effuſis actio. 3344. *ſeqq.* 5262. quoad duret. 5302. *ſeqq.* 5305. 5310. *ſeqq.*

*Delinquens* non tenetur ex conſenſu. 2815. 2820. *ſeqq.*

*Delicta* privata, publica. 94.

*Delictum* ex factô alienô. 109.

ex *Delicto* actiones non ſtatim ad vindictam. 2811.

*Denunciatio* Evangelica in Uſurario. 3018.

*Depoſitum* rei immobilis. 1003. *ſeqq.* 1390. *ſeqq.* rei Tertii alicujus vel etiam ut alii reddatur. 2280. *ſeqq.*

*Depoſitum* & mutuum. 1030. *ſeqq.* 1363. *ſeqq.* 1370. *Depoſitum* & commodatum. 1376. *ſeqq.* & mandatum. 1003. *ſeqq.* *Depoſiti* miſerabilis actio. 1361. *ſeq.* 5300.

*Depoſitæ* rei vindicatio. 1359.

*Depoſiti* actio an tertio. 1358.

in *Depoſiti* actione contrariâ retentio. 1340. *ſeqq.* 1381. *ſeqq.*

*Depoſitæ* rei reſtitutio pluribus & in rebus pluribus. 1353. *ſeqq.*

*Derelictio* non eſt donatio. 3456. *ſeqq.*

*Derivativa* acquiſitio. 3444. *ſeq.*

poſt *deſertionem* conjugis, alimenta. 238. *ſeqq.*

*Deterioratio* quomodo in redhibitoriam veniat. 1565. *ſeqq.* 1568.

*Dichotomiæ.* 966.

*Dies.* 5439. 5444. 5402. 5409. *ſeq.* adjectus anno Saxonico. 5447.

Actio

Actio ex L. *Diffamari*. 4269. 3270. *ſeq.* an cum injuriar. actione cumulari queat. 3272. Effectus illius judicii. 3279. *ſeqq.* an contrà denunciantem delictum obtineat. 3282.

*Directa* actio. 1233. *directò* teneri & *directâ* actione teneri. 1225. directè condicitur præponenti. 1219. *ſeq.* ſubſidia ad diſciplinas in filium. 166. *ſeqq.* 176.

*diſcontinuæ* ſervitutes. 4862.

*Diſpenſatio* quid. 5108. 5111.

*Diſplicentiæ* pactum quoadusque. 1581. *ſeq.* 1593.

in *Divortio* alimenta. 238. *ſeqq.* in c. *Divortii* alimenta, 238. *ſeqq.* ſumtûs litis. 255. *Divortium* partiale. 232.

*Do* ut des. 2045. *ſeqq.* 2055. periculum in eô contractu. 2133. *ſeqq.*

*Do* ut facias. 1138. *ſeqq.*

*Doli* actio in mutuo. 1260. *ſeq.* in ſequeſtro. 1410.

*Doli* actio non eſt pœnalis. 5316. *ſeqq.* biennalis eſt. 5320.

*Doli* exceptio concurrens cum aliis. 1545. de *dolo* in heredes. 2321. *ſeq.*

*Dominium* rei & dominium juris. 3944. *ſeq.*

*Dominiorum* diſtinctio & varietas. 3545.

*Dominii* partes. 3434

*Dominii* acquirendi cauſa & modus. 56. 61.

*Dominii* acquiſitio originaria. 35. 40. derivativa. 42.

*Dominii* acquiſitio ipsô jure. 3483.

*Dominii* transferendi animus. 55. *ſeq.* 62.

*Dominii* tranſitus in contractibus. 1056. *ſeqq.*

*Dominium* in heredem. 3647.

ex *Dominio* res vindicatur. 4181. *ſeqq.*

*Dominii* exceptio in Interdictis. 3884. non datur conductori. 1687. *ſeqq.* Quæſtionem dominii referre in emt. vend. 1586. *ſeqq.* de *dominio* actio non ſtatim eſt realis. 2544. *ſeqq.*

*Dominii* utilis diſtinctio. 1109. *ſeqq.*

*Dominium* fictum in Paulianâ. 4500. *ſeqq.*

*Dominium* rerum hereditariarum. 3477. *ſeqq.*

*Donatio* per ſtipulationem vel aliter. 1064. *ſeqq.*

*Donatio* non eſt contractus. 617. *ſeq.* 1069. *ſeqq.*

*Donationis* modi. 614. *ſeq.*

*Donatio* inofficioſa. 642. ejus revocatio. 4157. *ſeqq.*

ex *Donatione* m. c. actio. 652. *ſeqq.* 655. *ſeqq.*

ex *Donatione* pp. Nupt. actiones. 625. *ſeqq.* 635. *ſeq.* 641.

*Donatio* pp. Nupt. non eſt contractus. 957. *ſeqq.* nec adeò nominatus. 622. *ſeqq.*
*Donatum* pp. Nupt. an in dominio uxoris. 637. *ſeqq.*
*Dotem* ut det uxor an cogatur. 230.
*Dotis* obligatio in Patre. 153. *ſeq.*
*Dos* an Juris in re ſpecies. 3415. 3422. *ſeqq.* 3433.
ex *dotis* promisſione actio. 658.
pro *dotalibus* rebus actio. 4976.
*Dotis* exactioni à quo tempore præſcribatur. 4593. *ſeqq.*
*Dotis* obligatio ad alimenta. 156.
*Duplex* Judicium. 3613.

E.

*Eccleſiæ* donata res citrà traditionem. 3484.
adv. *Eccleſiam* præſcriptio. 4849. 5007.
*Eccleſiaſt.* Feudum ùt præſcribatur. 5347. *ſeqq.*
*Edicta* Prætorum non ſemper annua. 5239.
*Edictum* perpetuum. 5239.
*Edictum* ſucceſſorium. 5456.
*Educationis* officium. 138. *ſeq.*
Se *effecturum* eſſe. 1162. *ſeqq.*
*Emphyteuſis* nova contractûs ſpecies. 630. *Emphyteuticum* Jus eſſe dominium rei. 3427. *ſeqq.* In eô de utili dominio diſpoſitio. 1000. *ſeq.*
*Emphyteuticus* contractus differt ab eô, quô emphyteuſis promittitur, venditur, &c 1124. *ſeq.* 1815. *ſeq.*
*Emphyteuſeos* & contractûs emphyteutici diſcrimen. 1131.
in *Emphyteuſi* duæ actiones. 998.
ex *Emphyteuſi* an condictio ex Lege. 632.
*Emphyteuſis* ùt vindicationem pariat. 3515. *ſeqq.*
*Emphyteutæ* præſcriptio. 4739. *ſeqq.*
ab *Emphyteutâ* novô canon prætcritus. 1827.
*Emphyteuticarius* contractus ſeparatus. 1819. *ſeqq.*
*Emtione Vend.* non hoc agitur, ut dominium tranſeat. 1079. *ſeqq.*
*Emtio* prævalet locationi. 1735. *ſeqq.*
*Emti* actio ob vitium an perpetua. 1542. *ſeqq.* 1549. 1556. 1558.
pacta ad *Emtionem* Vend. diſſolvendam. 1585.
*Emtori* læſo ex L. 2. C. d. Reſc. Vend. actio. 1645.
*Emtio* ſit an permutatio. 1097. *ſeqq.*
per *Epiſtolam* obligatio. 1487. *ſeqq.*
*Evictio* in permutatione, 1070. *ſeq.* & aliis præter Emt. Vend. negotiis. 1658.
*Exceptiones* altioris indaginis in poſſeſſorio. 4448. 4459.
*Exceptio* non competentis actionis. 8. 9.

Ex-

*Exceptiones* in executivo Proceſſu. 1310.
*Exceptio* inepti libelli 8. 9.
*Exceptiones* litis finitæ. 4533.
*Exceptio* Non Num. Pec. in Cambio. 1311. *ſeqq.*
*Exceptionem* Præſcriptionis qt. Judex ſuppleat. 4540. *ſeqq.*
*Excuſſionis* exceptio an altioris indaginis. 449.
*Excuſſio* in hypothecâ ſpeciali. 4399. 4521, *ſeqq.* in remediis poſſeſſoriis. 4483. in Interdicto Salviano. 4443. 4447.
*Executio* in nomina debitoris. 4518.
*Executivus* Proceſſus. 4511. in *executivo* Proceſſu exceptiones. 1310. *executivè* agere adv. tertium. 4512. *ſeqq.*
*Executoriales*, & mandatum de exequendo. 3124.
*Exercitoria* (& inſtitoria.) 2299. ex præpoſitione. 1191. *ſeq.* Tempus illius. 5146.
*Exhæredatus* ritè & iniquè. 4058.
ad *exhibendum* actio. 268. *ſeq.* & in eâ probatio. 273. *ſeqq.* experitur illâ is cujus intereſt. 3497. *ſeqq.*
*eximens* in jus vocatum. 3285. *ſeqq.*
*expilatæ hæredit.* mariti ſucceſſores agere non poſſunt adverſus viduam. 2876. Crimen *expilatæ* hæredit. non eſt furtum. 2892. *ſeqq.*

# F.

*Factum* quid. 18. *ſeq.* & 32. ex *facto* jus oritur. 15. *Factum* quomodo mater obligationis. 68. 72. *ſeqq.* 127. ex *facto* actio. 26. 391. 395. *Factum* non conficit diſcrimen inter actiones reales & perſonales. 3379. *ſeqq.* *Factum* commune. 121. *Factum* civile. 74 *ſeqq.* *Factum* naturale. 113. *ſeqq.* 125. *Factum* illiberale. 1138. liberale. 1144. *Factum* illicitum. 94. *ſeqq.* *Factum* ſolitarium & relatum. 45. non *Factum* in Contractu. 1157. *Factô* quin & jure quis ſit dominus. 48. *Facti* alieni promisſio. 70. *ſeq.* 1161.
*Facio* ut des, 1138. *ſeq.* 2107. *ſeqq.* an pariat condictionem ob cauſam. 2121.
*Facta* an pariant Interdicta. 3762. *ſeqq.*
ex *Facto* intereſſe, item mora. 24. *ſeq.*
in *Factum* actiones. 26. *ſeqq.* 2004. Actio in *Factum* ob damnum. 3074. *ſeqq.* Actio in *Factum* & actio P. V. 1345. actio in *Factum* & actio utilis. 2002.
*Facultatis* meræ quænam ſint. 4584.
*Familiæ erciſc.* actio non eſt realis. 4090. 4110. *ſeqq.* ſed ex quaſi contractu. 4092. *ſeqq.* 4142. & merè perſonalis. 3595. Quomodo univerſa-

verſalis, 2553 *ſeqq.* in F. E. actione probatio. 2557. *ſeqq.*

*Famil. erc.* agens non protinùs agnoſcit reum pro cohærede. 2560. *ſeqq.* 2570. *ſeqq.*

*Famoſi libelli* quæſtio. 5240.

*Felonia.* 5339.

*Feudalium* Conſuetud. Auctores. 5327.

*Feudalis* contractus. 5333.

*Feudi* Jus in Regalibus. 5390.

in *Feudo* hypotheca tacita. 186 *ſeqq.*

in *Feudo* præſcriptio. 4760. *ſeqq.* 5331.

*Feudi* revocatoria. 5341. quòusque duret. 1620. *ſeqq.*

ex *Feudo* alimenta. 180. *ſeqq.*

*Fides* bona & mala in præſcript. 4697. *ſeqq.*

Malam *fidem* non inducit ſcientia debiti. 4082. 4713. 4718.

*Fideicommiſſi* adeundi coactio. 2576.

*Fideicommiſſum* in caſum contraventionis. 4598.

*Fidejuſſor* pupilli. 454. *ſeqq. Fidejuſſor* ſi reo paciſcitur. 532. *ſeq. Fidejuſſor* non eſt tertius. 531.

*Fidejuſſionem* pactô non conſtitui. 2203. *ſeqq.* Fide ſuâ jubere an aliter quis poſſit, quàm ſtipulatione. 1490. *ſeqq.*

*Fidejuſſorem* adoriri licet eôdem libellô cum debitore. 1498.

*Fidejuſſor* adv. debitorem. 1176.

*Fidejuſſio* & conſtitutum. 1185. *ſeqq.*

*Fidejuſſoris* antequam ſolvat actio. 1925. *ſeqq.* 1931. ſolidum ſolventis regreſſus. 2216.

*Fidejuſſores* tutorum. 2485. *ſeqq.*

*Filiationis* poſſesſio. 161. *ſeq.*

*Finium regund.* actio eſt perſonalis. 3611. 3617. *ſeqq.* & de quæſtione dominii in eâ. 3623.

*Fiſco* competens actio quomodo præſcribatur. 5007.

*Fiſcus* debitoris ſui debitorem convenit. 1807.

de *Fonte* Interdictum; 3877. *ſeq.* & de eô reficiendô. 3879.

*Frater* in alendo. 174. *ſeq.*

*Fratrum* præteritio in teſtamento finè expresſione cauſæ; 4037.

*Fraudatorium* edictum. 1640.

*Fructuum* percipiendor. & perceptorum periculum. 1676. *ſeqq.*

*Fructus* à. b. f. poſſeſſore. 339. *ſeqq.* 344. *ſeqq.*

*Fructuum* perceptio ex pignore. 1418. *ſeqq.*

*Fugientis* detentio. 5418.

*Funeraria* actio. 2437. 2707. Prætoria. 2710 *Funeratio* cauſâ pietatis. 2448. *ſeqq.*

*Fungibilis* res an deduci poſſit in contractum innominatum. 685. *ſeq.*

*Furti* conſilium. 305. *Furtum* ope conſiliô. 3051. *Furti* in duplum. 2858. *Furtiva* res in præſcriptione. 4763. *ſeq. Furtum* an in alienatione

natione noxæ. 4939. Actio *furti* commodatario. 2833. *ſeqq.* *Furti* actio perpetua. 5051. 5270. 5273. *ſeqq.* *Furti* præſcriptio. 5123. *Furtum* conjugum. 2859. *Furti* adv. Naut. Caup. Stabul. 5288. *Furtum* & rapina. 3036. *ſeqq.* 3039.

## G.

*Generationis* factum. 129. 144. *ſeqq.*
*Genus* & res fungibilis. 1251. *ſeq.*
*Generalis* actio. 1236. *ſeqq.*
*Gerada* non defertur jure hereditario. 4161. *ſeqq.*
*Germanorum* fides. 535. *ſeqq.*

## H.

*Habitatio* commodatô data. 1337. *ſeqq.*
in *hæredem* tranſit dominium; 3647. non tranſit poſſesſio, nec jus posſeſſionis. 3650. *ſeqq.* 3657. 3695.
*Hæres* quando præſcribat. 4725. *ſeqq.* 4785. *ſeqq.* 4795.
*Hæreditas* eſt dominium rerum; 3944. *ſeqq.* non eſt dominium continuatum. 3949.
*Hæreditatis petitio* quòusque liberis competat: 5456. & quomodo detur adv. poſſeſſorem. 3402. quat. mixta ſit. 4957. 5041.
*Honeſtas* an actionem pariat. 131.
*Hora.* 5409. *ſeqq.* *Horaria* Præſcriptio. 5413. *ſeq.* *Hora* 24. 5420.
*Hypothecæ* pactum non eſt legitimum. 671. *ſeq.* *Hypotheca* citrà traditionem. 677. *ſeqq.* 683. 690. 693. *ſeq.*
*Hypotheca* & onus reale. 184. Eâdem potiora onera quædam realia. 193. *ſeq.* 1829.
*Hypothecæ* initium. 4905. Venditio ejus. 1126. *Hypotheca* in tertium poſt litem motam alienata. 4514.
*Hypotheca* an expiret re præſcriptâ. 4892. *ſeqq.*
*Hypotheca* in teſtamento. 4329. *ſeqq.*
*Hypotheca* tacita non niſi per Legem. 192. 4360. *ſeq.*
*Hypotheca* ſpecialis non excludit excusſionem. 4399. *ſeqq.* 4521. *ſeqq.*
*Hypothecæ* poſſeſſor tertius an ex inſtrumento conveniatur executivè. 4512. *ſeqq.*
*Hypotheca* tacita in Feudo. 185. *ſeqq.*
*Hypothecaria*, 4305. *ſeqq.* 4385. *ſeqq.* an civilis. 672. *ſeqq.* 697. adv. poſſeſſorem. 1328. *ſeqq.*
*Hypothecaria* & Salvianum. 4408. *ſeq.* 4443. *ſeqq.* 4447.
in *Hypothecaria* probatio. 4391. 4395. adv. eam exceptiones. 4389. *ſeqq.*
*Hypothecaria* excusſionem ſupponit. 4397. *ſeq.*

*Hypothecaria* non ante excuſſionem principalis. 4397. *ſeqq.* nec ante conditionem. 520.

*Hpothecaria* utilis;4473.4482.etiam pro nomine pignori dato. 4519.

*Hypothecaria* Præſcriptio. 1328. *ſeq.* eſt 40. annorum adv. debitorem. 4907. *ſeqq.*

# I.

*Jactus* miſſilium. 3462.

*Illata* res pignori, 4349. in prædium ruſticum. 4352. *ſeqq.*

*Illicò.* 5397. 5441.

*Immiſſoriales.* 3123. *Immiſſio* an rem pignore afficiat. 4347. *ſeq.*

*Immobilium* depoſitum. 1390. *ſeqq.*

ob *Impenſas* actio. 928.

*Implementum* & perfectio. 932. 1331.

*Imploratio* officii Judicis non eſt contrà Judicem. 1414.

*Imploratio Officii Judicis* & actio. 287. *ſeq.* 370. *ſeq.* 389. 433. *ſeqq.* & actio in factum. 789. *ſeq.* 795. 845. & interdictum. 225. *ſeq.* *Imploratio Off. Jud.* ubi actio. 218.

*Implorationi Officii J*[illegible]*is* ineſſe actionem in factum. 370.

*Implorationem Officii Jud.* eſſe Remedium ſuſpectum. 3943.

*Imputatio* facti. 70. 76.

*Incendium* culpâ inhabitantium. 3085.

ex *Incendio* rapta. 3070. *ſeqq.*

*Incerti* actio. 2083. *ſeqq.*

*Inceſtuoſus* ad alimenta. 155.

*in continenti.* 5391. 5404.

*Indebiti* obligatio. 2383.

*Infamia* ex ſocietate. 1895. ex depoſito. 1380. quoad Illuſtres conventos, in actione injuriarum. 3251.

*Ingrati* actio. 643. *ſeqq.*

*Ingrediendi* poſſeſſionem poteſtas & hypotheca. 4461. 4469. *ſeq.*

*Inhibitiones* Saxonicæ. 3852.

*Injuria* ſi quis obæratum dicat. 3264.

*Injuriarum* æſtimatoria actio, 3243. & Officium Judicis. 3245. *ſeq.* *Injuriarum* actio criminalis. 3244. *ſeqq.* æſtimatoria & criminalis. 3256.

*Injuriarum* pœna pecuniaria. 3257.

*Injuriarum* actio in heredem. 3266. *ſeqq.*

*Injuriarum* actio an damnum vindicet. 3097. *ſeq.*

*Injur.* actio per Procuratorem. 3250. Ejus præſcriptio. 3269.

*Injuriar.* ex L. Cornel. actio non eſt publici Judicii. 5052. eſt perpetua. 3260. 5052.

*Innominatus contractus* non perficitur per ſolum conſenſum. 1947. 1968. recipit quoque res fungibiles. 685. *ſeqq.*

in Contractu *innominato* locum habet pœnitentia. 2020. nec in eâ quid nunc mutatum eſt. 1971. *ſeqq.* 1975.

1975. quin & in aliis hodienum differt à nominatis. 1984.
*Inoff. teſtam.* querela. 4035. non eſt ſublata Jure noviſſ. 4037. Datur quando ritè conceptum eſt teſtamentum. 4052. *ſeqq.* neglectâ formâ non opus eſt illâ querelâ. 4037. non datur, ſuppetente aliô remediô. 4043. *ſeqq.* Præſcriptio querelæ illius. 5020. 5025. 5031.
*Inofficioſa* dos. 4155.
*Inofficioſa* donatio. 642. ejus querela. 5029. *ſeq.*
*Inquiſitio* criminum etiam Romani Juris. 5054. Non ſucceſſit in locum accuſationis. 5056. *ſeqq.* & an tranſeat accuſatio in inquiſitionem. 5057.
*Inſtitoria* ex Præpoſitione. 1191. *ſeq.*
*Inſtitoria* utilis. 1210. *ſeqq.*
adv. *Inſtitorem* directa actio. 1221.
Quaſi *Inſtitoria.* 1213.
*Inſtitutoria* actio. 1496.
*Inſtrumentum guarentigiatum.* 4513. ejus recognitio. 1305. in illô nominatus. 4513. Ejus efficacia ad proceſſum ſummarium. 4511. adv. tertium, ad proceſſum executivum, an valeat. 4512. *ſeqq.*
*Interdictorum* cauſa. 296. Quædam eorum habent annexam cauſam proprietatis. 3860. *ſeqq.*
an *Interdicta* ex delicto. 3762.
ex *Interdictis* actiones. 3143. *ſeqq.* 3187. an reales. 3779. *ſeqq.* 3792. 3795. an perſonales. 3798. *ſeqq.* 3819. *ſeqq.*
*Interdictum* retin. poſſeſſ. non datur contrà poſſeſſorem, ſed tamen Interdictum recup. 3811. *ſeqq.*
*Interdictum ne vis fiat ei.* 4472.
*Interdictum Uti poſſidetis* ſummariam promittit & plenam cognitionem. 3863.
*Interdictum* de itinere actuque privato. 3876.
*Interdicta* ſpecialia retin. poſſeſſ. 3843.
*Interdicta recup. poſſeſſ.* 4478. non ſunt ex poſſeſſione. 3737. *ſeq.*
*Interdictum Unde Vi* non receſſit à Foro. 3889. *ſeq.*
*Interdictum præſcriptio.* 5149 *ſeqq.* 5152.
*Interdicta* popularia perpetua. 5151.
*Intereſſe* ex facto pendet. 22. *ſeqq.*
*Intereſſe* & uſura. 1297. *ſeqq.* 1510.
*Interrogatio* in ſtipulatione & pacto. 946. *ſeq.*
adv. *Invitum* & prohibentem an N. Geſt. actio. 2455. *ſeqq.*
*Judicem* adire. 848. *ſeqq.*
*Judex* quando actorem repellit. 4544. litem ſuam faciens. 3316. *ſeqq.* 3334. *ſeqq.*
*Judicio* quò minùs quis ſe ſiſtat, & exemtio in jus vocati. 5260. 3309. *ſeqq.*
*Judicii mutandi* c. alienatio. 5213. *ſeq.*

*Judicatum* & contradictum Judicium. 2793. *Judicatum* & *adjudicatum*. 2643. 3474. *ſeqq.*
*Judicatum* non eſt quaſi contractus. 2422.
*Judicati* actio non datur adv. tertium. Ex *Judicato* capta pignora. 4343. *Judicatum* an rem pignori afficiat. 4346.
*Jus* ambiguè capitur. 15. *ſeqq.*
*Jus Gent.* non eſt ex pactis tacitis. 262. *ſeqq.*
*Jus circà rem* non eſt reale. 3408. *ſeqq.*
*Jus reale* an contractu conſtituatur. 1118. *ſeqq.*
*Jura realia* quædam potiora ſunt hypothecâ. 1829. 1879.
*Juris in re* ſpecies. 3413.
*Jura in re* non ſunt in ſubſtantiam, præter unum dominium. 4487.
*Jus* eſt ex facto. 15. *ſeqq.* 46. *ſeq.*
in *Jus vocatum* eximens. 3285. *ſeqq.* 3299. *ſeqq.*
in *Jus vocati* exemtio. 5259.
ex *Jurejurando* actio. 705. non eſt ex pacto. 706. *ſeqq.* nec Jusjurandum eſt pactum legitimum. 700. Tempus actionis de Jurejurando. 5145.
*Juramentum* Zenonianum. 3062. Minorationis. 3063. *ſeqq.*
de *Jurando* pactum. 703.
*Juramentum* promiſſorium. 704. Jure Civili non parit actionem. 796. *ſeq.* 781. *ſeqq.* nec Jure Canon. 784. *ſeqq.* 799.
*Juramentum* liberti. 758. *ſeqq.* 766. non eſt pactum legitimum.
*Quod Juſſu*. 2290. *ſeq.* *Juſſus* & Mandatum. 1202. *ſeqq.* 2293. *ſeq.*

## L.

*Laudemium*, 1834. 1853. *ſeq.* unde præſtandum, 1837. & quâ actione, 1839. 1861. *ſeqq.*
ex *Læſione* enormi actio. 1637. *ſeqq.* 1641. *ſeq.*
*Læſio* ultrà dimidium in aliis præter Emtionem Venditionem contractibus. 1656. *ſeqq.*
*Læſio* in diviſione hereditatis. 1662.
*Læſus* ultrà dimidium quisnam. 1646.
in *Læſione* ultrà dimidium ſi res peremta fuerit. 1647. *ſeqq.*
*Legatum* qt. donatio ſit. 3468. *ſeqq.* Ejus dominium ipsô jure acquiri. 49. *ſeqq.* 687. *ſeq.*
*Legata* in teſtam. inoffic. 4063. *ſeq.* reſpectu fratrum. 4067. *ſeqq.*
*Legata* quando amittat, qui teſtamentum inofficioſum dicit. 4081. *ſeq.*
in *Legato* annuo præſcriptio. 4627. *ſeqq.*
*Legis* novæ obligatio, à quo tempore. 5451. *ſeq.*

*Legitime* gravamen. 4151. In eâ quis læſus dicatur. 5028.
*Libelli* inepti rejectio. 8. *ſeqq. Libellus* alternativus. 1644. *Libellus* & probatio. 4310. *ſeqq.*
*Libertatis* naturalis in rebus agendis aſſertio. 4235 4240.
*Libertas* rei, ſervitus. 4884.
*Litis conteſtatio* in actione injuriarum. 3266 *ſeqq.*
*Litis conteſtatio* eſt quaſi contractus. 2423. Ex *litis conteſtatione* actio. 2644. *ſeqq. Litis conteſtatio* cum condemnatione juncta. 2671. *ſeqq. Litis conteſtatio* an pœnam transmittat in criminibus. 2652. *ſeq.*
de *Litis* quotâ pactum. 406.
*Literarum obligatio*, 1317. 1323 ampla, 950. *ſeq.* Contractûs *literarii* ſpecies Juſtinianéa 824.
*Literarum obligatio* efficax. 810. 813. 815. *ſeq.* 820. *ſeqq.*
*Literarius contractus* non eſt ex mutuo. 825. *ſeq.*
*Literarum obligatio* non nititur fictione mutui. 982.
ex *L.* 2. C. d. Reſcind. Vend. actio. 1667. *ſeqq.*
*Locatio.* 1675. in eâ an præciſè pecunia. 1045. *ſeq. Locatio* & ſocietas; 1144. *ſeq.* & contractus innominatus. 1710. *ſeqq.* in *Locatione* periculum. 1730. *ſeqq.* caſus. 1719. *ſeqq.*
*Locatio* operis. 1701 *ſeqq* & operæ; 1724. *ſeqq.* & actiones inde competentes.
*Locatio* qualium ſit operarum. 1174. *ſeqq.*
*Locatio* & antichreſis. 1421. *ſeqq.* 1439. *ſeqq.*
in *Locatione* fundi fructûs ſunt tacito pignori. 1794. *ſeqq.*
in *Locatione* agi ad intereſſe. 1718. 1723. quid ſi caſu quis conventum præſtare impeditus ſit. 1719. *ſeqq.* in *Locatione* damnum quoad fructûs. 1676.
*Locator* ad onera tenetur. 1679. *ſeqq.*
à *Luctu* ad alimenta. 258.
*Luſus* & donatio. 2997. *ſeqq.*
*Ludo* perditum ad furtum non pertinet. 2962. *ſeqq.* an repeti queat. 2979. *ſeqq.*
ad *Luſum* mutuò data pecunia. 2987.
*Luſu* ſi parens perdiderit patrimonium. 2997. *ſeqq.*
*Ludere* adhuc eſt delictum. 2967. *ſeqq.*

## M.

*Macedoniani* exceptio in quonam peculio. 1271.
adv. *Magiſtrum* navis actio. 2301.
*Magiſtratus* tenetur actione tutelæ. 2488. *ſeqq.*

*Majeſtatis* læſæ crimen an divini Juris, 5106. in eo memor. damnatio. 5130.
*Mandatum* & juſſus. 1202. *ſeq.*
*Mandatum* & depoſitum. 1003. *ſeqq.*
*Mandati* ſequeſtraria actio. 1392.
*Mandatum* etiam tacitè. 1174.
in *Mandato* ſi fatale damnum acciderit. 1919. *ſeqq.*
*Mandati* fines ſi non ſervaverit. 1918.
*Mandata* in Poſſeſſoriis Judiciis. 3848.
*Mandata* ſinè Cl. & Actio. 3123.
*Mandatum* & decretum. 3126.
*Manutenentiæ* Judicium. 3845. *ſeq.*
*Matris* officium. 143. Ejus ad lactandum obligatio. 149. *ſeqq.*
*Medici* culpa. 3326. *ſeqq.*
*Memoriæ* damnatio in Læſæ Majeſt. crimine, quoadusque. 5130.
*Menſoria* actio, 3110. & de ſententiâ, ad pronunciatum menſoris latâ. 3112. *ſeq.*
*Merces* in re fungibili. 1714.
*Merces* & pretium. 1043. 1134. *ſeqq.*
*Metus* & vis compulſiva. 4954.
Quod *metûs* causâ actio non eſt longi temporis. 4917. *ſeqq.*
*Mevius* vindicatur. 2684. *ſeqq.*
*Migratio* ab uxore. 203. *ſeq.* de *Migrando* interdictum. 1699. *ſeq.*
*Minori* currens præſcriptio. 4611. *ſeqq.*
*Miſſio* in bona, 4484. qt. pignus det.
*Miſſionis* decreta. 3119. *ſeqq.*
*Miſſo* in poſſesſionem quænam actio. 4473.
*Mixtæ* non dantur actiones, ex perſonalibus & realibus. 4956. 5039. 5041. nec tales ſunt C. Divid. 2541. 2548. (quippe quæ non eſt ex dominio. 2543. *ſeqq.*) item F. E. & F. Reg. actio. 2548. *ſeqq.*
*Mixtarum* actionum præſcriptio. 5039.
*Modus* contractus. 938.
*Moderamen* inculpatæ tutelæ. 5392.
*Momentum*. 5391. 5404. *ſeq.*
*Momentanea* poſſesſio. 5403. *Momentaneus* Proceſſus & ſummarius. 4331.
*Mora* realis & perſonalis. 5101. *ſeqq.* ex facto mora. 25.
ob *Moram* æſtimatio. 1292. *ſeqq.*
*Mutuum* & depoſitum. 1030. *ſeqq.* 1363. *ſeqq.* 1370.
*Mutuum* Civitati datum. 1269.
*Mutuum* non eſt bilaterale negotium. 1258. Eſt titulus oneroſus. 315.
*Mutuum* Procuratoris. 2244. *ſeqq.*
in *Mutuum* pecunia aliena. 1266. *ſeq.* 2244 *ſeqq.*
in *Mutuo* alienatio. 4987. *ſeqq.*
rat. *Mutui* L. Aquiliæ Actio. 1253. *ſeq.*

N. *Nat-*

## N.

*Natta*. 1497.
*Nautæ*, Caup. Stabul. ex qſ. delicto. 5283. *ſeqq.* & ue hujus affinitate cum furto. *d. l.* ſi Furtum faciant ipſi, vel ſervi ipſorum. 3359. *ſeqq.*
*Negatoria* actio. 4202. *ſeqq.* non conſiſtit in ſola contradictione, 4212. *ſeqq.* Quis in eâ probet. 4218. *ſeqq.* 4226. *ſeq.* 4229. *ſeqq.* 4251. 4271. *ſeqq.*
*Negligentia* qt. fundamentum ſit præſcriptionis. 4561. 4589.
*Negotium* & adminiſtratio in contractu. 1402. 1406.
*Negotiorum geſtio*, 1152. & in rem verſio. 2339. *ſeqq. Negotiorum geſtio* domini ſcientis. 2439. *ſeq.* in *Negot. geſtione* culpa levis. 2441. *ſeq. Negot. geſt.* actio quibus d. Prætoria. 2711. *ſeq.*
*Nominum* oppignoratio. 4518. 4526. *ſeqq.*
*Nominatores* tutorum. 2487.
*Nominata* actio. 1239. *ſeqq.*
in *Novi operis* nunciatione trimeſtre cautionis. 3193. *ſeqq.*
*Novi operis* deſtructio cujus fiat ſumptibus. 3154. *ſeqq.*
*Noxam* alienans. 4939. *ſeq.*
*Noxalis* actio. 3361. rat. furti manifeſti. 5270. an in rem ſcriptæ ſint noxales. 3365. 4926. *ſeqq.* earum præſcriptio. 4927. *ſeqq.* 4939. 4941. *ſeqq.*
*Nullitas* teſtamenti paterni v. c. quinquenniô arguenda. 4076. *ſeqq.* 4084. an quæſtio ejus transmittatur. 4084. *ſeqq.*
*Nullitatis* remedium, 5012. contrà ſententias. 5016.
*Numerationis* probatio. 1314. *ſeqq.*
Non *numeratæ* pecuniæ exc. renunciatio. 1321. *ſeq.* pœna negantis non numeratam eſſe pecuniam. 1315. *ſeq.*
*Nuncius* & Procurator. 2247. 2259. 2265.

## O.

*Obligatio* & debitum latiùs accept. 128.
*Obligationis* definitio. 69.
*Obligatio* perfecta. 136.
*Obligatio* naturalis invalida. 452. *ſeq. Obligationi* naturali quando aſſiſtat Jus Civile. 111. *ſeqq.*
*Obligatio* merè civilis. 420. *ſeq.*
*Obligatio* ex re. 445. *ſeqq.* 463. 470. non quælibet *obligatio* eſt ex facto. 67. *ſeq. Obligatio* dativa, 117.
*Obligatio* non eſt actus naturalis ùt poſſeſsio. 2252. *ſeqq.*
*Obligatio* conditionalis. 504.
*Obligari* acceſſoriè, concurrenter, alienô nomine. 962. *ſeqq.*

*Occaſio.* 3397. *ſeqq.* 3404. *ſeq.* 3439. 3748. 3754.

*Officii* Judicis imploratio & actio. 141. *ſeq.*

*Onus* inhærens & hypotheca. 184.

*Onera* ad poſſeſſorem. 1682. *ſeqq.* ad creditorem in pignore. 1680.

*Onera* realia quibus actionibus exigantur. 1840. *ſeqq.* & adv. quem dentur. 1847.

*Operæ* locari ſolitæ. 1143. 1147. in locatione ſimplices. 1728.

*Operarum* dies. 5447.

*Opificium* exercendi libertas. 4235. *ſeqq.* 4240.

*Opus* novum, 3127. *ſeqq.* & nunciatio, in quibus, de quo & quot modis fiat. *d. l.* Edictum Prætoris & in factum actio. 3138. 3179. 3187. in *Novô opere* cautio per nunciatum. 3193. *ſeqq.* in *opere novô* quomodo venditor teneatur. 3150. in *Opere novo* ſingularis ſucceſſor quilibet, ut & univerſalis. 3168. *ſeqq.* & 3177. *ſeqq.* 3182.

*Ordinarium* & petitorium. 4429.

*Originarii* modi acquirendi dominium. 3448. *ſeqq.*

## P.

*Pactum* & conventio, 401. & contractus. 598. & contractus conſenſualis. 894. *ſeqq.* & ſtipulatio. 2209. *ſeq.* & conſtitutum. 1182. *ſeq.*

*Pacta* à contractibus Jure etiam naturali diſtincta eſſe. 887.

*Pactum Prætorium*, 667, vel legitimum auctoritate Prætoriâ.

*Pacta* tacita. 597. *ſeqq.* ex *pactis tacitis* an Jus Gentium. 262.

*Pacta* pura. 503. 511.

*Pacta* veſtita. 613. 804. *ſeqq.* Tale non eſt pactum literis firmatum. 808. *ſeq.*

*Pacta adjecta.* 739. *ſeqq.* *Pactum adjectum* uſurarum. 724. *ſeqq.* ex *pacto adjecto* actio. 1433.

*Pactum perſonale* & *in perſonam conceptum.* 558. *ſeqq.* item *in perſonam conſtitutum.*

*Pactum* quando ſingulari ſucceſſori proficiat. 565. 570. *ſeqq.*

*Pactum in rem* & *reale.* 559.

*Pactum* traditioni adjectum. 745. *ſeqq.* 748. *ſeqq.* 754.

*Pactum* non ſtatim in rem eſt, ſi res certâ lege traditur. 756.

ex *Pacto* jus reale. 679. *ſeq.*

*Pactum* geminatum. 1178. *ſeqq.*

*Paciſci* alii. 545. *ſeqq.*

*Pactum* de quotâ litis. 496.

*Pactum* de hæreditate viventis. 586. *ſeq.*

ex *Pacto* de hæreditate actio. 596.

*Pactum* non parit actionem, 4981. ne quidem naturaliter. 405. *ſeqq.* 4983.

*Pa-*

*Pactum* an hodiè pariat actionem in foro. 415. *ſeqq.* 437. *ſeq.* 1963. an Jure Canon. 422. *ſeqq.*
*Pacta* ſi vel actionem hodiè producerent, adhuc tamen à ſtipulatione diſcernenda eſſe. 742. *ſeqq.*
*Pactum* ad actionem valere, non quà tale. 1468. *ſeqq.* 1472. 1481.
*Pagenſtecherus* laudatur & defend. 5359. *ſeqq.* 5386. *ſeqq.*
ad *Palinodiam* actio, 3261. an criminalis? 3262. *ſeq.*
de *Palmario* pactio. 499.
*Parricidii* perſecutio ad vicennium. 5068. *ſeqq.* 5075. *ſeqq.*
*Partûs* ſuppoſiti criminis præſcriptio. 5089. *ſeqq.* 5099.
*Paternum* officium. 130.
*Pater* prodigus. 2997. *ſeqq.*
*Pauliana* eadem, quæ revocatoria. 5105. 5208. contrà quem detur. 4498. *ſeq.* non eſt ex pignore Prætorio: 4496. non eſt præcisè realis nec perſonalis; & quænam cauſa ejus. 4489. *ſeqq.* eſt anomala. 4503. *ſeqq.* quomodo poſt miſſionem detur. 4494.
*Pauperies* ab animali. 3341. 3362.
*Peculatûs* crimen. 5122. *ſeqq.*
de *Peculio* actio, 2312. quoad duret. 5144.
*Penſionum* præſcriptio. 4619. *ſeqq.*
*Perſonalis* actio non ſtatim ex conventione. 5142.
*Perſonalis* actio rat. ſervitutis poſt ſervitutem conſtitutam. 5003. *Perſonalium* actionum pro ſervitute perſonali vel reali competentium præſcriptio. 4989. *ſeqq.* & 5001.
*Periculum* in locatione. 1730. *ſeqq.*
de *Permutando* ſtipulatio. 1970. *ſeqq.* 1985. *Permutatio* non eſt do ut des. 2045. *ſeqq.* 2052. *Permutatio* an emtio ſit. 1097. *ſeqq.* *Permutatio* & æſtimatorius contractus. 2016. *Permutatio* rei alienæ. 2070. *ſeqq.* rei vitioſæ. 2105. *Permutationis* pactum actionem non producit. 894. in *Permutatione* læſio enormis. 2106.
*Perpetuum* tempus quodnam. 5090.
*Perſonale* & reale, in *perſonam* & in rem. 558. *ſeqq.*
*Perſonaliſſimum* pactum. 560. *ſeqq.*
*Peſtis* tempore præſcriptio. 4609.
*Petitorium* & ordinarium. 4429. *Petitorii* Judicii an condictio ſit. 3934. *ſeqq.*
*Piæ cauſæ* relicta in teſtamentô deſtitutô. 2576.
*Pignus* & contractus pignoratitius. 4297. *Pignoratitia* actio quando naſcatur. 4570. *ſeqq.* an ei præſcribatur. 4570. *ſeqq.* 4583. ex *pignore* fructûs. 1418. *ſeqq.*
*Pignus* & hypotheca: 4904.
*Pignus* publicum & judiciale. 4340.
ex *Pignore tacito* actio. 4314. *Pignus* tacitum an detur partim conventionale. 4360. *ſeq.* *Pignus* tacitum

citum in rebus invectis & illatis. 1794. *ſeqq.* 4349. an ad ſecundum conductorem porrigatur. 1781. *ſeqq* 1784. *ſeqq.* 1796 Quid de illatis in prædium ruſticum. 4350. *ſeqq.*
*Pignoris taciti* initium. 2475. *ſeq.*
*Pignus* à non domino. 4324. *ſeqq.*
*Pignus* meo nomine datum. 2246.
*Pignus* nominis. 4526. *ſeqq* 4518. in *Pignore* probatio. 4508. *ſeqq.*
ex Pignore *Prætorio* non eſt Pauliana. 4496.
*Pignus* Judiciale. 4471. *Pignus* ex immisſione. 4346.
*Pignus* rei ſervandæ causâ. 4484.
*Pignus* ex judicato. 4343.
*Pignoratitia* & hypothecaria. 4300. *ſeqq.*
*Pignus* in tutelæ actione, quodnam habeat initium. 2475.
ex *Pignore* non eſt interdictum. 3711. *ſeq.*
*Pluralis* ex duobus. 5449.
*Pluviæ* arcendæ. 267.
*Pœnæ* iteratio. 881. *ſeqq.* transmisſio in heredem ex crimine. 2652. *ſeqq.* 2684. *ſeqq.* Præſcriptio. 4770. *ſeqq.* 5079. *ſeqq.* 5083. 5109.
*Pœnales* quædam actiones etiam ultrà annum. 5254.
*Pœnalis* actio ſenſu ſingulari. 5262.
*Pœnitentia* in contractibus. 752. *ſeq.*
*Pœnitentia* dantis in contractu innominato, 1950. 1958. *ſeqq.* 1964. *ſeqq.* etiamnum locum habet. 2020.
ad non *pœnitendum* obligatio. 505. *ſeqq.*
*Pollicitatio.* 404. 827. *ſeqq.* quid ſit. 829 & quâ rat. obliget. *ſeqq.* an etiam ex ſimplici oblatione. *d. l.* an in illâ acceptatio. 854. *ſeqq.* Quomodo perficiatur. 838. an ad pacta legitima accedat. 840. *ſeqq.* 845. *ſeqq.*
*Popularis* actio, 2902. *ſeq.* 2909. *ſeqq.* & publicum Judicium. 2546. 105. *ſeqq.*
*Populares* actiones quoadusque: 5312. *ſeqq.* earum præſcriptio. 5061. regulariter annales ſunt. 5241. 5251.
de *poſitô* vel ſuſpensô actio; & quid ſi ceciderit. 3350. *ſeqq.*
*Poſſesſio* non eſt jus in re. 3687. 3710. 3781. *ſeqq.* 4411.
*Poſſesſionis* translatio in contractibus. 1047. *ſeqq.*
*Poſſesſio* in Rei Vindicatione. 39. *Poſſesſio* citrà auctoritatem Judicis. 4462. *ſeqq.*
*Poſſesſio* non eſt occaſio actionum realium. 3393 3399. 3406.
*Poſſeſſoria* heredit. petitio, 3955. *ſeqq.* non eſt interdictum. 5166. & nec quorum bonorum. 5167.
Quaſi *poſſesſio* exigendi præſtationem. 4650. *ſeq.* Quaſi *poſſesſio* obligationis. 4638. *ſeqq.*
*Poſſesſio* juſta. 4462. *poſſesſio* interverſa. 3929.

*Poſſeſſoria* Judicia quid differant à petitoriis. 3784. *ſeqq.*

Jus *poſſeſſionis*, 3635. *ſeq.* 3689. *ſeqq.* differt à *poſſeſſione* ipsâ. 3755. *ſeqq.* Tale non eſt jus apprehendendi poſſeſſionem. 3638. 3693. *ſeq.* 3707. *Poſſeſſionis* Jus non transmitti in heredem, 3942. *ſeqq.* 3649.

*Poſſeſſionis* adipiſc. interdicta. 3709.

*Poſſeſſio* momentanea. 5403.

*Poſſeſſionis* recuperatio. 5397.

in *Poſſeſſorio* exceptiones altioris indaginis. 4448. 4459.

*Poſſeſſorium* remedium non eſt, quando exceptionem dominii referre non licet. 1689.

in *Poſſeſſoriis* quomodo & quando locum habeat appellatio. 3980.

*Poſtæ* non tenentur actione de receptis. 2721. *ſeqq.* 2755. *ſeqq.* 2783. *ſeqq.*

*Præjudicialis* actio. 207.

*Prælatio* pupilli in re, quæ pecuniâ ejus emta eſt. 2476.

*Præpoſitio* negotiationi. 2289. Præponenti quænam remedia. 2308.

*Præſcriptio* & tempus. 5395. *Præſcriptio*, exceptio. 5402. *Præſcriptionum* ratio. 4590. *ſeqq.* *Præſcriptio* qt. negligentiæ actoris innitatur. 456 . *ſeqq.* ignorantia non impedit *Præſcriptionem.* 5059.

*Præſcriptionum* tempora. 5391. *ſeqq.*

*Præſcriptio* non eſt inter Gentes. 5460.

*Præſcriptione* acquiri & privilegiô. 5389.

*Præſcriptio* mandatorum & LL. Principis. 5465.

*Præſcriptio* heredis. 4725. *ſeqq.*

non *præſcribit* conductor. 4733.

*Præſcribi* non poteſt quod eſt extrà commercium, 4842. *ſeq.* aut non poteſt alienari. 2458.

*Præſcriptio* rerum Eccleſiæ. 5007.

*Præſcribi* nequeunt res meræ facultatis. 5462. *Præſcriptio* rei vitioſæ. 4969.

*Præſcriptio* actionum præjudicialium. 4833.

*Præſcriptio* debiti. 4651. *ſeqq.* 4739. *ſeqq.* 4820. adv. creditorem negligentem. 4702. *ſeqq.* in *Præſcribente* debitore bonam fidem deſiderant; ſaltim præſumtam. 4720. Etiam Jure Can. debitor ſciens debitum præſcribit. 4699. 4711.

*Præſcriptio* actionum mixtarum, 5039.

*Præſcriptio* penſionum. 4614. *ſeqq.* in Legatis annuis. 4627.

*Præſcriptio* in ſocietate. 4667. 4650.

*Præſcriptio* perſonalium actionum. 4820.

*Præſcriptionis* initium. 4588. ab actione natâ. 4613. ab exiſtente condi-

conditione. 4614. *Præſcriptio* qt. bonam fidem deſideret. 4578. *Præſcriptio* quæ minori currat. 4611. *Præſcriptio* criminum & actionum criminalium. 5045 5107. adv initium criminis. 5062. Furis. 4763. *ſeqq.* *Præſcriptio* vicennii in crimin. perpetua. 5072.

*Præſcriptio* Prætoriarum actionum. 5135. *ſeqq.* Quænam illarum annuæ? 5323.

de *Præſcriptione* quando conſtet Judici. 4853. *ſeqq.* *Præſcriptionis* exceptio eſt litis finitæ. 4531. *ſeq.* Quatenùs illam Judex ſupplere poſſit. 4540. *ſeqq.*

*Præſcriptio* belli tempore. 4604.

*Præſcriptio* immemorialis. 4732.

*Præſcriptâ* re an expiret hypotheca. 4892. *ſeqq.*

*Præſcriptionis* interruptio. 4823.

*Præſcriptio* longisſimi temporis duplex. 3907.

*Præſcriptio* horaria. 5413. *ſeq.*

*Præſcriptio* Feudalis, 1620. *ſeqq.* 5332.

*Præſcriptis Verbis* actio unde nomen ſuum habeat. 1994. Civilis an *Prætoria.* 1347. Datur ex contractu innominato. 1986. *ſeq.* eſtque diverſarum ſpecierum pro diverſis illius contractûs ſpeciebus. 2054. nec tamen ſolùm ex Contr. innominato, verùm etiam ex al. cauſis & negot. competit. 936. *ſeq.* 2067. *ſeqq.* 4975. etiam ex negotiis *Prætoriis.* 1992. an eadem, quæ incerti actio. 2083. *ſeqq.* it. actio in factum. 1345. 1413. 2073. *ſeqq.* 2075. *ſeq.* eſt actionis in factum ſpecies. 1993. 1995. 2005. Actio Præſcr. Verb. cum appoſito. 2006. *ſeq.*

*Præſtatio* à datione & facto differt. 3377.

*Præſtationes perſonales* in Petit. Hæred. 3963. *ſeq.*

Pro *Præſtationibus realibus* actiones. 4265.

*Prætoris* Imperium in civilibus actionibus. 5236.

*Prætoriarum* actionum præſcriptio. 5135. *ſeqq.* Reſciſſoriæ actiones Prætoriæ annuæ, 5277. *ſeqq.* aliquæ perpetuæ, & quâ ratione. 5231. *ſeqq.*

*Precarium* & Commodatum. 1344. *ſeq.*

*Precarium* non eſt contractus. 989. *ſeqq.* Quodnam inde remedium. 992. ex *Precario* actio, 1347. & Interdictum. 1350. *ſeq.* Interdictum *precarii* perpetuum. 5157. *Precariarii* remedium. 1352. *Precarii* præſcriptio. 5139.

*Pretium* & merces. 1134. *ſeqq.* *Pretii* aucti ratio quando habeatur. 1292. *ſeqq.*

*Principalis* utrinque actio. 924.

*Privilegiô* acquiri & præſcriptione. 5389.

*Probationis* fatale. 5453. *Probatio* in actionibus, quibus cenſum vel Jus ſimile in alieno quærimus. 4270. *Probatio* pecuniam numeratam eſſe. 1314.

ex *Procuratoris* facto actio domino competens. 2227 *ſeqq.* ex *Procuratoris* geſto quando poſſit dominus agere etiam non ceſsâ actione. 2232. *ſeqq*

per *Procuratorem* actio injuriarum. 3250. *ſeq.*

*Procuratorum* concluſio oralis in Camerâ. 542. *ſeqq.*

*Prodigus* & pupillus. 489. *ſeqq.* & furioſus. 494. *ſeqq.* *Prodigus* parens. 2997. *ſeqq.* *Prodigi* obligatio. 489.

*Prohibitio* exercendi opificium, Jus braxandi, & ſim. 4235. 4240. 4243.

*Promiſſio* ſinè acceptatione. 634. *Promiſſio* de commodato ineundo. 897. *ſeq.*

*Promutuum* & mutuum. 2590. *ſeqq.* 2601. *ſeqq.* 2604. *Promutuum* latiùs patet in delicto. 2590.

*Protutelæ* actio. 2482.

*Pubertatis* annus ultimus. 5409.

*Publica* utilitas & actio popularis. 5246.

*Publiciana*. 3555. 5399. & vindicatio. 3557. *ſeqq.* & reſciſſoria. 3576.

*Pupilli* negotium. 2440. *Pupilli* & Fidejuſſoris ejus obligatio. 454. 458. *ſeqq.* 462. *ſeqq.*

*Pupilli* & minoris obligatio. 480. *ſeqq.*

*Pupilli* dolus in conventionibus. 475. *ſeqq.*

*Pupillus* ex qſ. contractu quâ ratione teneatur. 912.

*Pupilli* rem ſalvam fore. 2507. *ſeqq.*

*Putei* venæ præciſæ. 3238. *ſeq.*

## Q.

*Quadriennium* reſtit. in integrum. 5009. ejus ratio. 5229. & quòd finiendæ etiam cauſæ præfixum ſit. 5201. *ſeqq.*

*Quadriennium* an ubique in locum anni utilis ſucceſſerit. 5192. *ſeqq.*

*Quadrupedaria* non habet locum in ferâ. 3374.

*Quadruplum* furti. 5272.

*Quanti pluris* actio. 1521. *ſeqq.*

*Quaſi Contractus*. 598. ejus definitio. 917.

*Quaſi ex Contractu* & ex *Quaſi Contractu*, diff. 2365. 2432.

*Quaſi contractus* bilateralis etiam præſumtione utrinque nititur. 908.

ex *Quaſi contractu* actio contraria. 2378. *ſeqq.*

*Quaſi Serviana*. 4358. 4367. *ſeqq.* Utilis. 4392. *Quaſi* Serviana & Utilis Serviana. 4371. *ſeqq.*

*Quod Legatorum* Interdictum. 3716. *ſeqq.* 5170. non eſt ex Jure hære-

ditario. 4012. *ſeqq.* quando non competat. 4025. *ſeq.*

*Quod vi aut clam* Interdictum non eſt pœnale. 5267. *ſeqq.*

*Quorum bonorum* Interdictum. 3698. quatenùs ſit ſummarium. 3970.

## R.

*Rapina* non eſt Judicii Publici. 3033. Adv. *raptorem* furti actio. 3039. 3043. *ſeqq.* *Rapta* ex incendio. 3070. *ſeqq.*

de *Rationibus* diſtrah. actio. 2469. *ſeqq.*

de *Receptis* etiam ex quaſi delicto. 2717. *ſeqq.* in actione illâ proteſtatio. 2794. *ſeqq.* non tenentur actione de *Recepto* Aurigæ, Poſtæ, & ſimiles. 2721. *ſeqq.* 2755. *ſeqq.* 2783. *ſeqq.*

*Recognitio* inſtrumenti. 1305. Qui *recognovit* manum ſuam, adh. obvertere præſcriptionem poteſt. 4724.

*Reconventio* in Poſſeſſorio. 3979. *ſeq.* in Salviano. 4451. *ſeqq.*

*Redhibitionis* causâ an venditori actio. 1561. *ſeq.* 1571.

*Redhibitio* ob vitium unius rei ex pluribus. 1525. *ſeqq.*

*Redhibitoriâ* an ſæpiùs agi queat. 1533. *ſeqq.*

in *Redhibitoriam* quomodo deterioratio. 1565. *ſeqq.*

*Redhibitoriæ* præſcriptio. 1538.

de *Reficiendo* interdicta. 293. *ſeq.* 296. *ſeq.*

*Regalia* quomodo ad dominium. 41.

*Regalium* præſcriptio. 5388. 5390. adv. Principem. *ib.* Eorum aſſertio per actiones. 3455.

*Remedia* non protinùs eadem. 202.

*Remedium* ex L. ult. d. Edict. D. Adr. toll. 3992. Illud non habet hæres ab inteſt. veniens. 4001. *ſeq.*

*Remiſſio* nunciationis Novi Operis. 3189.

*Res* in contractibus. 941.

ex *Re* obligationem naſci. 445. *ſeqq.* 463. 470. ex *Re* naſci & ex verſione in rem. 486.

de *in Rem verſo* actio, 2323. *ſeqq.* non eſt ex voluntate. *d. l.* Utilis de *in rem verſo.* 2352. *ſeqq.*

Actiones *in rem ſcriptæ* non præſcribuntur longô ſed longisſimô tempore. 4925.

*Realis* actio. 3378. quomodo ſe habeat ad poſſeſſionem. 4304. *ſeqq.* 4410.

*Rei vindicatio* non vindicat dominium. 3663. *ſeqq.* Ejus præſcriptio. 4966. *ſeqq.*

*Realia* jura. 1829 1879.

*Reſciſſoria* an ex ficto dominio. 3567. an unicè realis. 3575.

*Reſciſſoria* & Publiciana, 3576.

*Reſciſſoria* remedia non omnia ad quadriennium. 5204. *ſeq.*

*Reſcri-*

*Reſcripta* duo. 5406.
*Reſiduorum* crimen. 5123.
*Reſiſtere* nos ejecturo de poſſeſſione. 1753. *ſeqq.*
*Reſolutiva* pacta. 732. *ſeqq.*
*Reſtitutiones in int.* ad quadriennium. 5009. *ſeq.* 5195. *ſeq.*
*Retentio* in Depoſiti contrariâ. 1340. *ſeq.* 1381. *ſeqq.*
*Retinendæ* Interdicto agens debet recentem poſſesſionem allegare poſſe. 3328. *ſeqq.*
*Retractus.* 1589. *ſeq.* 1595. *ſeqq.* 1599. ante Jus Feudale obtinuit. 1611. an Jure Juſtin. prohibitus. 1599. *ſeqq.*
ex *Retractu* legali actio. 1616. adv. tertium. 1613. *ſeqq.* 1618.
ex *Retractûs* pactô quomodo adv. tertium. 1607.
*Retractus* ex vicinitate alius à Jure congrui. 1604.
*Retractus* Feudi. 5342. *ſeqq.*
*Retrovenditionis* pactum. 1592. *Retrovenditio* in infinitum. 1581. quandocunque. 1635. *ſeqq.*
*Retrovenditioni* an præſcribatur. 4583. ut ei non præſcribatur. 4613.
*Revocatoria* eor. quæ in fraudem alienata ſunt. 4489.
de *Rivis* interdictum. 3374. *ſeq.*

## S.

*Salarium* in Mandato. 1405. *ſeqq.*
*Salvianum.* 1685. 3713. 4304 4309. & Hypothecaria. 4408. 4447.
*Salviani* diſtinctio. 4406.
*Salvianum* utile. 4415.
in *Salviano* titulus. 4412.
*Salvianum* quandonam adverſus tertium. 4419 4445. *ſeqq.* 4547.
in *Salviano* probatio. 4413. *ſeq.* Excuſſio. 4445. 4447.
*Schwendendörfferus* laudatur & defend. 2488. *ſeqq.* 2021. *ſeqq.* 3552.
*Scriptura* an veſtiat pacta. 804. *ſeqq.* Habet præſumptionem ſolennitatis. 818. *ſeq.*
*Sententiæ* mutatio. 5439.
*Sepulchri violati* crimen. 5256. *ſeqq.* 2898. *ſeqq.* ob hoc popularis actio. 2901. & aliæ 2904. *ſeqq.*
*Sequeſtrum.* 1024. an ubique ſit contractus. 1041. non omne eſt depoſitum. 1387. *ſeqq.* Gratuitum eſt. 1408. *ſeq.*
ex *Sequeſtro* remedium. 1387. *ſeqq.* 1403 1414. *ſeqq.* Actio *Sequeſtraria.* 1392. *ſeqq* 1404. ex *Sequeſtro* doli actio. 1410.
*Servitus* & libertas rei. 4884.
*Servitutes* ruſticæ & diſcontinuæ. 4857. *ſeq.* urbanæ & continuæ. 4861.

*Servi-*

*Servitutem* haberi pro re immobili. 4887.
*Servitus* vindicatur, ſed non libertas. 4172. *ſeqq.* 4209. *ſeqq.*
*Servitutes* diverſimode amittuntur. 4884. *ſeqq.*
*Servitutis* præſcriptio. 4856. *ſeq.* 4868. *ſeqq.* diſcontinua quô tempore præſcribatur. 4875. Jure comm. *Servitutes* præſcribi longô tempore. 4882. Titulus in *Servitute* præſcribendâ. 4881.
ob *Servitutem* promiſſam actio. 4290.
pro *Servitute* actionis perſonalis præſcriptio. 5001. *ſeqq.*
*Servitutem* quomodo Uſufructuarius ſibi aſſerat. 4275.
pro*Servitutis*Legato quænam actio. 4293.
pro *Servitute* poſſeſſoria remedia. 4287. *ſeq.*
*Serviana* actio. 4314. 4375. 4385.
*Serviana* utilis. 4370. 4520.
*Serviana* non datur ex Lege. 4355.
de *Servo corrupto* actio, 3114. 3116. *ſeq.* eſt perpetua. 5300.
ex SC. *Silaniano* remedium. 5031.
*Societas* & locatio. 1144. *ſeq.*
*Societas* cœnaculi. 1912.
*Socii* unius contractus quomodo ad cæteros pertineat. 1916.
in *Societate* traditio. 3481. *ſeqq.* præſcriptio. 4667. 4670.
pro *Socio* actio una, 1890. *ſeq.*
actio pro *Socio* & actio communi divid. 1891. *ſeq.*
*Solvere* pro alio, 548.
*Spondere* pro alio literis. 1490. *ſeqq.*
Actio ex *Sponſu*. 209. *ſeqq.*
ex *Sponſalibus* actio. 205.
*Spolii* judicium adv. b. f poſſeſſorem. 3900. *ſeqq.*
*Spoliatus* in quibus cauſis non ſit reſtituendus. 3885 *ſeqq.*
*Spurius* ad patrem. 152. *ſeq.*
*Statutorum* valor & effectus. 4986.
*Statuta* Principum. 4988.
*Stipulatio* & pactum. 411. *ſeqq.*
*Stipulatio* non eſt titulus dominii translativus. 91. *ſeqq.*
*Stipulatio* incerti. 1461. *ſeqq.*
alii *Stipulari*. 534. 540. 542. *ſeqq.* 549. *ſeqq.*
*Stipulatio* interpretativa. 416. 437. *ſeq.* 822. 1184. 4984. 1468. *ſeqq.* 1486. etiam inter abſentes. 1472.
ex *Stipulatione* actiones, 1474. *ſeqq.* 1478. 1480.
inter *Stipulationem* & pactum adhuc diſtinctio in Foro ſervanda. 743.
ex *Stipulatu* actio in ſponſalibus. 205. 209. *ſeqq.*
*Stricti Juris* & b. f. Contractus. 919. *ſeqq.*
*Strictum* & benignum Jus. 3882.
*Struvius* laudatur & defend, 5208.
*von Stund an.* 5426. *ſeqq.*
*Sublocatio*. 1780.

*Succeſſori* ſingulari pactum quandoque proficere. 563. *ſeqq.*
*Summarius* Proceſſus ex inſtrumento. 4511.
*Summarium* Judicium, & extraordinaria cognitio. 4429.
*Summarium* Poſſeſſorium. 4429. & Ordinarium, 3825. *ſeqq.* 3846. *ſeq.*
*Superficies*. 1113. 3522. *ſeqq.* de eâ Interdictum. 3857.
*Supplet* Judex exceptionem præſcriptionis. 4540.
*Suſpecti* tutoris remotio. 2465. *ſeqq.*
*Syndicatus* quale delictum. 5043.

## T.

de *Tabulis* exhib. Interd. 4027. etiam pro Codicillis. 4030.
*Tacitus* & præſumtus conſenſus. 961.
*Traditio* in Emt. Vend. 1520.
*Tempus* continuum. 5211.
*Tempus* & præſcriptio. 5395.
*Temporum* præſcriptionum. 5391. *ſeqq.*
*Temporalis* præſcriptio. 5402.
*Tertio* actio. 1358. adv. *Tertium* executivè agere. 4512. *ſeqq.*
*Teſtandi* facultas quâ ætate. 5409.
*Teſtamentô* hypotheca conſtituta. 4329. *ſeqq.*
*Teſtamentum* nuncupativum in ſcripturam redactum. 3996.
ex *Teſtamento* actio quoad ſervitutem. 4293. *ſeqq.*
*Teſtamentô* deſtitutô, quid de relictis in eo. 2575. 2578.

## TEXTUS.

§. fin. Inſt. *Quib. al. licet non.*
§. 1. *d. Obligat.* 5239.
§. 9. *ad L. Aquil.* 5303.
§. fin. *eod.* 3076. *ſeq.*
pr. *d. Actionib.* 3388. *ſeqq.*
§. 1. *eod.* 3385. *ſeqq.*
§. 3. *eod.* 5239.
§. 4. *eod.* 4185.
§. 6. *eod.* 4488. 4492. 4495. 5208.
§. 14. *eod.* 5274. 5282.
§. 20. *eod.* 4957.
§. f. *Quod cum eo qui.* 2304.
§. 4. *d. noxal. act.* 5270.
pr. Inſt. *d. perpet. & temp. act.* 5051. 5236. 5269. 5273.
§. 1. *d. Offic. Jud.* 3373.

*

l. 45. ff. *d. adopt.* 169.
l. 2. §. 1. *d. pact.* 601. *ſeqq.*
l. 7. §. 2. *eod* 2091 2120.
l. 17. §. 2. *d. Pact.* 695. *ſeq.* 4311. *ſeqq.*
l. 17. §. 4. *eod.* 553.
l. 17. §. 5. *eod.* 559. 565. 570. *ſeqq.*
l. 25. §. 1. *eod.* 565.

l. 47. d. N. G-ſt. 3080.
l. 9. §. 4 quod met. cauſ. 4924.
l. 13. eod. 3924. ſeq.
l. 21 §. f. eod. 4924.
l. 9 § 3. de dolo mal. 1411.
l. 3. §. 3. d. alien. jud. mut. c. fact. 3150. ſeqq.
l. 7. §. 6. Naut. caup. ſtabul. 5291. ſeqq.
l. ult. pr. in f. eod. 2794. ſeqq.
l. 41. d. Judic. 515. ſeqq.
l. 7 §. 6. d. Publician. 3564.
l. 25. §. 8. d. Petit. Hæred. 4960. 4964.
l. 9. d. Rei Vind. 1360. 3493. ſeqq.
l. 27. §. 3. eod. 4958.
l. 52. eod. 330.
l. 9 §. 4. d. Publician. 3555.
l. 1. pr. Si Uſusfr. pet. 4282.
l. 5. §. 1. eod. 4282.
l. 13. quib. mod. Uſusfr. amitt. 1677.
l. 14. pr. d ſervit. 4870. 4876.
l. 16. eod. 4283.
l. 2. §. 3. Si ſervit. vind. 4284.
l. 10. eod. 4870.
l. 52. §. 2. ad L. Aquil. 15.
l. 4. d. his qui effud. vel dejec. 1904. ſeqq.
l. 5. §. 12. eod. 3351. ſeqq.
l. 2. §. 1. Fam. ercisc. 3597.
l. 26. §. 16 eod. 4142.
l. 36. eod. 2565. ſeqq.
l. 37. eod. 2560. ſeqq.
l. 1. l. 2. pr. Commun. div. 1891.
l. 3. §. 3. ad exhib. 4302. 4386.
l. 14. § 13. d. Religioſ. & ſumt. fun. 2437. 2448.
l. 9. pen. d. Reb. Cred. 2269. ſeqq.
l. 13. §. 1. eod. 1262.
l. 18. pr. eod. 63. ſeq.
l. 22. d. reb. cred. 1288. ſeqq.
l. 23. eod. 380.
l. 32. eod. 306. ſeqq. 312. ſeqq. 361. ſeqq. 377. eod. 2848. 3940. ſeqq.
l. 3 §. 3. d. cond. cauſ. dat. 1982.
l. 5. pr. §. 2. ſeqq. eod. 1980 ſeqq.
l. fin. eod. 2133.
l. 2. pr. d. condict. indeb. 2579. ſeqq.
l. 12. §. f. d. condict. furt. 2832.
l. 3 d. condict. tritic. 3937.
l. 2. §. f. d. eo quod cert. loco. 1512.
l. 1. §. 1. Commod. 1339.
l. 9. §. 3. d. Pignorat. act. 4574. 4579.
l. 11. §. 5. eod. 1790. ſeqq.
l. 13. eod. 530.
l. 41. eod. 4303. 4327.
l. 11. §. f. ſeqq. ll. d. Inſtitor. act. 1211.
l. 3. §. f. d. in rem verſ. 2355. ſeqq.
l. 1. pr. depoſ. 1023.
l. 1. §. 4. eod. 5299. ſeq.
l. 1. §. 13. eod. 1017.
l. 7. §. 1. eod. 2322.
l. 23. eod. 1384.
l. 38. pro ſoc. 526.
l. 43. eod. 1891.
l. 63. eod. 1897.

l. 69.

l. 1. C. *d. Conſtit. pecun.* 566.
l. 4. C. *d. contrah. emt.* 1599.
l. 4. C. *d. crim. expil. heredit.* 2876.
l. 11. C. *depoſ.* 1341. 1383.
l. f. C. *d. dolo malo.* 5320.
l. 6. C. *d. dot. promiſſ.* 658.
l. ult. C. *d. Ed. D. Adr. tollend.* 3992. *ſeqq.*
l. f. §. 3. C. *d. Furt.* 2833. *ſeqq.*
l. 3. C. *d. Heredit. act.* 4518.
l. 3. C. *d. his quæ vi metûsve c. fiunt.* 4919. *ſeqq.* 4947. 5210.
l. f. C. *d. Injur.* 3250. *ſeqq.*
l. f. C. *d. inoffic. donat.* 4160.
l. 12. C. *ad L. Cornel. d. Falſ.* 5075. *ſeq.*
l. 5. C. *d. Legat.* 4019. *ſeqq.*
l. 9. C. *d. Locato Conducto.* 1747. *ſeqq.*
l. 25. C. *eod.* 1687. *ſeqq.* 1692. *ſeqq.*
l. 4. C. *d. Locat. Prædior. civil.* 1602. 1605.
l. f. C. *d. Neg. geſt.* 2460. *ſeq.*
l. un. C. *d. N. O. N.* 3194.
l. 2. C. *per quas perſonas.* 2257.
l. 7. C. *d. Petit. Heredit.* 4963.
l. 3. C. *d. Pignorib.* 4466. 4468.
l. 7. C. *eod.* 4891. *ſeq.*
*Avth. Hoc ſi debitor.* C. *eod.* 4400.
l. pen. C. *d. Pignorat. Act.*
l. 2. C. *d. Pign. Prat.* 4473. 4474.
l. f. C. *eod.* 4479. 4483. 4485.
l. f. in fin. C. *d. præſcript. long. temp.*
*Avth. malæ fidei.* C. *eod.* 4834.
l. 3. C. *d. præſcript. 30. vel 40. ann.* 4836. *ſeqq.*
l. 7. §. 1. C. *eod.* 4908.
l. 7. §. 4. *eod.* 4580.
l. 7. §. 6. *eod.* 4620. *ſeqq.* 4630. 4636. *ſeq.*
l. 8. §. 2. *eod.* 4970.
l. 6. C. *Præſcr. verb.* 755.
l. 6. C. *d. Precar.* 4381.
l. un. C. *d. privat. carcerib.* 5415.
l. 6. C. *Quor. appell. non recip.* 3980.
l. 2. C. *Quando Fiſc. vel. priv.* 4518.
l. 1. 2. C. *Quando libell. Princ. oblat.* 4827. *ſeqq.*
l. un. C. *d. R. U. A.* 658.
l. 2. C. *Rer. amot.* 2869. *ſeqq.*
l. 6. C. *d. Rer. permut.* 2101.
l. 2. C. *d. Reſcind. vend.* 1523. *ſeq.*
l. 8. C. *d. revoc. donat.* 646. *ſeqq.*
l. 1. 2. C. *ſi adv. Creditorem pign. præſcript.* 4893.
l. 23. pr. C. *d. SS. Eccl.* 3445.
*Avth. Quas actiones.* C. *eod.* 4845.
l. 1. C. *d. Salvian.* 4415.
l. 2. C. *d. Servit.* 4870. 4881.
l. un. C. *ſi de moment. poſſ.* 3980. 3989.
l. 1. C. *ſi per vim.* 3912.
l. fin. C. *d. temp. in int. reſtit.* 5192. *ſeqq.* 5201. *ſeqq.*
l. fin. C. *eod.* 5222. 5226.
l. 5. C. *d. Tranſact.* 815.
l. 7. C. *Unde vi.* 3921. *ſeqq.*

l. 9. C. *eod.* 3058.
l. 10. C. *Unde vi.* 3917.
l. un. C. *d. Uſucap. transform.* 4870.
l. pen. C. *d. Uſufr.* 4989. *ſeqq.* 5004.
l. pen. §. 1. C. *eod.* 4588.
l. 12. l. 32. C. *d. Uſur.* 720.
l. 14. C. *eod.* 1438. 1452.
l. 17. C. *eod.* 1449.

*

Nov. 1. c. 1. 2578.
N. 4. c. 2. 4400.
N. 66. c. 1. 5431.
N. 112. c. 1. 4399.

*

II. F. 26. 5328.

*

*Can. fin. diſt.* 5. 150. *ſeq.*
c. 1. x. *d. Pactis.* 482. *ſeqq.* 439. 871. *ſeq.*
c. 6. x. *d. Judic.* 4. *ſeqq.*
c. 9. *d. Probat.* 3831.
c. 36. *d. Teſtib.* 3980.
c. 9. *d. Jurej.* 800.
c. 3. *d. Voto.* 862. *ſeqq.*
c. 5. x. *d. reſtit. ſpol.* 3883.
c. 15. *eod.* 3980. 3896. *ſeq.*
c. 10. *d. præſcript.* 4603. 4608. 4610.
c. fin. *eod.* 4680. *ſeq.* 4711. *ſeqq.*
c. 59. *d. Appell.* 3980.
c. quamvis. *d. Pactis in* 6. 777. *ſeq.*
c. 1. *d. lit. conteſt. in* 6. 4531. *ſeqq.*
c. 3. pr. *d. ſent. & re jud.* 6. 3561.
cl. 1. *d. reſtit. in int.* 5201.

*

*O. Cam.* 3. Tit. 12. §. 1. 5445.
*O. Cam.* 3. T. 23. §. 21. *ſeqq.* 5432.
*R. A.* 1654. §. 172. 4603.
art. 165. *O. Cr.* 2887.
art. 168. *O. Cr.* 2943. *ſeqq.*

*

de *Tigno junctô*, 2916. *ſeqq.* 2933. & actione ad exhib. 2920. *ſeqq.*
*Titulô* varii juris dominium acquiritur; & de effectu ejus. 57. *ſeqq.*
*Titulus* dominii translativus in contractu. 89. *ſeq.*
*Titulus* ex alterâ parte. 358.
*Titulus* in poſſeſſorio. 4435.
*Titulum* edere quando poſſeſſor teneatur. 4426.
*Titulus* in Salviano. 4422. *ſeq.*
*Traditio* ficta. 3492.
*Traditioni* adjectum pactum. 529. 745. *ſeqq* Modus. 2284.
*Traditio* rei emptæ vacuæ. 1737. *ſeqq.*
*Tranſitus* obligatio. 300. *ſeqq.*
*Tranſmiſſio* pœnarum. 2652. *ſeqq.* 2684. *ſeqq.*

*Triba-*

*Tributoria* actio. 2313. *ſeqq.* 2359. *ſeqq.* & de peculio. 2314. *ſeqq.*

*Tributoria* actio non ob peculium. 1200. *ſeq.*

*Tributorium* præſcriptio. 4258. pro illis actiones. 4259.

*Triduum.* 5448. 5450. 5451.

*Triticaria* definitio. 1284. 1273. 1279. non eſt Prætoria. 1280. *ſeq.* an ſit poſſeſſorium Remedium. 3937. ad æſtimationem non datur. 1282.

in *Turbâ*, rapina, damnum. 3058. *ſeqq.*

*Turbatio* quatenus cauſa Interdicti retin. poſſeſſ. 3753. *ſeq.*

*Tutoris* auctoritas. 5398.

*Tutelæ* qſ. contractus. 1155. 2417.

*Tutela* diviſa. 2464.

*Tutelæ* actio. 2462. *ſeqq.* durante tutelâ. 2572. *ſeqq.* finitâ eâ. 2478.

in *Tutelæ* actione impenſæ. 2477. *ſeq.*

in *Tutorem* falſum actio. 2484.

*Tutorum* nominatores, affirmatores. 2485. *ſeqq.*

ex *Tutelæ* actione quomodo infamia. 2465.

*Tutelæ* actio ſubſidiaria adv. Magiſtratum. 2488. *ſeqq.*

*Tutores* fures. 2987.

*Tutela* inculpata. 5392.

## V.

*Vacantium* præſcriptio. 5007.

*Vaſallus* non miles. 5454.

*Venditori* an actio competat rat. redhibitionis. 1561. *ſeq.* 1571. *Venditor* in N. O. N. 3150.

*Venter* & partus. 221. *ſeq.*

*Verborum obligatio* & ſtipulatio. 949. Jusjur. liberti. 761. *ſeq.* *l.* 768. *Verbor. Obl.* non tantùm eſt, quæ dominium transfert. 1078.

ex *Verſione in rem*, & ex re, naſci obligationem. 486. *Verſio* in rem non obligat ex voluntate Domini. 1205. *ſeqq.*

*Vindicatio* rei in Feudo. 3507. *ſeqq.*

*Vindicatio* rei adv. detentorem. 3493. *ſeq.* *Vindicatio* rei depoſitæ. 1359.

*Vindicatio* emphyteutæ competens. 3554.

*Vindicatio* rei furtivæ. 2847.

*Vindicta* privata. 102.

*Vindicatio* ex hypotheca. 639.

*Vindicatio* & publiciana. 3557. *ſeqq.*

*Vis* ablativa & compulſiva. 4955.

de *Vi* bonor. raptorum actio. 3032.

*Vitium* reale. 4932.

*Vitioſæ* rei præſcriptio. 4969.

*Votum.* 858. *ſeqq.* & de propoſito. *add.* 867.

*Voti* renovatio. 878. *ſeq.* ex *voto* actio. 871. *ſeqq.*

*Vulgò* non eſt habendum, quod Leges ediſſerunt. 698. *ſeq.*

*Vulneratus* mortuus intrà triduum. 5450.

## U.

*Unde vi* Interdictum non eſt pœnale. 5264.
*Unio* prolium. 593.
in *Uſufructu* periculum fructuum. 1677.
*Uſufructuarius* ad onera tenetur. 1680. ſi ſervitutem ſibi aſſerat. 4275.
actionis pro *Uſufructu* perſonalis præſcriptio. 4989. *ſeqq.*
*Uſum* & id quod intereſt. 1297. *ſeq.*
*Uſuræ* ex nudo pacto. 720. *ſeqq.*
*Uſuræ* pretii in Emt. Vend. 1501. *ſeqq.* 1514.
*Uſuræ* non debentur in Emtione ob fructûs. 1514. 1517.
*Uſurarum* condictio. 3028. *ſeqq.*
pro *Uſuris* actio. 1300.
*Uſurarum* pactum quodnam legitimum. 720.
*Uſurarii* coërcitio Eccleſiaſtica. 3017. *ſeqq.*
*Uti poſſidetis* Interdictum in ſpecialibus objectis. 3880.
*Utile dominium*, & utilitatem dominii, transferre. 1106. *ſeqq.*
*Utilis actio*, & actio in factum. 2002.
*Utilis* non fit actio ob adjectit. qualitatem. 1217. *ſeqq.*
*Utilis* actio non poteſt introduci à privato. 1808. *ſeqq.*
*Utiles* dies. 5188.
*Utilitas* promota non efficit quaſi contractum. 2371. *ſeqq.* 2381. 2400. *ſeqq.* 2445. *ſeqq.*

## Supplem. Indicis.

*Auctoritas Dd.* 5385.
*Auth. Quas actiones.* C. *d. SS. Eccl.* 5371. 5374.
*Eccleſiaſtica rei* Præſcriptio. 5359. ſeqq. 5379. ſeqq.
*Præſcriptio rei Eccleſiæ* in feudum datæ. 5359. ſeqq. 5365. ſeqq. 5386.

S. D. G.

l. 69. *eod.* 1934. *ſeqq.*
l 72. *d. contrab emt.* 739.
l. 11. §. 3. *d. action. emt. vend.* 1542.
l. 15. §. 6. *Locat.* 1720.
l. 1. §. 1. *d. æſtimator. act.* 2008.
l. 1. §. f. *eod.* 1086.
l. 2. *eod.* 2022. 2043.
l. 1. §. 2. 3 4. 5. *d. rer. permut.*
l 5. §. 1. *Præſcript. Verb.* 2138. *ſeqq.* 2051.
l. 5. §. 3. *eod.* 2108. *ſeqq.* 2120.
l. 5. §. 4. *P. V.* 1004. *ſeqq.*
l. 8. l. 18. *eod.* 2059.
l. 15 *eod.* 2110. *ſeqq.* 2120.
l. 16. §. 1 *eod.* 2120.
l. 17. *eod.* 1006.
l. 17. pr. *eod.* 1337.
l. 17. § 1. *eod.* 2008.
l. 17. § 5. *eod.* 2056.
l. 1. pr. *d. Pignor. & Hypothec.* 690.
l. 1. §. 2. *eod.* 1370.
l. 22. *eod.* 4327.
l. 44. §. 5. *eod.* 4891.
l. 4. pr. *in quib. cc. pign. tac. contrab.* 4352. *ſeqq.*
l. 7. pr. *eod.* 4350. *ſeqq.*
l. 1. pr. *Quib. mod. pign. vel hyp. ſolv.* 1370.
l. 19. § 2. *d. ædil. ed.*
l. 23. in f. pr. *eod.* 1568. *ſeqq.*
l. 31. §. 18. *eod.* 1578.
l. 31. § 19. *eod.* 1563.
l. 31. §. 22. *eod.* 1581.
l. 34. pr. *eod.* 1531.
l. 43. §. 6. *eod.* 1533.
l. 32. pr. *d. Uſur.* 25.
l. 32. §. 2. *eod.* 1917.
l. 38. §. 4. *eod.* 4491.
l. 5. §. 1. *d. Nautic. fœn.* 728.
l. 47. *d. donat. int. V. & U.* 19.
l. 3. pr. *rerum amot.* 2881. *ſeqq.*
l. 17. §. 2. *eod.* 2860.
l. 5. §. 2. *d. agnoſc. & alend. lib.*
l. 12. §. 13. *d. admin. tut.* 198.
l. fin. *d. Magiſtrat. conven.* 2492. *ſeqq.* 2507. *ſeqq.*
l. 13. pr. *ad Sc. Silan.* 5068. *ſeqq.* 5071.
l. 13. §. 1. *d. ann. legat.* 24.
l. 2. §. 1. *d. aliment. & cibar. legat.* 189.
l. 21. in fin. *ad Trebell.* 4530.
l. 48. *eod.* 4023.
l. 20. §. 8. *d. N O. N.* 3179. 3182.
l. fin. *eod.* 3150. *ſeqq.*
l. 1. §. 3. 4. *ſeqq. d. aqu. & aqu. pluv. arcend.* 3227 *ſeqq.*
l. 1. §. ult. *eod.* 284. *ſeqq.* 4870.
l. 2. §. 5 *eod.* 281. *ſeq.* 3212.
l. 1. *ne de ſtatu defunct. poſt quinquenn.* 5127.
l. 55. *d. A. R. D.* 2254.
l. 18. *eod.* 1744.
l. 23. pr. *d. acqu. & amitt. poſſ.* 3600.
l. 4 §. f. *d. Uſuc.* 4870.
l. 10. §. 1. *eod. ibid.*
l. 44. §. 5. *eod. ib.*
l. 6 §. 1. *d. re jud.* 3369.

l. 16. *eod.* 1897.
l. 1. §. 3. *d. Interdict.* 3779. 3798.
l. 1. §. 4. *Quod Legator.* 4017.
l. 3. pr. *d. Loc. & itin. publ.* 4870.
l. 3. §. 4 *d. aqu. quotid. & aſtiv.* 4870. 4878.
l. 12. *d. Vi & Vi arm.* 1743. 1747. *ſeqq.*
l. 17. *eod.* 1747. *ſeqq.*
l. 18. *eod.* 1747. *ſeqq.*
l. 1. pr. §. 1. 2. 3. *d. ſuperficieb.* 3532.
l. 1. §. 2. *eod.* 3856. *ſeqq.*
l. 8. §. 7. *d. Precar.* 5139.
l. 19. §. f. *eod.* 2098.
l. un. §. 3. 4. *d. Remiſſ.* 4275.
l. 1. pr. §. 1. *d. Salvian.* 4415.
l. 9. *d. except.* 2560.
l. 18. *eod.* 3598.
l. 25. §. 1. *d. except. rei jud.* 1537.
l. 1. pr. *d. O. & A.* 113. 118. *ſeqq.* 360. 2434. *ſeqq.*
l. 35. pr. *eod.* 5323. 5178. 5184.
l. 38. *eod.* 812.
l. 101. *d. V. O.* 481.
l. 55. *d. fidejuſſ.* 1581.
l. 13. pr. *d. acceptilat.* 769.
l. 4. pr. *rem pup. ſalv. fore.* 2507. *ſeqq.*
l. 61. §. 5. *d. furt.* 1922.
l. 64. *eod* 689.
l. 80. §. 4. *eod.* 3053.
l. pen. *expil. heredit.* 2881. *ſeqq.* 2885.
l. 8. *d. ſepulchr. viol.* 5256.
l. ult. *d. popularib. action.* 5248.
l. 20. *d. accuſ.* 2652. *ſeqq.* 2682. *ſeqq.*
l. 29. §. 5. *ad L. Jul. adult.* 5117. *ſeqq.*
l. 29. §. 6. *eod.* 5126.
l. fin. *ad L. Pompej. d. Parricid.* 5068. *ſeqq.* 5071.
l. 1. §. f. *ad Turpill.* 3980.
l. 1. f. pr. *d. appell. recip. vel non.* 3980.
l. f. *d. Decret. ab ord. fac.* 5452.
l. 8. *d. pollicit.* 847. *ſeq.*
l. 2. §. 1. *d. V. S.* 5411.
l. 28. pr. *eod.* 4844.
l. 11. *d. R. Jur.* 47.
l. 62. *eod.* 3950.

*

l. 11. C. *d. acquir. & retin. poſſ.* 4814.
l. ult. C. *eod.* 3927. *ſeqq.*
l. 2. C. *d. ædil. action.* 1543.
l. 14. C. *d. agricol. & Cenſ.* 3930. 5403.
l. 1. C. *d. annal. except.* 4566. *ſeqq.* 4579.
l. ult. C. *d. aleatorib.* 2984. 5151.
l. 2. C. *d. Apoſtat.* 5064. *ſeq.* 5128.
l. 4. C. *eod.* 5064. *ſeq.*
l. 7. C. *Arbitrium tutelæ.* 2481.
l. 1. C. *Commun. de Legat.* 4382.
l. pen. C. *d. Compenſ.* 1342.
l. 10. C. *d. condict. ob cauſ.* 2145.



TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
R G B W G K C Y M
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Centimetres
Inches